Thuringicorum principum laus 263. ad fin.
Thuringiæ comitatus initium 378
Tiberius & Drusus in Germania 188

Tiberis inundatio Romæ 227
Tiberius Imperator 292
Tiberius Absimaius 308
Tigranes à Pompeio occisus 152
Timidus sed homicida 298
Timor quomodo Deos fecisse intelligatur, & apud quos 56
Timoris Dei exemplum 44.143
Titulum imperatoriæ maiestatis Carolus Magnus non temere usurpet 324
Titus Cæsar 198.200
Tunetem Solimano Carolus v. extorquet 537
Toletanum consilium 279
Toletani episcopi primatus 394
Tomyris regina Scytharum 83
Tormentorum bellicorum ars 501
Tornachum sedes fit episcopalis 409. eius uexationes 512.514
Totilas Gotthorum dux 160.165.167.168.169.189
Traianus Imperator 203. inter Deos à Senatu relatus 208
Trāsfiguratio domini celebrari iussa 593 ad fi.
Transamundus Vandalorum rex 283
Tres fratres simul regnantes 243
Triū Magorū corpora Coloniā translata 417
Tribonianus Digesta collegit 286
Tribunus Augustus 463
Tribuni plebis abrogati à Sylla 177. restituti à Pomp

à Pompeio ibidem
Triginta tyranni Athenis dominantes 122
Trinitatem blasphemãtes de cœlo fulmineta cti 284
Troianum bellum 52
Tuiscones unde 81
Tullus Hostilius 65
Turba hominum numerosissimæ 198
Turcæ appellatio quid denotet 302
Turcæ unde orti 21.301.454. & deinde
Turca cum ignominia Viẽnam relinquere coactus 104. repulsus 330
Turcæ imperium 302
Turcæ bestiæ, non homines 492
Turcæ cum Saracenis & Arabibus in lege Mahometica consentiunt 314
Turcarum insignis crudelitas occupata Constantinopoli 492. clades 478.489
Turcarum eruptiones 313. impuritas 406
de Turcis uaticinia 526
Turcicum regnum à Daniele prædictum 22
Turpinus Remensis antistes 329
Turris Babylonica 19
Turris Biliacæ euersio Parisijs 541
Typi quatuor monarchiarum 21.22
Typographica ars 537
Tyrannicũ Andronici Imperatoris factũ 418
Tyranni Ochi exitus 366.
Tyrannorum fœdi exitus 3

In

In Tyrannorum exemplis quid obseruandũ ib.
Tyrannorum ultio 33.129
Tyrinthius Hercules 54

V

VAldenses hæretici 415
Valens Imper. 248. ad fin. 250. & deinc.
Valentinianus Cæsar 248.253.308
Valentinus dux Vrbinas 508
Valentinus hæreticus 208
Valentinus Pont. Rom. 338
Valerianus Cæsar 277
Vandalorum res 259.270.271.272
Vandalica fides 272. Varus Quintilius 289
Varius Heliogabalus Imperator 218
Vasa ecclesiæ auvea & argenta quando cæpè rint 220
Vasconia Franciæ addita 315
Vaticinia de Turcis 526
Vayuodæ Hungari regis mors 546
S. Vdalricus 356
Vectigalis Britannia Rom. Pont. 334. et deinc.
Vectis insula ditionis Angliæ à Gallis incursa tur 559
Venator robustus Hemroth in scriptura cognominatus 22
Veneficij ultio 304
Venetum bellum 308
Venetia quando condita 278
Veneti Cyprum expugnat 495. pacem cũ Tur

eis paciſcuntur 498. prælio uicti 499
Ventis & menſibus nomina à Carolo Magno impoſita 328
Venenum alteri propinans, ipſe etiam eo tollitur 422
Venenum euchariſtiæ illitum 458. in ſacro calice Pontifici porrecto 394. regi in epulis datum 384
Venus facunditatis ergò colebatur 58
Verbum Dei à mundi initio reuelatum 36. ſemper in certo populo 30. ad fin
Verbum, id eſt reuelatio 110
Verbi Dei perſecutio 15. Reliqua uide Perſecutio Chriſtiana
Veſpaſianus Imperator 197
Vrbes liberæ quieſcere non poſſunt 325
Vibius Gallus Hoſtilianus Imperator 275
Vicarios Chriſti nõ eſſe, niſi qui eius paupertatem ſequuntur, hæreticum cenſetur 491
Victor I. Pontifex Rom. 215. Secundus, 284 Tertius, 293
Victoria urbs in Italia condita 438
Victoriæ omen 524
Victorinus uir doctus 491
Vienna imperialis ciuitas in Auſtria 436. à Solymano obſeſſa 528
Vigilantius Gallus præſul 255
Vigilius Pontifex Ro. 289
Vigornia urbs in Anglia incẽdio abſũpta 399

Vincentius historicus 435
Vindelici Bauari 188.310
Vindicta quæ prohibeatur in euangelio 247
Vmeorum cultus Gallis permissus 238
Vini optimi prouentus 546
sine Vino sacrificare Norwegis pmissum 499
Vrgilianum oraculum 183
Viri excellentes tolerantia præditi esse debẽt 106
Vili habitu usa Semiramis 25
Virilia Pontifici Ro. confirmando attrectantur 335
Virtus insignis ob æmulationem inuidiosa 121
Virtutes omnis generis in nostra natura propo suit Deus 127
Virtutum premia à mundo 279
Visigotti in Gallia deleti 311
Vsio S. Vdalrici 350
Visitationes liminum Petri & Pauli Apostolorum 201
Visum Attilæ 277
Vitam suã principes pro iustitia & æquitate seruanda exponere debent 219
Vitalianus Thrax 283
Vitalianus Pontifex max. 305
Vitellius Imperator 196
Vitigis rex Italiæ 289
Vitricus à priuigno imperia licorona ornatus 278

Vladislaus rex Hungariæ 488
Vlrichus dux Vuirtemburgensis ducatu suo exuitur 513. eundem recuperat 535
Vltionis exemplum 30.33. 41. 63. 66. 90. 129. 135. 141. 145. 164. 204. 217. 218. 274. 243. 264. 295. 304. 397. 454
Vniuersalis episcopus an debeat quis esse aut dici 293. 295
Vnum ciuem à Cæsare seruari, quàm mille hostes occidi, præstare aiebat Antoninus Pius 209
Vocabulis honestis in pietatẽ prætexentes 160
Vocatio legitima sectanda 142
Volusianus cum patre imperans 225
Vox fingitur cœlitus missa 452
Vr Chaldæorum 28
Vratislaus primus Bohemiæ rex 397
Vrbanus I. Romæ Pontifex 220. Secũdus 394. Tertius 419. Quartus 443. Quintus 468
Vrbe Carthagine flagrante Scipionis uerba 173
Vrbes magnæ ferè turbulentæ nonnunquã iræ dei euertuntur 127. ad fin.
Vrbium bellum in Germania 490
Vrsicinus pseudopontifex 249
Vrsinorum & Columnicensium factiones 491
Vrsula uirgo 278
Vualachia & Illyricum à Vandalis inuaditur 271

Vueinsburgum 408
Vuenceslaus Bohemiæ rex inter diuos relatus 448
Vuencesl. Cæsar 472
Vuernherus restitutor legum Romanarũ 404
Vuestphalia ad fidem adducta 318
Vuiclefius hæresiarcha 467
Vuido Spoletanus dux 342
Vuilhelmus Hollandiæ comes Cæsar 442
Vuilhelmitarum ordo 417 ad fin.
Vuittichus rex 264. captus & triumphatus 165
Vuormacia fit episcopatus 281
Vulpes, Mahometes 303
Vulturum duodecim augurium 64.260
Vultus Pontificii reuerentia 312
Virginum sacrandarum tempus 210
Vxor nõ ducenda, quam puellam è sacro fonte susceperis 296
Vxorẽ reginã eãdẽq; sororẽ, Cãbyses necat 89
Vxores Græcis sacerdotibus permissæ, Latinis negatæ 291
Vxores sacerdotibus cõcessæ 274. ademptæ 392

X

Xerxes 69
Xerxis cur non meminerint Iudæi scriptores 72
Xerxes Darij filius 69
Xerxis expeditio in Græciam quanta ibid.

Eius fletus & querela 20
Xistus pontifex Rom. uide supra Sixtus.

Z

Zacharias propheta 41
Zacharias Pontifex max. 312
Zaddik, Hebræis quid sonet 260
Zeno imperator 281
Zenobia regina in triumphum ducta 219
Zeski qui sint 271
Ziska dux sectæ Hussitanæ 481
Zepherinus Pontifex Roman. 216
Ziximus Mahometæ filius à fratre regno pulsus 498
Zopyri egregia fidelitas erga Darium 94
Zoroastres magiæ repertor 15
Zorobabel princeps Iuda 81.107.109
Zoxigmus Pont. maximus 308. uide Soximus
Zuinglij hæresis 384.517

FINIS.

Literas accepisse a phenicibus 16
Ade etas ibidem
Idiomata linguarum 19
Zoroastres Magie repertor 25
Supplicium iniqui iudicis 90
Circuncisio quando data 30
Flumina ab exercitu bibendo exsiccata esse 100
Cometa et soles tres visi 196
Teremotus magnus 205
Aqua lustralis 206
Sacerdotibus vxores concesse 274
Pontifex cecum illuminauit 285
Fames ingens adeo vt membra humana ederent indigene 289
Denarij sancti Petri 334
Ioannes sexu femina pontifex fit 335
Pontifex post morte cuidam horenda imagine apparuit 373
Machometes quo tempore 298

Numisma ex corrio 438
Translatio sedis pontifice a Romanis in galliam 455
Bombarda instrumentum bellicum quo tpe 471
Constantinopolim a Turcis vecta et quanta crudelitas 492
Eclipsis solis magna 546
[illegible] 555
Locuste quo tempore 552
Corpora trium Magorum 417
Stanislaus Cracoviensis 439
Adalberto Ppsul 373
[illegible] pluvia 555
Lapis e celo in terram cecidit fol. 352 120

IO. CARIONIS IN CHRONICA SVA PRAEFATIO.

*

QVANQVAM multis de causis (quas posteà enumerabimus) ex æquo omnibus cõducat lectio historiarũ, tamen præcipuè ad Reges magnosq; Principes pertinet, eorúmque libri meritò dici possunt historiæ, quòd in primis utilis, & necessaria earũ est cognitio illis ominibus, qui in Repub. administrãda uersantur. Nam nõ modò Gentium, sed & sacrarũ literarũ historiæ plurimam ubique de Principibus mentionem faciũt. Sacræ enim literæ, præterquã quòd de uolũtate & uerbo Dei, atq; adeo de spirituali regno Christi certiores nos reddunt, docent etiam de politica administratione, & multa præclara exempla proponũt, quæ necessaria cognitu sunt in re[illegible]da Republica, & quibus incitari p[illegible] Principum ad studiũ uerè heroicarum [illegible]tum.

Gentiũ uerò histor[illegible] tradunt de [illegible] & principijs magnorũ re[illegible] causis in Imperijs uicissitudi[illegible]

Vsus lectionis historiarũ.

Historiæ regũ & principũ libri.

Historiæ sacræ.

Historiæ gentiũ.

[illegible]missimæ

uissimæ commutationes inciderint: continent etiam præterea præcepta de officijs & uirtutibus, quibus feliciter constant & conseruantur Respublicæ. Atq; hoc nomine dignæ in primis sunt historiæ, ut Principum bonorum & Heroum libri appellentur.

Iam uerò cùm unicuique duplici uirtute opus sit, politica animirum seu externa, ac præter hanc fide & timore in Deum, utriusq; nobis exẽpla in historijs proponuntur. Atque ut primùm de ciuilibus uirtutibus dicamus, debent Principes, atq; adeò omnes qui rebus magnis gerendis præsunt, ea potissimum exempla & gesta cõsiderare, quibus admoneri possint, quo pacto & ipsi feliciter uersari queant in Republica administrãda: ponenda ob oculos sunt exempla bonorum Principum & Regũm discendumq; ex illis, qua potissimum ratione, quibusq; officijs sint usi in Imperijs gubernandis, quod præter publicã utilitatem nihil spectarint, quòd iustitiam & æquitatẽ unicè coluerint, quòd malefacta grauiter punierint, quòd non qualibet de causa bellum susceperint, sed dissimulatione iniuriarum pacem sæpe retinuerint. In defendẽdo uerò animo placidè præsenti & infracto fuerint, erga bonos & pacificos summa clementia & humanitate usi: denique studuerint Imperia sua munitionibus ac potentia, religionis cultu & bonis moribus

In principũ exemplis quid obseruandum.

bus reddere meliora.

In tyrannorum exemplis diuersum obser- In tyran
uabunt, illorum exitus calamitosos fuisse, & norũ exẽ
propter crudelitatẽ pernitiosos euentus, & cõ plis quid
mutationes in Republica exitiales accidisse. obseruari
Sic ob tyrannidẽ constat Pharaonẽ perijsse, dum.
& simili de causa Romani Reges exacti sunt.
Et perdiderũt sæpe se mutuò Principes ob su-
perbiam, ob inuidiam, ob odiũ nonnunquam
ex re nihili contractum: quemadmodũ nulla
causa Pompeio erat ad opprimendũ C. Cæsa- Põpeius.
rẽ, quam inuidia. Testantur leges Gracchorũ C. Cæsar.
apud Romanos, nouitatis studiũ crudelis sæpe Gracchi.
belli occasionẽ præbere. Et Mahometicum Re
gnum non cœpit aliunde initium, quam ex hæ
resi, & dissensione dogmatum fidei. Periculo-
sæ conspirationes sæpe efficiunt ut Regna exer
tantur, id quod exemplum Atheniensium te- Atheniẽ
statur, qui Imperium, omnésque fortunas suas ses.
propter cõtracta huiusmodi fœdera amiserũt.
Obseruare hæc in historiarũ lectione, plurimũ
conducit ijs qui rerum gubernacula tenent, ut
cauere ac prospicere sibi discant in Imperijs,
ne quid simile accidat. Nã eidem casus in dies
offeruntur. Quanquam enim personæ subinde
in rebus publicis mutantur, tamen quod ad ne
gotiorum similitudinem attinet, mundus idẽ
& sui similis manet. Thucyd.

Proinde uerissimè à Thucydide (qui & des.

peritia rei militaris insignis fuit, & ingens diuturnúmque bellum, uariasq; res alias quæ sub Græcis acciderunt, descripsit) dictum est, Historiã thesaurum esse, qui nunquam è manibus excidere debeat, ut eo adiuti, similia negotia, parésque casus in Repub. cõmodiùs tractemus, quandò causæ incidunt ferè semper similes. Vsque adeò uere regius thesaurus est historia, qua uarijs de rebus admonentur qui Rebuspublicis gubernandis præsunt.

Historia etiam priuatim prosunt.

Porrò uero præter hæc, & huiusmodi quoque in historijs exempla reperiuntur, quæ singulis priuatim in suo genere conueniunt, qualia sunt, Magistratui parendũ esse. Nunquam impune euasisse eos qui extiterunt contra Magistratum rebelles, quemadmodum Absalon, Catilina, Brutus, Cassius, & horum similes, qui suæ seditionis pœnas dederũt. De fidelitate amicorum, ut Ionathas Dauidi regi uitã seruauit. De pœna ob adulterium, & ob similia flagitia, sicut in Dauidis exẽplo apparet: Sed quid multa? Quemadmodum in omnibus artibus paradigmata ad imitationem proponũtur, ita & in historijs exempla ob oculos depicta extant de omni genere uirtutum. Quin & in exemplis & factis cernitur longè clarius quæ dignitas sit uirtutum, et rursus quæ turpitudo sit in honestatis ac uitiorũ, quàm in præceptis, propterea quòd exempla tanquam

imag

imagines proposita non solùm docent apertè, sed & commouent, & inflammãt liberè educatos animos, ut uoluptate & amore quodam erga uirtutes & honestatem accendantur. Quis enim animo tam ferus esse possit, qui nõ commoueatur, si insigne aliquod & laude dignum factum, aut uindictæ exemplum legat?

Ostendi breuiter quomodo in lectione historiarum obseruare oporteat exempla politicarum uirtutum, & ciuilium causarum. Nũc etiam ad Christianum hominem pertinet, cui pietas curæ esse debet, ut sciat ex historijs etiã fidei & timoris diuini præcepta petenda esse. Nam hæ potissimæ uirtutes sunt piorum, quæ coram Deo ualent. Quanquam uerò Gentium historiæ nõ docent nos Deo curæ esse, aut Deũ agere nobiscum, tamen pius animus hoc considerabit, quomodo Respublicæ in mundo diuinitus conseruentur, & Dei opus esse uiolentiam & iniustitiam uindicari, donare etiam Deum inter Gentes præclaras sæpe uirtutes. Nam non possunt Principes aduersus Satanã seruare Imperia sine singulari beneficio Dei, & subsidio magnarum uirtutum. Atque hoc modo reputabit secum pij hominis animus, huiusmodi præclara facta, & uindictas, Dei opus esse, & discet ex illis timere Deum, utpote quòd tyranni atrociter puniti sunt, iuxta sententiam illam: Qui gladium sumit, hoc est, Matt. 26.

Christiano etiã fidei & timoris præcepta ex historijs petenda.

qui sine mandato usurpat sibi ius uindicandi, is gladio peribit. Contra uerò uidere etiam licet a Deo seruari bonos principes & defendi, atque hoc ipsum quoque gentes animaduerterunt, quòd nitantur Principes Deorum præsidio. Nam Homerus Poëta ait Deũ obijcere clypeum suũ in bello, ut Principes tueatur, fingit etiam quenque Principem sui Dei tutela securum esse, quemadmodũ Palladem Deam Achilli adfuisse, &c.

In primis autem hæc omnia clarè exprimuntur in sacræ scripturæ historijs, ueluti in Abraamo, Dauide, Ezechia, & reliquis Regibus, quos defendit Deus. Et illorum exempla proposita sunt Principibus omnibus, ut sciant, ad eundem modum Deum tueri bonos omnes. Nam hoc distant inter se sacræ historiæ, & prophanæ, quòd in illis testimonia proponuntur de operibus Dei, & non solum politica negotia tractantur, sed p̃cipuè regnũ Dei nobis adumbratur, quòd Deus donat uerbum suum, quòd gratuitò ex misericordia seruare uult, id quod ignorant historiæ gentiũ. Sunt itaque in primis sacræ scripturæ historiæ cognoscẽdæ Christianis omnibus, ut inde doctrinam & confirmationẽ fidei discant, primùm, quomodo creata sint à Deo omnia, quæ sit origo peccati, quòd contra peccatum instituerit CHRISTVS regnum suum, & donauerit

Historiæ sacræ & ꝓphanæ discrimẽ.

Historiæ sacræ qd doceant.

suum

suum uerbũ, quòd promissus fuerit Christus, & uenerit ad abolendum peccatum, & seruandum nos. Itẽ quomodo Deus cùm donasset uerbum suum, semper conseruauerit Regnum Christi, & quòd regnũ CHRISTI, *hoc est, uerè credentes iam inde ab initio mũdi sub cruce uersati sint, & seruati tamen, & Satan cum summa potentia mundi uerbum Dei oppugnârit. Item quod mirabiliter semper præstiterit Deus promissũ suum supra opinionem & captum sapiẽtiæ humanæ. Item propositi nobis à Deo & horrẽdæ ultionis, & gratiæ pariter exempla. Sic Dauidi regi & alijs contigit remissio peccatorum, ut illorum nos exemplis consolemur, & credamus Deum ignoscere uelle. Neque illud negligendum est, quòd ad confirmandos animos nostros denarit Deus omnis generis prophetias de externis regnis, ut ex impleto earum euentu testimoniũ haberemus, quòd uerbum nostrum ex Deo sit profectum, neque alia fides, quàm nostra uera sit. Item ut moneremur, quando Christum uenire oporteret, & quando finis mundi sit expectandus. Itẽ cùm omnia euenisse quæ prædicta sunt in prophetijs, cognoscimus, ut certò credamus & ea similiter euentura, quæ futura aliquando adhuc esse sacræ literæ testantur. Porro ad rectè intelligendas Prophetias, operæ pretium in primis est, nouisse ordinẽ re-*

gnorũ, annorũ numerũ, & multa alia, quæ in lectione gentiliũ historiarũ offeruntur, quarũ cognitio uel hoc potissimũ nomine necessaria est Christianis, ut melius intelligere Prophetas, & de illis certius iudicare queant.

Facilè sanè ex his omnibus æstimare quisque potest, quantum utilitatis & cõmodi ex lectione historiarum percipiatur: & magnitudo fructus earum meritò quenque incitare ac impellere debet ad eas cognoscendas.

Quo ordine historiæ legendæ.

Qui igitur cũ fructu aliquo historias uult legere, is omnia tẽpora à mũdo condito cõplecti debet in certũ ordinem. Nã fuerunt quidã, qui ideo partiti sunt mundũ in septẽ ætates, easq; sipputant uariè, sed hi cũ ordinem tradere studeant, hoc tantũ efficiũt, ut omnia sine ordine cõmisceant. Ego autem sequar præclarum dictum illud Eliæ Prophetæ, qui pulchrè uisit mũ dixisit mundũ in tres ætates, quo ostẽdit præ dũ in tres ætates. cipuas quasq; uicissitudines mundi, præterea & quo tẽpore Christũ oportebat uenire, & quãdiu etiã durare debeat hic stat⁹ orbis. Sic

Elias

Dictũ Eliæ pphe. autẽ sonat: sex millibus annorũ stabit mũdus, & postea collabetur. Bis mille anni sine lege. Bis mille anni lex. Bis mille anni tẽp⁹ Christi. Et si nõ fuerint cõpleti bi anni, id efficiẽt peccata nostra, quæ magna & innumera sunt.

Hoc est, bis mille annos stabit mundus sine præscripta administratione & certa lege,

ex

ex uerbo Dei, sed his exactis circuncisio et lex dabitur: præterea & certa politia & cultus Dei instituetur ex uerbo diuino: & durabit hic status rerũ bis mille annos. Parrò his Christus succedet, & stabit Euangely tempus similiter circiter duo millia annorum, sed desiderabuntur hîc aliquot anni. Nam celeritate aduentus sui anteuortet Deus, quò minus huius ætatis anni complebuntur, id quod testatur Christus ipse Matth. 24. cap. Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua ulla caro.

Nos hoc ordine in texenda historia utemur, et partiemur libellũ in tres partes, quarum prima ea cõplectetur quæ inter Adæ & Abrahami tempora acciderũt. Nam hi primi sunt bis mille anni. Extant autem de his pauca admodũ descripta, sed memorabilia in primis, & de his temporibus nihil usquam certi, præterquã in Bibliys sacris proditũ reperitur. I. Ætas.

Proximum tempus duorum millium annorum numerabitur ab Abrahã usque ad aduentum Christi, tametsi quod ad iustum annorum numerum attinet, non planè completum hoc seculum est. Nam ut antea monuimus, ad consummationem properat Deus. Cæterum hæc ætas uera & propria est mundi, in qua potentissima regna & Monarchiæ ordine quodam sibi mutuo successerunt, neque unquam perinde potentiã suam & uirtutes de- II. Ætas.

clarauit mundus, quàm in hac ætate. Itaque separabimus hoc tempus in quatuor Monarchias. Nam uidetur uoluisse Deus certa quadã gubernatione mundũ in officio cõtineri, ut pudoris & honestatis ratio conseruaretur, et mali punirentur, ideoq; Monarchias instituit. Sunt autem Monarchiæ huiusmodi regna, ubi summa rerum omniũ potestas penes unum est, publicæ pacis & iuris conseruandi causa. Fuit autẽ huiusmodi Monarchiæ tanta potentia, cui alij reges, quanq̃ extra eius imperium constituti, nõ potuerũt se opponere uel opprimere. Et extiterũt tales Monarchiæ successione quadam ordinaria tantũ quatuor. Primũ regnũ Assyriorum fuit. Post hos Persæ imperarunt, deinde Græci, postremò Romani. Et ad huius imperij honorem ac fastigiũ euexit his postremis tẽporibus Germanos Deus præ nationibus reliquis. Nã quanquàm diminutum nonnihil sit imperiũ Romanũ hodie (Deo enim, ut uaticinatum est, uisum ita fuit, ut decrescerent tandem mundi Monarchiæ) tamen maiestas permanet apud Imperium Romanum, & nemo Regum est qui non oculos suos in hoc regnum conuertat. Proinde quanquàm non æquè semper potẽtes habeamus Imperatores, tamen prouidente sic Deo, tanta subinde potentia contingit Cæsar aliquis, ut sublimitas imperij conseruetur. Idq; propter religionẽ &

Monarchia qd et quãtæ potẽtiæ.

Monarchiæ quatuor tantùm.

Imperij honor penes Germanos.

concor

cõcordiã omniũ nationum retinedã. Et debẽt meritò Germaniæ principes, et in primis principes imperij electores, hunc honorẽ suũ magni æstimare, quòd sublimitatẽ hanc duinitus cõmissam habeãt, ad religionem, ius, & pacẽ publicam retinẽdã. Enimuero sanè perquàm plurimũ refert. ut cõseruetur hæc Monarchia, tametsi in specie nõ adeò ampla. Proinde caue re debẽt Principes, ne qua seditionũ, & discordiarũ semina inter ipsos exoriãtur, quæ occasionem præbeant ad hoc regnũ labefactandũ. Etenim distracto uel deuastato hoc imperio, quod omnis rectæ hodie administrationis in mũdo caput est, fieri non posset aliter, quin perturbatio omniũ ordinũ in uniuerso Christiano orbe subsequeretur: id quod uehemẽter metuendum nobis est, nisi Deus præoccupatione extremi aduentus sui tantam calamitatẽ propellat. Sacræ literæ enim consolantur nos, & docent aperte, post labefactatum hoc regnum Germanicum, postremum diem propediem ad futurum. Hæc de Monarchijs dixisse satis sit, ne quis ignoret, esse in hac monarchias omnes res gestas in mundo & historias referendas. Et præterquàm quòd obseruatio ordinis meo memoriã iuuat, etiam nõ parũ ad id cõducit, ut uidere queas quomodo & quibus de causis mutata sint regna, unde discẽdũ erit, quo pacto cauere oporteat ea omnia quæ mutationes

Imperiũ omnibus modis cõseruãdũ.

regnorũ

regnorum secum solent adferre.

III. Aetas. Postrema aetas à Christo nato ad cõsummationẽ usque mũdi similiter duo millia annorũ continet, tametsi monuimus antea nõfore huius aetatis annos integros, ut duo millia annorum cõpleantur. Cõtinet sanè haec sententia Eliæ multas præclaras doctrinas, & uel hoc nomine considerãda in primis est, quòd à Christo nato de eo etiam tempore prædicit, quo rerũ finis est expectãdus, qua de causa præmitterehanc sententiã uolui in principio libelli, ut omnibus cõmendaretur. Caterũ quo pacto post natũ Christum mutationẽ ceperit Romana Monarchia, & eius successio ad Germanos peruenerit, præterea & de origine Mahometici regni, & quomodo Papatus externæ potẽtiæ augmentũ acceperit, ea omnia in hac tertia parte indicabimus. Quin & hoc quoque in historiarũ lectione in primis studiosè observare oportet, q̃ duplex regnũ instituerit Deus, alterum mundi, alterum uerò Christi. Atque hîc necesse est considerare, quomodo iam inde statim a primordijs mũdi cœperit Ecclesia, & qua eam ratione semper conseruauerit Deus. Itaque ut habeant piæ mentes confirmationẽ suæ fidei, adnotabimus iuxta cuiusq; tẽporis regnorũ statũ, ubi & apud quos regnũ Christi, et quis in eo status fuerit, quarũ rerũ cognitio nõ mediocrẽ utilitatẽ pijs Lectoribus adferet.

Regnum mundi, et regnum Christi.

CHRO-

CHRONICORVM LIBER PRIMVS.

*

Qui primam ætatem, hoc est, annorum duo millia, ab Adam usque ad Abrahæ tempora continet.

SACRAE literæ docent, quòd creârit Deus cœlũ & terrã, deinde hominẽ, Adã & Euam eosq; in paradiſum collocârit, hoc eſt, ut extra mortẽ et peccatũ poſiti, in terra beatè uiuerent: ſed cũ præceptum à Deo impoſitũ neglexiſſent, factos eſſe peccato & morti obnoxios. Verũ cũ clarè hæc omnia deſcripta extẽt in ſacris Bibliis, ex quib⁹ diſcẽda ſunt, ſuperuacaneũ eſt eahoc loco cõmemorare: tantùm lectorem monuiſſe ſatis eſt, cõſtare ex his principijs mundum, & creatos à Deo Adam & Euam, qui ſeminarium ſunt totius generis humani. Adam & Eua.

Porrò uerò ſub ipſum ſtatim creationis tẽpus inſtituit DEVS ciuilẽ adminiſtrationẽ, quando poteſtatẽ tradidit Adæ in ea omnia magiſtra quæ in terra & mari ſunt, ut uteretur illis, & t⁹, et omnem ordinationẽ ſtatueret in illis omnibus niũ legũ. Inſtitutio ciuilis

quæ

quæ sunt externa. Hoc mandatū Dei prima origo est legū omniū, & quicquid ciuiliū ordinationū usquam est, ex eo cepit initiū: quæ propter mādatū hoc quod datū est Adæ, approbantur à Deo. Quin & Ecclesia hic suū habuit principiū. Num præceptum datū est, in quo timorē & fidē suam corā Deo exercerent: sed ubi peccare cœpissent, patefecit Deus potentiā Satanæ, & contra illā Euangeliū de semine mulieris, hoc est, de Christo promisit, q̄ ueniret Christus, & dissiparet regnum Satanæ, ac nos de peccato & morte uindicaret in libertatē. Prima hæc Euangelij prædicatio fuit, quæ Ecclesiæ & regno Christi initium dedit. Nā in Ecclesia nō solū præcepta bonorū operū docere oportet, sed & remissionē peccatorū per Christum, siquidem hoc tantū modo recōciliamur Deo et persistimus contra mortā & tētationes omnes, cùm promissionem de remissione peccatorū fide apprehēdimus: atque ita consolationē cepērūt Adam & Eua ex uerbo de promisso Christo, estque ex hisce duabus personis primū inchoata Ecclesia. Præter hæc & tēporales afflictiones eos ferre oportuit, nā ex paradiso pulsi sunt, hoc est, subiecti sūt mortī, & omnis generis calamitatibus aliis, atq; ita p omnē uitā in labore ac ærūnis egerūt in ea terra, quæ postea à Iudæis occupata est. Nā scribunt apud Damascum urbem ere tos esse.

Ecclesiæ initium.

Euangelij prima cō cio.

Cain,

Cain, & Abel.

REfert scriptura sacra, Adam & Euã liberos procreasse, & Cain occidisse fratrem suum Abelem. Atque hic incepit persecutio sanctorum ab impijs hominibus, estque exemplum planè horrendũ. Nam contigit hæc cædes non alia de causa, quàm ob cultum Dei, quem, cùm syncerè sit, ferre non potest Satan. Ideóque impulit Cain ad interimendum fratrem, ut uerbum Dei & syncera doctrina extingueretur. Et indicat hoc factum, quàm uehemens ira & quantus furor sit Satanæ: præterea, quæ infirmitas & ignorantia sit hominum. Insertæ antẽ huic historiæ sũt obiter græues, & seriæ cõciones de ũltimo iudicio Dei, de horrenda ultione propter effusionem sanguinis, quæ hic recensere longum esset. Persecutio ob uerũ cultũ Dei.

Cain postquàm fugit conspectum sui patris, urbem cœpit ædificare Enoch uocatam. Filij eius omnis generis opificia & artes excogitarunt. Tãdem ob commissam cædem pœnas dedit, nam & ipse simili genere fati interijt. Enoch urbs.

Seth.

POst hæc filius Seth Adæ natus est, hic probitate & pietatis studio clarus, post occisum Abelem regnum Dei illustrare & augere conatus est. Ex hoc Seth sancti Patres postea procreati sunt, & permanserunt huius generis reliquiæ: cæterum Caini posteritas in diluuio

dilnuio in uniuersum extincta est. Iosephus testatur ab Adam & Seth duas tabulas factas, alteram æneam, alteram uerò lapideam, & insculptum illis fuisse Verbum Dei et prophetias, quibus conseruatum est uerbum Dei. Scribit præterea & ab illis diuisum annum in mẽses duodecim, & cursus astrorum primùm eos obseruasse & docuisse. Nam possibile non fuisse humanum animum ad tam sublimium támque admirabilium rerum inuestigationẽ penetrare, nisi cognitionem earum Deus aperuisset. Itaque uerbum Dei, literarum charactéres, & maximas quasque artes Adæ & Seth debemus. Et multa testimonia extant apud Græcos, scripturã & artes omnes à Iudæorũ partibus profectas esse. Nam apud Herodotum libro quinto legitur, Græcos et artes & literas accepisse à Phœnicibus.

Tabulæ duæ ab Adã & Seth factæ.

Adã & Seth inuẽtores artium.

Adæ ætas fuit nongentorũ & triginta annorũ, & attigit tẽpora patris Noë, uerũ antequã Noë mortuus est annis centũ & uiginti sex. Cæterũ nihil memorabile quod acciderit his tẽporibus, scriptũ est usque ad annos Noë, præter genealogias, ut interim certò sciremus ex quibus Christũ nasci oportuerit. Sed tamẽ obiter meminit scriptura de fato Enoch, q ad Deum ille sublatus sit: quod factum obiecit Deus ob oculos mundo, ut cognosceret & crederet immortalitatem post hanc uitam restare,

Enoch exẽplum æternæ uitæ.

re,

re, & quòd sit iudicaturus deus, seruaturus quidem pios, ulturus uerò impios.

Diluuium.

MEminit scriptura à Deo punitum esse mundum, & occasiones annectit, ni-mirum quòd deprauari cœperat mundus: & referuntur inter capita flagitiorum, contẽptus Dei, adulteriũ & tyrrannus, in qua omnis generis libido & petulantia exercetur. Sic enim textus habet, Sanctorum filij tyranni esse cœperunt super terram: quo significatur, contempto uerbo et cultu Dei, moribus inhonestis & uita dissoluta eos uixisse, oppressisse infirmos ac inopes pro suo arbitrio, & dominandi licentia usos pro animi libidine. Propter hæc minatus est Deus interitũ mundo per diluuium: & hoc ipsum prius quàm eueniret, prædicare uoluit Noë, annos centum, ut conuersi quidam seruarentur. Gen. 6.

Noë cùm natus esset sexcentos annos, facta est inundatio, & ingressus est in arcam iuxta præceptum Dei cum uxore sua, cum tribus filijs suis, Sem, Cham, & Iaphet, sumptis unà eorum uxoribus: & seruatus est. Reliquos homines & animantia absorpsit & perdidit inundatio. Et sunt à mundo condito usq; ad inundationis tẽpora, anni mille sexcenti et quinquaginta sex.

Tempus post Diluuium.

CVm Noë iam supra annum dimidium in arca fuisset, et inundatio decresceret, hæsit arca in altissimo mõte Armeniæ: ac post exactum annum, cùm terra siccari cœpisset, iussus est à Deo Noë deserere arcã, in qua fuerat iã integro anno. Tum uerò iterum quasi nouum mundum instituit Deus. Primũ enim donauit uerbum suum, quo promisit non submergendum amplius mũdum, & certitudinis testerã addidit Irim, quæ moneret nos de facta promissione: atq; hoc modo beneuolentiæ & misericordiæ signa proposuit ad fidẽ exercendã. Permisit etiã tum libertatẽ carnibus uesci, quas sancti patres ante diluuium nunquam usi erãt. Præter hæc nouum præceptum tulit Deus de administratione externa, & clarius præcepit homicidas uicissim occidendos esse per eos quibus legitimè hoc cõmissum sit, hoc est, per magistratũ. Itaq; ea ratione nouus plane mundi status de integro constitutus est.

Esus carnium primùm concessus.

Vltionis exẽplũ.

Hæc omnia breuiter recensui, in primis, ut quisque ad animum reuocet & expendat secum quanta sit ira Dei propter peccatũ. Etenim uoluit Deus hoc exemplo mundum cautiorem reddere, quòd iudicare & ulcisci uelit: estq; significatum, uelle Deum iudicare aliquando uniuersum mundum, siquidem non ultum peccatum inultum manere. Scripserunt nonnulli,

Ira Dei propter peccatũ quanta.

nulli, cùm in aquis primùm submersus sit mũ- dus, colligi ex naturalibus argumẽtis posthac cõflagraturum. Quin & hoc obseruatu dignum est, seruari à Deo suos, quanquam numero paucos & contemptos. Notandum in hoc loco & illud est, de institutа ciuili potestate, & iudicta ob perpetratũ homicidium. Nam hoc ferè caput est omnis ciuilis administratio nis, iuxta quod reliqui omnes casus & delicta iudicari debent.

Mũdum cõflagraturum.

Pũ seruã tur.

De turri Babylonica.

POst diluuium auctо iam humano genere, apud Chaldæos Babylonica turris, & ciuitas Babylon ædificari cœpta est, ut ibi regnum auspicarentur, & alios populos subij cerẽt. Cæterùm hos conatus euertit Deus: nam cùm antea una lingua omnes uterentur, factũ est ut mutato uulgari sermone alij alio idiomatis genere loquerentur, & se mutuò nequa quàm intelligerent. Itaque & diuisio linguarum facta est, & opus ipsum relictum imperfectum. Posteri autẽ Noë hinc inde in mũdum dispersi sunt.

Idiomata linguarum.

Sem maximus natu filiorum Noë, ex cuius genere Christus est, occupauit cũ filijs suis eam Syriæ partem, quæ orientem spectat. Nam ex eius filio Aram Syri uenerunt, ex Assur Assyrij, ex Arphaxat Chaldæi, ex Elam Persæ originem ducunt.

Sem.

Cham. Cham alter filiorum Noë, eam regionem obtinuit quæ ad meridiem tendit. Ex Canaan enim Cananæi sunt, ex Mizraim Aegypti, ex Chus Aethiopes, ex Saba Arabes.

Iaphet. Iaphet natu minimus filiorũ Noë ad occasum et septentrionẽ se contulit, et hic omnium nostrum pater est, propterea & reperitur eius nomen apud Poëtas, qui Iapetũ eum uocarint. Ex huius filio Iauã uel Iaon Græci sunt, quos Iones appellamus. Nam hi Græcorum primi sunt. Et uox Iauam seu Iaõ subindicat haud dubiè, quem Ianum uocauerunt Latini. Pingere hunc bifrontem solebant, quòd utriusque gentis & Græcorum & Latinorum ex eo ortus esset, & quoties auspicaturi aliquid erãt, singulari quodam honore eum uenerabantur, quo testati sunt quòd Iaona patrem agnouerant.

Iones primi Græcorum.

Ianus bifrons quare.

Macedones. Iaonis filius Cethim, unde Macedones dicti sunt, idq; cõfirmat primus Machabæorum liber, & uox Macetim Hebræis sonat ex Cethim, unde Macedo uocabulum natũ est. Nam Stephanus scribit Macetis ueteres dixisse.

Aeoles. Iaonis plures fuerunt filij, Elisa & Dodanim, ex quibus, Aeoles aut Hellas, et Dodonei ortũ trahũt, hi omnes Græcorũ primi. Ex Tarsis Iaonis filio Tarsus in Cilicia dictus est.

Iaphet & alios adhuc filios habuit, Gomer, Magog, Thyras & Mesech. Ex Gomer Cimerij, siue Cibri sunt, teste Eusebio. Ab Asca-

nes f
neru
Tur
I
Noë
tas h
cond
V
& h
fatio
mun
dicta
tradu
script
propo
dis, c
teum,
ficile
quean
fore, a
terat
ac ita
Int
de qua
signifi
Syrioru
Persar

nes filio Comer, Tuiscones, hoc est, Germani uenerunt. A Magog orti sunt Scythæ, & hinc Turcarum origo est. A Thyras Thraces. Germani.

Indicaui breuiter quam quisque filiorum Noë orbis partem occuparit, id quod ad multas historias facilius intelligendas magnopere conducit.

De typis IIII. Monarchiarum.

VT intelligi possit, in his quæ geruntur à Magistratu, opus Dei cognoscendum & honorandum esse, monuimus suprà in præfatione, uoluisse Deum quatuor Monarchijs mundum contineri, ut politia, iustitia, & uindicta inter homines conseruarentur: propterea traduntur de his Monarchijs multa passim in scripturis sacris. Duplici eas ratione Danieli proposuit Deus. Primùm sub imagine uiri grãdis, cuius caput aureum erat, pectus argenteum, uenter æneus, crura ferrea, pedes partim fictiles, partim etiam ferrei. Et ne ignorare queamus tum demũ mundi consummatiouem fore, adiectum est quo pacto petra Christus cõterat pedes istius imaginis, ut corruat uir ipse, ac ita mundus cesset. Monarchiæ quatuor Danieli ꝓpositæ duplici ratiõe.

Interpretatus est hãc uisionem Daniel ipse de quatuor Monarchijs. Nam aureum caput significare ait primum regnum, hoc est, Assyriorum Monarchiam. Argenteum pectus, Persarum regnum. Ventrem æneum, Græco-

rum imperium. Ferrea crura, Romanorum regnum. Ferrei & fictiles pedes, præsentem Romani imperij statum adumbrant, utpote quod hodie multo angustius & infirmius habemus quam olim fuit.

Typus quatuor Monarchiarum.

Præ se ferunt & horum regnorum typum quatuor animalia ostensa Danieli. Leæna Assyriorum robur significat: Vrsus, Persarum imperium: Pardus, Alexandrum. Quarto animali Romani significantur. Et adycitur præter Romanum imperium exoriturum esse aliud regnum crudelitate plenum, atque adeo quod contra uerbum Dei nouam legem statuet: atq; hoc est Mahometicum & Turcarum imperium hodie. Adeò fideliter cõmoneri nos uoluit Deus, ut cognitis totius mundi historijs, confideraremus non longè abesse consummationis tempus, atq; hoc modo habeamus quo fidem nostram confirmemus.

Turcicũ regnũ in Daniele prædictũ

In Bibliis extat primum regnum ex Nemroth apud Babylonios initium sumpsisse, & uocat eum scriptura uenatorem robustum coram Deo, hoc est, potentem principem, qui ui subegerit homines, ad obtemperandum. Et uenator coram Domino dictus est, quasi Dei uenator, quo significatum est, ciuilem potestatem uindictam esse à Deo ordinatam, atque adeò quæ Dei ministra sit. Itaque prima Monarchia apud Chaldæos cœpit, quemadmodum

An. mũdi 1788. Nẽroth uenator Dei.

modum & Xenophon testatur, & sanè regnarunt primùm posteri Cham, ex quo originem Nemroth habuerat. Quanquam enim filium Cham deuouerat pater Noë, tamen mirabili interim fato & nindictam & promissionem distulit Deus. Cæterùm penes posteritatem Nemroth non permansit Imperium. Nam apud Assyrios nouum regnum exortum est per Assur, à quo & Niniue ciuitas condita est. Porrò ex Niniue progressi sunt Assyrij, & Babylon sibi subegerunt, id quod Diodorus Siculus scribit: estq; per hanc occasionem à Chaldæis ad Assyrios translata monarchia.

Monarchia prima apud Chaldæos.

Assur.

Babylõ.

Strabo & præterea alij Niniues urbis mentionem fecerunt, quòd in Assyria sita sit: unde æstimari facilè potest, Niniuẽ & Babylonem duas diuersas urbes fuisse, non unam diuersis nominibus. Multi in hac Monarchia Reges recensentur: cæterùm cùm nihil memorabile de factis eorum extet, non attinet magnopere nomina eorum tãtùm enumerare: solum hoc meminisse lectorem operæpræcium erit, cœpisse hanc monarchiã propemodum sub ipsum terminum primorum bis mille annorum, qui sub id tẽpus exacti erant, quando Abraham quinquaginta annos natus erat.

Niniue.

Hactenus de prima ætate mundi, in qua uidere licet de creatione mundi, de Ecclesia, & ciuili administratione ordinata diuinitus,

& prætera de alijs stupendis factis à Deo exhibitis mundo. Cæterum Ecclesia à Noë Patriarcha ad Abraham peruenit, qui natus erat annos quinquaginta octo cùm moreretur Noë. Interim autem cùm cœpisset hæc monarchia in Babylone, et passim ubiq; impietas et idololatria exorta est, uera interim fide & Verbo Dei extincto.

Ecclesia à Noë ad Abrahã.

LIB. SECVNDVS,

De quatuor Monarchijs, qui similiter bis mille annos complectitur.

QVIA omnino utile & necessarium est in historijs tempora, & rerum gestarum seriem considerare, partiri uoluimus hæc Chronica in certos numeros, qui facilè percipi & memoriæ retineri possent, sed quibus tamẽ cõprehenderẽtur maximæ & præcipuæ quæq; uicissitudines mundi. Postq; itaq; primũ ætatem absoluimus, dicere iam instituimus de subsequẽtibus bis mille annis, in quibus & summa potentia mundi apparuit, & maximæ monarchiæ ordine extiterunt.

PRIMA MONARCHIA Assyriorum.

ANtea monuimus primum omniũ apud Babylonios regnare cœpisse Chaldæos, ueruntamen

uerùm non diu manſiſſe in imperio, ſed Aſſyrios uicinos Chaldæa ui obtinuiſſe regnũ: & auſpicantur hiſtoriam à rege Nino, qui potentiſſimus in oriente factus eſt, tandem etiam cũ Zoroaſtre Bactrianorum Rege bella geſſit. Fertur Zoroaſtres hic reperiſſe primùm magiam, & magna diligentia cœli & aſtrorum curſum docuiſſe. Porrò finito bello quod cum Zoroaſtre geſtum eſt, obijt Ninus, relicto hærede paruulo filio. Zoroæ ſtres magiæ reper tor.

Regina Semiramis.

SEmiramis mater pueri poſt obitum regis ipſa imperio præfuit. Verebatur enim in tam nouo regno, & non ſubditis adhuc omnibus ſua ſponte, ne ob iuuenilem ætatem pueri populus ad defectionem properaret. Itaque ne ipſa propter muliebrem ſexum cõtemneretur, uſa eſt uirili habitu, ſimulauitq; ſe regium filium eſſe. Excelluit factis plane heroicis, & imperij fines regionibus adiectis & munitionibus adauxit. Imperauit feliciter et magna cũ laude annis quadraginta duobus. Vrbem Babylonem ſumptuoſis ædificijs, foſſis, mœnibus circumductis firmiorem reddidit. Defuncta Regina matre, Niniæ filius in magna tranquillitate regnauit, & fuit hoc modo apud Aſſyrios faſtigium orbis & monarchia multo tempore. Cæterùm cùm non multa de ſubſequentium Regum factis ſcripta extent, prætermit-

Semiramis habitu uirili uſa eſt.

Ex Bero termittere uolo catalogum nominũ eorũ, quòd so, Diodo germanus lector illorum nõ facilè meminisse ro, et cæ. queat. Qui uerò ea cognoscere uolet, is ex multis aliis scriptoribus petere potest.

At uerò dubium non est, quin uariæ & magnæ mutationes inciderint in hanc monarchiam, id quod colligi facilè potest ex Bibliis sacris, quæ testãtur ab Assyrijs multò ante Cyri tempora Babylonem occupatã, exterùm regna diuersa fuisse, alterum Niniuitarum, alterum uerò apud Babylonios. Verùm quibus de causis & quo tempore fuerint hæ commutationes, incertum planè est. Herodotus scripsit tenuisse hanc monarchiam Assyrios annos quingentos, posteà multo tempore nullum certum aut firmum imperium extitisse, sed suo proprio regno Medos usos esse, similiter & Chaldæos apud Babylonem, item Assyrios apud Niniuit. as suum habuisse Imperium, & inter Reges modo hunc, modò illũ potentia sua ipse superiorem. Medi tandem potentiores facti, summam ad se monarchiã retulerunt, capta etiam Babylone urbe. Hæc magis uerisimilia apparent, quibus & ea cõsentiunt quæ de Sardanapalo non solũ Metasthenes scribit, sed Bion etiã, cuius Agathias mẽtionem facit.

De Sardanapalo.

SVnt itaq; nobis de Sardanapalo pauca dicenda, quomodo exutus sit regno suo, & quòd

quòd postea diuisa sint Imperia. Quoties puni re ault mũdum Deus, Principes impudicos do nat. Ex historijs constat, Sardanapalũ negle cta prorsus regni administratione, uoluptati bus tãtum indulsisse, adeo etiã, ut & fuco ad fingendam formam, & ornatus habitu mulie rum exemplo usus sit. Ferunt sedentem eum in corona impudicarum mulierum omne turpi tudinis genus exercuisse. Quomodo quæso hu iusmodi Imperium calamitosum exitum non recepisset? Cùm iam defecissent ab eo Medi & Babylonij, pugnasset que cum hostibus in feliciter, neque usquam ferè amplius tutus es se posset, arcem apud Babylonios igni accen dit. & in ea conflagrauit. Cæterum, ut Dua ris scribit, præmiserat iam antea tres filios su os Niniuem: atque hinc factum est, quòd post extinctum Sardanapalum diuisa regna sint. Apud Babylonios Belochus imperabat, qui eum Arbace à Sardanapalo defecerat, Ara baces Medorum regnum tenuit. Apud Ninia uitas Assyriorum posteritas per annos aliquot durauit. Dimicatum est inter hæc tria regna propter monarchiam annis multis.

impudi cus.

Sardana pali mol lities.

Sardana pali mors

De Aegypto.

DIximus de prima monarchia hac quan tum satis est. Cæterùm quantum annoa rum sit usque ad secundæ monarchiæ tempus, infrà annotabimus. Restant nunc indicandæ

quædã

quædam breuiter de alijs regnis, quæ præter hanc monarchiam exorta sunt. Floruit enim Aegyptiorum regnum longe amplissimum, quod à posteris Cham admiuistratum quidē est, sed quod ad eius potentiam attinet, monarchia inferius erat, quemadmodum Gallorum regnum hodie potentissimum quidem est, sed inferius tamen Romano Imperio, siue potentiam siue dignitatis maiestatem spectes.

Aegyptiorum regnum.

De Abraham, & Spirituali regno.

VT non ignoremus quo in loco uerbum Dei & Ecclesia fuerit, dicendum nobis quoque est de spirituali regno. Temporibus Nini Regis Abraham fuit. Nam cùm esset annos circiter quinquaginta natus, finem habuerunt primi bis mille anni, & Assyriorum regnum iam antea cœperat. Porrò autem cùm iam uerus cultus & uerbum Dei exolescere cœpisset in regno Babylonico, profectus est Thare ex Chaldæa in Mesopotamiam cum duobus filijs suis Abrahā & Loth, ut non & ipse impietatis superstitione apud Babylonios cōmacularetur. Vocat autem scriptura hanc idololatriā ignem Chaldaicum, Vr Chaldæorum. Nam cùm sacrificijs uerè piorum ignis decidēs è cœlo accendisset uictimas, imitati eorum exēpla impij ignem accenderunt, & ita instituerunt nouū cultū Dei, ut eo opere seruirēt Deo,

Abrahā Nini tēporibus.

Thare.

Vr Chaldæorum.

sine

sine expresso uerbo Dei, & absque cognitione promissionis de uenturo Christo. Infra, in historijs quoque dictus est hic ignis Grimasda, hoc est, sanctus ignis, quem equo impositum etiam anteferri sibi reges uoluerunt. Prima occasio idololatriæ inter homines ex hoc igne cœpit, priusquam imagines in usu fuerunt. Cæterum ne in uniuersum uerbum Dei interiret, ex integro promissionem de Christo renouauit Deus, & uerbo nouã cærimoniã adiecit, quæ ueluti sig.. ũ, cõseruaret in hominũ animis memoriam uerbi. Etenim facilè obliteratur uera doctrina, nisi per externa signa & cærimonias inculcetur populo. Electus est ad id à Deo Abraham, qui cùm natus erat annos quinque supra septuaginta, iussus est à Deo relicta Mesopotamia in Chaldæam cõcedere, ubi noua ei promissio contigit, fore ut posteri Abrahæ terram Canaan possiderent, & in ea imperarent, atque adeo etiam uenturum esse semen Abrahæ, nimirum Christum, per quem uellet omnibus populis benedicere Deus, hoc est, per hoc semen placandum esse Deum, & sublato peccati & mortis iure, donandam uitam æternam. Promissioni huic à Deo circunciso addita est, quæ promissionis symbolum esset, & incitamentum ad credendum. Itaque postea sẽ per permansit Ecclesia, uerbum & spirituale regnũ Christi in certo populo, hoc est, in posteris

renouatio promissionis Abrahæ facta.

Circuncisio promissionis symbolum.

ris Abrahæ, in quibus aliquos semper, qui uerè credentes & pij erant, existere necesse fuit. Porrò uniuersa historia Abrahæ in sacris Bibliis copiosè descripta est. Hoc in loco indicasse satis sit, quo tempore fuerit Abraham, & quæ mutationes de religione inciderint. Cæterùm promissio subinde iterata est Abrahæ. Circumcisio autem data est ipsi nato annos nonagintanouem, anno à condito mundo 2047. Sunt qui ad unum iubilæum numerant 2050.

Circũcisio quando data.

Abrahæ ex Agar ancilla filius Ismaël natus est, is potẽtia et uiribus apud Arabas crescere cœpit, & Agareni in Arabia huius Agar nomen referunt. de quo posteà dicemus.

Agar. Ismaël. Agareni.

Sodomæ conflagratio.

ANno nonagesimonono ætatis Abrahæ, ob detestanda flagitia, & nefandas inconcessásque libidines deleuit Deus quinque urbes, Sodomam & Gomorram, & adiacentes alias ciuitates, igni cœlitus dimisso exustas. Locus ubi fuerunt urbes, ingens lacus factus est, cuius longitudo & latitudo per aliquot milliaria protenditur, hodiéque etiamnũ pice plenus perpetuis uaporibus exæstuat, in testimonium diuinæ indignationis & uindictæ ob tanta scelera. Contigit hoc post diluuium anno trecẽtesimo nonagesimoprimo, postquàm mortuus fuerat Noë, uno & quadraginta annis. Testatus est hoc modo subindè Deus mundo,

Lacus ex incendio Sodomitico factus.

Vltionis exẽplum.

An. mũdi 2047.

do, se peccatores ulciſci & iudicare uelle.

Isaac.

An. mun di 2408.

POſt hæc natus eſt Abrahæ ex uxore ſua Sara filius Iſaac dictus, ex cuius ſemine Chriſtus eſt. Nam huius typũ præ ſe ferebat, cùm ut immolaretur à patre iuſſit Deus, quo ſignificatum eſt Chriſtum uictimam fore, qua peccatum & mors expiaretur: eſſque adumbratum in hoc exemplo iterum, Deum peccata cõdonare uelle, reſuſcitare mortuos, donare credentibus uitam æternam.

Iſaac typus Chriſti.

Iſaac duos habuit filios, Iacob, & Eſau. Ex Eſau Edomitæ originem habent in Arabia, nam Eſau Edom dictus eſt, hoc eſt, rufus: propterea quòd ius primogenituræ, cui benedixerat Deus, ob pulmentum rufum uendiderat ſuo fratri, cõtempta nimirum benedictione & beneficio Dei uentris cauſa. Iacob autem Iſraël cognomento appellatus eſt, hoc eſt, princeps Dei, ex quo Iſrael populus ortũ habet. Sed de his omnibus conſulenda ſunt Bibliæ ſacra.

Iacob. Eſau. Edomitæ. Eſau quare Edom dictus. Iacob Iſraël dictus.

De Ioſeph filio Iacob.

Ioſeph.

QVi uerò inter præcipuos & ſapientiſſimos rectores recenſetur Ioſeph, meritò hic eius mentionem facimus. Aegyptios enim uir ſapiẽs & religionem & ciuiles mores docuit, eſſque in primis obſeruatu dignum, uirum & ſancti tate & ſpiritu ſancto præditum, duram admodum & ſeueram adminiſtrationis rationẽ inſtitu

instituiſſe, & tam latè patentem Aegypti regionem uniuersam ueluti unius corporis membra coadunaſſe, ut hinc diſcamus, ſeueritatem ad retinendam in officio multitudinem in prioris neceſſariam eſſe, & probari Deo. Indulgentia enim uulgus corrumpi ſolet. Cæterùm qua de cauſa peruenerit in Aegyptum, decõſpiratione fratrũ ei⁹, quòd ab illis uẽditus ſit, præterea & qua fortuna uſus ſit in Aegypto, de his omnibus copioſe in Bibliis. Etenim mirabili hac occaſione in Aegyptum uenire eũ uoluit Deus, ut & in hoc regno inſtitueretur uerus cultus Dei, & patefieret promiſsio de nẽtro Chriſto. Voluit enim Deus ſemper, etiã in maximis regnis, prædicare uerbũ ſuum. Praterea ut per hãc occaſionẽ Deus uitæ ſubſidiũ Iacob & eius generi famis tẽpore ſuppediturt.

Seueritas in imperijs placet Deo.

De Moſe, & tyranni Pharaonis pœna.

QVãquàm uerò Abrahæ poſteris promiſerat Deus poſſeſſionẽ terræ Canaã, tamẽ diuinitus promiſsum multo tempore, ut haberent interim quò per uerbum fidẽ ſuã exercerent, id quod mò etiã grauiter eos antea in Aegypto aſſligi promiſit. Nã, ut teſtatur Geneſis, Iacob cũ ſuis famis tẽpore in Aegyptũ pfugit, ubi multo tẽpore egerũt, id quod poſtea adnotabimus. Porrò cũ ſine modo et intermiſsione grauaret populũ Pharao, & tyrãnidem exerceret, adeò ut præ

Promiſſionis diuinæ dilatio, ad quid mò etiã grauiter eos antea in Aegypto aſſligi promiſit.

Gen. 46.

ut præciperet etiam natos masculos statim ene
cari, misit Deus Mosen, ut ex Aegypto educe-
ret populum Israël, qui post multa miracula
populum ad mare rubrũ perduxit, quem ma-
gnæ ui persequutus est Pharao, confidens sui
se uoti compotem fore, ut omnes necaret: nam
effugij locus non erat, cùm hinc montibus, in-
de mari concluſi eſsent, & à tergo hoſtis Pha
rao inſtaret. Sed hic declarauit Deus, quòd
ubi extrema neceſsitas incumbit, adeſt ſuis, et
audit eos. Nam retrogreſsa eſt aqua, & per
milliaria aliquot uiam præbuit Iſraëli, ut ſi-
ne ullo periculo tranſiret, ſed infeliciter ſubſe
quutus eſt in mare tyrannus, qui priſtino mo
re fluentibus iterum aquis abſorptus eſt, cũ de
lectiſsima totius Aegyptiaci populi parte. Pro
poſuit hic itaque Deus mundo nouum exem-
plum rurſus, uelle ſe tyrannos impios, atque
adeò omnes contemnentes pietatem, iudicare
& ulciſci.

Gratiæ & clemẽtiæ exem plum.

Vltionis exẽplum.

Decalogus præceptorum quando ſit datus.

QVinquageſimo die poſt diſceſsionem Iſ-
raëlitici populi ex Aegypto, cùm in de-
ſerto iuxta montem Sinai iter facerent, decem
præcepta promulgata ſunt, incredibili magni
ficentia & maieſtate, nimirum uoce audita
è cœlo, plena metus & terroris. Atqui hoc o-
pus Dei eiuſmodi eſt, ut eo aliud ſublimius in

terris hominibus antea non contigerit. Continet enim doctrina decem præceptorum summa sapientiæ diuinæ, & compendio quodam complectitur quicquid legum & constitutionum usquam esse potest. Itaque operæ precium est tempus non ignorare, quo doctrina tã magnifica data est diuinitus, nimirum annis à mundo condito, bis mille, quadringentis quinquaginta quatuor, septingẽtis nonaginta octo post diluuium. Et Paulus ait, legẽ datam esse post factam promissionẽ anno quadringentesimo tricesimo. Nam is annorum numerus ẽ iam inde ab eo tempore, quo natus Abraham annos septuaginta quinque promissionem accepit, usq; ad id tẽpus quo per Mosen eductus est Israël ex Aegypto. Et quod legitur Exodi duodecimo capite, habitasse Israëlem in Aegypto annis quadringentis & triginta, numerari non debet ab eo tẽpore quo Iacob in Aegyptum profectus est, cùm iam floreret Iosephus. Nam non esse hunc annorũ numerũ post Iacob tantum, uel inde facilè colligi potest, quòd Caath unà cum Iacob profectus est. Porrò filium Amrã genuit, qui filiũ Mosen habuit. Iam fieri non potest, quadringentos annos inter Caath & Mosen fuisse. Proinde suppũtandi sunt quadringenti & triginta anni illi de quibus in Exodo legitur, ab eo tẽpore quo Abraham primum ex Mesopotamia in Canaã

Tẽpus à promissiõe Abrahæ facta, usque ad egressũ ex Aegypto.

prof

profectus est, & postea ipse quoq; in Aegypto est uersatus. Et ut rectius Pauli sententiæ detrahẽ datur, colligam annorum numerũ paulò exactius.

Anni uigintiquinque sunt usq; ad natum Isaac ab eo tempore quo Abrahã primùm in terram Canaan uenit, quando natus erat annos septuaginta quinq;. Sexagesimo anno Isaac Iacob genuit.

Nonagesimo ætatis suæ anno Iacob Ioseph natus est. Decẽ & cẽtum annis Ioseph uixit. Sexaginta quinque anni sunt post Ioseph usque ad natũ Mosen, & hũc numerum annorum etiam Philo adnotauit.

Annos octoginta Moses natus erat cum ex Aegypto educeret populum. Contracti hi anni in summã constituunt annos quadringentos et triginta. Tanti temporis interuallũ extitit iã inde cùm primũ promissio daretur Abrahæ, usq; ad id tempus quo ex Aegypto profectus est Israël, & postea lex data est.

Iam uerò dedit huic populo Israëlitico Deus certã politiã et peculiare quoddã regnũ, i quo nihil desiderari potest, quod ad uerũ cultum Dei, ad sacerdotium, præterea etiã quod ad ciuilem iustitiã attinet, ut apertè tandem existeret certus populus, qui haberet uerbũ Dei, & ex quo Christus aliquãdo nasceretur. Itaque penes hũc populũ semper fuit Ecclesia, ex

gnũ Dei & uerũ uerbum usque post paßum Christum, id quod obseruandum est, ut nemo nesciat semper fuiße Ecclesiam, & reuelaße Deum iam inde ab initio mundi uerbum suũ, & conseruaße illud semper apud suos.

De Principibus Israël.

AB egreßu ex Aegypto usq; ad initium regni Saulis, anni fuerunt quadringenti triginta sex, id quod apertè indicat textus tertio Regum sexto. Iam uerò post defunctum Mosen Principes habuit hic populus, qui partim authoritate prudentium hominum creabantur, partim à Deo excitabantur uocatione peculiari, per quos res gestæ sunt insignes, atque ita declarauit Deus, se adeße & tueri suos fideliter, etiam si periculorũ fluctibus aliquando agitari uideantur. Principes hi consuetudine Hebraica iudices dicebantur. Cæterùm cùm extent historiæ eorum in Biblijs cõscriptæ, nos tantum nomina eorum recensebimus, ut Chronicorum ordo, & ratio annorũ rectius obseruetur.

Prĩcipes iudices dicti.

Moses regnauit 40. an. Iosue 17. Alij Iosuah. 32. Othoniel 40. Ehud 80. Baruch cũ Debora Prophetißa 40. Gedem 40. Abimelech 3. Is parricidiũ admisit in fratrẽ suum, & per seditionem regnum in se transtulit, ideóque & ipse nõ multò pòst perpetrati parricidij pœnas dedit. Thola 23. Iair 22. Iepthe 6. Abeßan 7.

Athniel. 80.

Post Iair interregnum 18. annorũ.

Elon

Elon 10. Abdon 8. Sampson 20. Post hos præfuerunt populo hi summi sacerdotes. Eli 40. annos. Samuël & Saul 40. annos.

Reges Israël.

IVdices Israëlitici populi, hæreditarij non erant, ideò nec firmum aut certum imperium fuit in hoc populo, præterquam apud summos sacerdotes, sed præsidij loco subinde addidit Deus prudentes Principes, eósque nunc hîc, nunc alibi excitabat. Cæterũ hanc incertitudinem imperij indignè ferens populus, postulauit à Samuële summo sacerdote regẽ certum designari, qui præesset regno. Samuel nihil in re tanta temerè facturus, Deum consuluit. Significauit Deus offendi se uehementer hac libidine uulgi in nouo rege petendo, præcepitq; Samueli, hoc nomine grauiter reprehendendũ populum. Interim tamen annuit Deus in creando rege, & regno instituendo & continuando. Confirmatur hic regni potestas diuinitus & administratio regnorum uerbis nõ obscuris, id quod in primis spectare decet.

Proinde obserua quòd non ideò irascitur Deus, quia improbet regium imperium, (nam id clarè confirmat) sed indignè fert nouitatis studium multitudinis in ea republica mutanda, quam ipse instituerat. Etenim Deus ferre non potest immutationem imperiorũ, quæ diuinitus sunt ordinata. Et monemur hoc exẽplo, ut

Mutationes, et nouitates ĩpiorũ displicent Deo.

plo, ut quãcunq; tandem innouationem fugiamus. Sũt præterea in hac historia multa alia præclara præcepta, quæ brevitatis studiũ me cogit prætermittere, tantũ unũ hoc repetere uolui, confirmari hic à Deo denuõ ciuile magistratum, principũ & regum autoritatem, quando loquitur de iure & officio regis.

Cõfirmatio ciuilis magistratui.

Saul regnauit annos quadraginta, et propter impietatem periit, & totum eius genus extinctum est.

Dauid imperauit 40. annos, & puniuit cũ Deus ob admissum adulterium, & per seditionem à proprio filio Absolon regno pulsus est, sed resistit eam Deus in regnum, ac seditione graviter puniuit. Absolon inusitato quondã genere fati periit.

Salomõ. Salomon annos 40. rex fuit, sed eo defuncto distractũ regnum est propter adulterium Dauidis.

De regibus Iuda ex genere Salomonis.

Roboã. Roboam rex imperauit annos septemdecim. Et cùm parere nollet consilijs maiorum in minuendis nonnihil oneribus & exactionibus regni, effecit seueritate sua, ut mutatio regni subsequuta sit. Sequebatur enim cõsilia iuuenũ, neq; pro æquitatis ratione quicquã remittere uolebat. Defecit itaq; ab eo pars tertia regni, & nouum regnum in Samaria

maria auſpicati ſunt, id quod utrinq; ingen- Occaſio
tiũ bellorũ occaſionem præbuit. Cæterũm in regni Sa-
tribu Iuda retinuit imperium poſteritas Da- mariæ.
uidis, & regẽ Iuda ſequuta eſt trib⁹ Beniamin.

Abia regnauit tres annos, & pugna deui- Abia.
cit regem decem tribuum Iſraël.

Aſa imperauit annos quatuordecim. Hic Aſa abro
magnam laudẽ meruit, q; impiũ cultum Dei, gauit im
qui cõtra uerbũ Dei inſtitut⁹ erat, abrogauit, piũ cultũ
adeo etiã ut ne matri quidẽ ſuæ in hac parte Dei.
pepercit. nã & illa peculiarem quẽdã cultum
Dei ſequebatur. Fortunauit hoc nomine cum
Deus aduerſus Arabes, quos pugna uicit. Tan
dẽ etiã punitus eſt à Deo ob conſpirationẽ quã
dã, quam, relicta fiducia in Deum, inierat.

Media pars ætatis mundi.

SVb annũ duodecimũ imperij huius regis
Aſa, expleta ſunt tria millia annorũ mun
di, hoc eſt, media pars toti⁹ ætatis mũdi, iuxta
Eliæ dictum, quod in ipſo principio libelli ad-
notauimus. iã uerò poſthac animaduertere li-
cebit, maximas ſtatim & repẽtinas mutatio-
nes in omnibus imperijs accidiſſe, exorta bella
& cædes eſſe, ſiquidem ad ultimum ætatis ſpa
tium paulatim uergunt res humanæ.

Quin & hoc quoq; conſiderandum eſt, Iudæi ue
res Iudaicas Græcorum & Romanorũ factis tuſtiſſi-
uetuſtiores eſſe, unde colligi facilè poteſt a Iu- mi.
dæorũ patribus, omnibus alijs populis originẽ

esse, imo etiam antiquissimam doctrinam, atque adeò ipsum uerbum Dei apud Iudæorum patres extitisse.

Iosaphat studiosus religiõis.

Iosaphat regnauit annos uiginti quinque, commendatur ob studium religionis, & quòd magna sedulitate omnia officia regia administrauit. Et hoc nomine præclaras ei victorias donauit Deus. Elias propheta huius temporibus fuit, qui uiuus in cœlum sublatus est. atq; ita in ipso medio ætatis mundi spatio exustat prophetam Deus doctrina et miraculis insignem, ut uerbum & promissio de Christo subinde innouaretur. Reliqua itaq; tria millia annorum mundi, sub hoc Elia inceperunt.

Elias in media mũdi ætate.

Eliseus.

Eliæ successit Elisæus Propheta. Caterum de his duobus Prophetis, quòd damnarint impium cultum Dei, & quæ miracula fecerint, copiosè in Bibliis sacris tractatur.

Ioram nonæ Idolatriæ autor.

Ioram regnauit annos octo, occidi iussit maiores & fratres suos, & nouæ idololatriæ autor fuit. quare & ob impietatẽ Deo meritas pœnas dedit, victus à Philistæis occubuit, à quibus abductæ sunt uxores eius & liberi, præter Ochosiam, qui natu minimus erat.

Ochosias.

Ochosias uno tantum anno in Imperio fuit, & patris exẽplo falsum cultũ Dei instituit per

Athalia. Vltionis exẽplum.

misit, quare occisus est. Porrò mater eius Athalia, ubi uidit interisse suum filium, ne ab aliis occuparetur regnum, occidi iussit quotquot reliquã

liqui erant ex stemate regio: atque hoc modo à Salomonis posteritate translatum regnum est, ut hinc discamus quàm seueriter ulciscatur Deus peccatũ. In primis autẽ considerare hoc debent principes, extirpari à Deo magnorum principum genus causa flagitiorum.

Athalia mater Ochosiæ per uiolentiã retinuit regnum, et magnam tyrãnidem exercuit annos septem. Tãdem meritas pœnas dedit, cũ ex iussu summi sacerdotis iugulata est.

De Nathan & eius posteris.

IN catalogo patrum ex quibus Christus est Nathã natus, prætermisit Euangelista Lucas Salomonem. Nam Salomonis posteritas extincta uid. est, cæterum nihilominus in regno succesſerũt posteri Danidis, iuxta promissionem Dei. Porrò habuit Dauid & Nathan filium, cuius Lucas mentionem facit, ex huius genere hi sequẽtes reges Iuda fuerunt, nempe

Ioas imperauit annos quadraginta, insignis Ioas. hic pietate fuit, dum Ioiada summus sacerdos Ioiadauiuebat, cui obtemperabat, postea ad impietatem & idololatriã defecit, & Zachariã pro- Zachaphetam Ioiadæ filiũ ante templũ occidi iussit, rias pro- cuius & Christus meminit Matt. 23. cap. Quã pheta. obrem per Syrios puniri eum uoluit Deus, & tandem à ministris proprijs occisus est. Amasias

Amasias rex fuit annos uiginti nouẽ, & hic pietatis primũ pietatis studiosus fuit, & prophetas au studios⁹

diebat, quo nomine fortunatus à Deo prostra-
uit Idumeos. At postea insolentior factus, nulla
compulsus necessitate, ex mera libidine animi
bellū cœpit, in quo captus est, & tādē periit.

Ozias, qui & Asarias. Ozias regnauit quinquaginta duos annos,
dictus & Asarias hic est, & is principio pius
fuit, & Philistæos uicit, postea cum cōtra or-
dinationē Dei ipse in templo sacrificare uelle-
Oseas. lepra infectus est. Huius ætate uixerunt Pro-
Amos. phetæ, Oseas, Amos, & Micheas, qui contra
Micheas. utrunq; regem in Samaria et Iuda docuerūt.
Ionas. Fuit & hisce tēporibus Ionas, qui missus erat
ad prædicandum regi Assyriorum.

Iotham. Iotham regnauit sedecim annos, is pius fu-
erat, & feliciter pugnauit contra Ammom.

Achaz empius. Achaz similiter annos sedecim regnauit,
instituit falsum cultū Dei, & ex nimia super-
stitione & peruerso studio pietatis, sacella &
aras passim per totā terram extruxit, qua de
causa permisit Deus ipsum & totū eius re-
gnum grauiter affligi & expoliari.

Ezechias rex pius. Ezechias regnauit annos uiginti nouē, rex pi-
us fuit, sublata idololatria uerum cultū Dei
restituit, sacerdotibus suas decimas reddidit.
Et quia sūt hæc uera bonorū principū facta,
ideo præclaras ei uictorias donauit Deus. Nā
ium obsideret Hierusalem Assyriorum rex,
inuocauit pro subsidio ferendō Deum, & fu-
sis per Angelos Assyrijs, liberata obsidione

urbs

urbs est. Esaias propheta huius regis tempo-
ribus fuit in summo honore, à quo institutus Esaias.
est rex in his quæ ad timorem Dei pertinent.
Porrò sexto anno Ezechiæ, urbe de Samaria
potitus est rex Assyriorum, & in seruitutem Samariæ
redactas decem tribus Israël abduxit. Maior deuastatio.
hæc pars fuit populi Dei, quæ defecerat à Iu-
da, & proprium regnum instituerat: Verùm
cum timerent sibi reges Samariæ ne relaberen-
tur populus ad regnum Iuda, quod diuinitus
ordinatum erat, si subinde pro solēni more fe-
quentaret Hierusalē propter sacrificia faciēn-
da, & audiendum uerbum Dei iuxta præscri-
ptum legis, instituerūt propriū quendam cul-
tum Dei, doctrinam propriam, & sacrificia
contra uerbum Dei, atque ita abusi sunt præ- Impij cul
textu nominis diuini ad priuatam potentiam tus insti-
regni sui retinendam. Cōtra hunc cultum Dei tutio non
subito de à Deo missi sunt prophetæ in salutem manet
& conseruationem pluriorum: interim au- inulta.
dacem potentissimi quique suum falsum cultum
Dei mordicus retinuerunt. Proinde grauiter
afflixit hos reges Deus bellis & seditionibus,
neque apud ullum genus diu huius Imperij do-
minium duranit, adeo etiam, ut tandem et Re Exēplum
ges & populum abduci permiserit Deus: me- timoris
rito nobis hoc exemplū terrorem debet incu- Dei.
tere, ut discamus timere Deum. Nam si pecu-
liari suo populo, & posteris Abrahæ, quibus

tam

tam præclaræ promißiones contigerãt, nõ pepercit Deus, sed regnũ eorum tam subitò euertit, & abiecit eos, quis animo tam securus est, qui credere posßit impunè nos euaßuros? Quin uerò meæ opinione ea pars Samariæ typum ui detur præ se ferre Orientalis & Græcorũ Ecclesiæ, quandoquidem ut Israël in Samariam abductus per Aßyrios, nũquam reuersus est, ita & Orientalis Ecclesia per Sarracenos & Turcam prorsus est deleta. Et quemadmodũ postea tribui Iuda accidit, ita ualde metuo, ne & hæc pars Occidentalis simile quiddam aliquando experiatur. Metuendum sanè est, ne atrocius etiã nobiscum acturus sit Deus, ob magnitudinem flagitiorum nostrorum. Caterum uoluit tamen interim Deus benedicere Abrahæ semini præ omnibus gẽtibus. Quamobrem pius lector exemplum hoc expendere secũ debet, & precari Deum, ut in misericordia uos castiget, & non planè abijciat.

Samariæ typus Orientalis Ecclesiæ.

Durauit hoc regnum annos ducentos quadraginta quatuor tantum. Breuißimum omnino hoc tẽpus erat, præsertim cùm hic populus adeò magnißicas promißiones haberet, etiã de bonis externis, & interim tamen bellis & seditionibus nũquam caruit. Vsque adeò peruersum sui cultum Deus inultum non sinit. Deuastatio regni Samariæ facta est anno post mundum conditum 3249.

Manasses

Manasses Exechiæ filius succeßit patri in regno Iudææ, regnauítque annos 55. Reßauit hic falsum cultum Dei. & præ falso zelo pietatis proprios filios sacrificij loco cremauit. Persecutus est prophetas. Esaiam porphetam sanctißimum serra diſsectũ occidi iußit. tandem ab hoßtibus captus & abductus est. Cæterum cùm agnoſceret peccatum, et ex animo inuocaret Dominum, in gratiam benignè receptus est, & exempli loco proposuit eum Deus peccatoribus, ut non dubitent Deũ propitium fore, & remittere uelle iram & ultionem, ſi ab impietate reſipiſcant. Manasses. Esaiæ mors. Manasses exemplũ pœnitentiæ.

Amõ regnauit annos duos, rex impius fuit: quare gladio miniſtrorum ſuorum perijt. Amon.

Ioßias regnauit 31. annos, abſtulit impium cultũ Dei. Sacella & idola diruit, oßa falſorũ prophetarum exuri iußit. Huius temporibus libri Moſaici, qui multis iã annis intercideràt, iterum reperti ſunt. Exemplum hoc ſanè in primis memorabile eſt, uſque adeò proficere et creſcere impietatẽ, & traditiones humanas, ut ſacra ſcriptura in tanto ſit contemptu, ut etiam ipſi libri amittantur. uerùm ita proſpiciente Deo, tandem tamen reſtituitur & profertur. Typum haud dubiè præ ſe fert hæc hiſtoria nouiſſimorum temporum in Eccleſia, doctrinæ cui ſub ipſum finẽ ſyncerior cognitio uerbi reuelari debet. At uerò quanquam Ioßias pius omnino Ioßias. Typus ſyncerioris doctrinæ ſub finẽ mundi.

omnino rex erat, tamen suo tandem errore nũ cauuit. Etenim cum nõ multo tempore magna pace usus esset, & multa præclare egisset, audacior factus, nihil sibi infeliciter cedere posse se existimauit ob pietatem, itaque bellum intulit regi Aegyptiorum, quanquam pacis conditiones exhibẽti. Sed quia susceperat hoc bellum ex fiducia humanarum uirium, in pugna graui uulnere ictus interijt.

Ioachaz. Ioachaz regnauit tres menses, & in Aegyptum abductus est.

Ioachim. Nabuchodonosor. Daniel. Ioachim regnauit annos 11. Huius tẽporibus inuasit totam Iudæam Nabuchodonosor rex Babyloniæ, cuius tributarius factus est, abducti homines multi sunt, inter quos & Daniel adhuc adolescens. Postea cum non seruaret initum fœdus Ioachim, reuersus Nabuchodonosor est, & captum Ioachim Hierosolymæ occidi iussit, et corpus eius inter alia cadauera ante urbem proiectum est, iuxta uaticinium Ieremiæ, qui prædixerat fore ut quemadmodum asinus sepeliretur.

Ioachim siue Iechonias. Ioachim siue Iechonias rex fuit tres menses, reuersus sub id tẽpus Nabuchodonosor obsedit urbem, ultro dedidit se Iechonias ex cõsilio Ieremiæ prophetæ, cui reuelauerat Deus Hierusalem uastandam esse, & abducendum populum, cæterum fore ut non prorsus interiret, sed reuersurũ aliquando, & Ierusalem rur-

sub

sus extruēdam esse. In Babylone seruatus est Ieconias à Deo, quòd prophetæ uaticinio paruerat, id quod postea adnotabimus. Abducti cum Ieconia in Babylonem sunt optimi quique, præterea & quicquid preciosæ supellectilis & ornamentorum erat in templo Hierosolymis.

Sedechias undecim annos regnauit, defecit à rege Babyloniæ, cui tributum pendere noluit, qua de causa reuers⁹ Nabuchodonosor obsedit urbem. Et quanquam suaserat Ieremias, ut dederet se Sedechias (nam ita uisum esse Deo, ut puniretur Iuda, & abduceretur populus) tamen parêre noluit, sic etus nimirum promissione Dei, non interiturum Iudaicum populum esse. Hæc iactabat Sedechias, & peruersè interpretabantur summi sacerdotes promissionem Dei. Nam seruare nihilominus poterat populum suum Deus, etiamsi aliquanto tempore abduci & affligi permitteret. Itaque contempta Ieremiæ prophetia est, præsertim cùm tam longo tempore differretur, neque respōderet euentus. Et huc accedebat, quòd iam tertio fuerat Iudæam ingressus rex Babylonicus, nihilque promouerat in expugnanda urbe Hierusalem. Præterea & anni exacti nunc undecim erant, quibus multi ex urbe profugerant, seruata urbe. In causa hæc fuerunt, ut sperarint humano more pertina- Sedechias.

citer

citer nihil minus futurum, quàm eam calamitatem quam prædixerat Ieremias. Erat et undiquaque munitionibus circũuallata urbs aduersus omnem uim hostium. Cæterum Nabuchodonosor fame confecit eos. Nam cùm sexquiannо obsideret urbẽ, fames tanta fuisse fertur, ut ne ab esu quidẽ propriæ sobolis abstinuerint multi. Adeo pertinax in suo proposito humana natura est, ut summa etiam necessitate premente, subsidium & consolationem à Deo cesset implorare. Nam si iuxta cõsiliũ Prophetæ dedidisset se, tametsi exilium durum fuisset, tamen pace saltem apud exteros frui licuisset. Tandem cùm fugam moliretur, captus est Sedechias, & postea in conspectu suo filios trucidari uidit, ipsi autem oculi eruti sunt: deuastata urbs Hierusalẽ est: templum, quod iusserat ædificari Deus, exustum est, selectissima pars populi Iudaici est abducta in seruitutem Babylonicam. Meritò sanè hoc exemplum commonere nos debet, nõ dissimulaturum esse Deum in alijs regnis & principibus, sed grauiter uindicaturum esse peccata, siquidem tanta seueritate in hoc regnum usus est quod ipse instituerat. Testatur enim scriptura, hoc immani genere supplicium Deum afflixisse Iudam ob peccata eius: & quæ fuerint potissima peccata, adijcit, nimirum contemptus uerbi Dei, impius cultus Dei,

Famis in gẽtis exẽplum.

Pertinaciahumanæ exẽplum.

tyrannis

tyrannis aduersus ueros doctores uerbi, & Prophetas.

Deuastatio urbis contigit anno à condito mundo termillesimo trecentesimo septuagesimo tertio. Alijs annos 3355. Deuastatio Hierosolymæ.

Anni à Dauid usq; ad hanc direptionem urbis Hierusalem, quingenti decem & sex fuerunt.

Hactenus mansit regium nomen apud Dauidis posteros, inter quos fuerũt multi insignes & præclari reges, ut nullo in regno alio. Nam hoc regnũ Iuda peculiariter instituerat Deus, & præerat illi: sed quia peccatum inter eos nõ deerat, ideo puniti sunt à Deo, & mutatũ regnum est. Nam regnũ Iuda annis septuaginta in Babylone captiuum detinebatur: uerum interea tamen ita se declarauit Deus, ut deprehenderetur illi populum suum & Ecclesiam curæ esse, & quòd nunquàm deserturus sit eã. Regnum Iuda.

Misit enim Prophetas insignes, ut Danielem apud Babylonios, qui ipsum etiam Nabuchodonosor regem cõuertit. Nam cùm iudicio Dei ob impietatem suam punitus, & conuersus in rabiem ac furorem esset, ut nullo discrimine à bestia differret, orauit pro eo ad Dominũ Daniel, & restitutus est: postea resipiscens ab impietate abrogauit idololatrias, & institutus à Daniele uerum cultum Dei arripuit. Nabuchodonosor regem cõuersus à Daniele.

Post Nabuchodonosor Euilmerodach filius Euilmerodach.

lius eius regnauit. Is honestè & pro regia dignitate tractari iussit Ieconiam regem, qui ex mandato Ieremiæ Prophetæ ultrò se dedens in exilium commigrauerat. Atque ita fortunauit hunc regem Deus, qui prophetæ uerbis crediderat, quanquam periclitari uisu fuerat ad tempus. Cæterùm hoc modo seruauit Deus ab interitu genus Dauidis, mirabili certè fato: id quod pluribus dicemus infrà.

Balthasar. Euilmerodacho successit in regno Balthasar. Hic pietatis & uerbi Dei cõtemptor erat: ueterem, & iam antea abrogatam idololatriam Chaldaicam ex integro reparauit: poculis quæ ex templo Hierosolymitano ablata erat in comessationibus usus est: deriſit Deum Iudæorum, & contumeliæ causa cãtari iussit Chaldæorum Deum uerum esse et superiorem Deo Iudæorum. Sed quid factum est? Addunxerunt hæ blasphemiæ uoces interitum totius regni. Nam uisibiliter apparuit manus, quæ inscripsit parieti, periturum esse Balthasar cũ toto regno. Contigit euctus eadem nocte, quia Medi & Persæ obruerunt Babylonios subita irruptione, & potiti sunt regno, occiderunt q; regem Balthasar. Testatur & hoc exemplum, blasphemias in Deum non manere inultas.

Blasphemiæ nũq; inultæ.

Monarchiæ primæ tempus finem habet usque ad Persas & Cyrum regem. Sunt autem inter Abraham natum & Cyrum reges

gem anni mille quadringenti nonaginta quinque, quibus primùm apud Chaldæos, deinde apud Aßyrios fuit Monarchia. Postea uerò cũ distrahi cœpißet, nũc Aßyrij, nunc rursus Babylonij potentia præualuerunt, donec Medi & Persæ creuißent, & tandem Cærus Babylone potitus eßet, recuperata iterum Monarchia et in unum redacta.

Considerandum in primis est, uniuersum regnum Iudæorum sub hoc tempore primæ Monarchiæ compræhensum eße, unde constat uetustißimum populum Iudæos eße, & eorum tantùm certas historias extare de primis regnis mundi. Iudæi uetustißimi.

De Græcis.

NVnc adnotabimus breuiter, qui fuerit rerum Græcarum status tẽporibus primæ Monarchiæ: unde facilè colligi poterit, Iudæorum historias multò uetustiores eße Græcorum monumentis, siquidem omnes eorum historiæ post primam Monarchiam conscriptæ sunt. Neque poßunt Græci certi aliquid, neq; longius repetere quicquam, quod consentiat, quàm quòd Olympiades eorum indicant. At Olympiades cœperunt anno trigesimooctauo Osiæ. Id autem est, si accuratius ad calculum reuocetur, circiter annos ducentos ante Persarum Monarchiam. Sed propter imperitum lectorem Olympiadas mißas facio, et ostendam Iudæorũ historiæ uetustiores Græcorũ monumẽtis. Olympiades quando cœperint.

paucis quid tempore primæ Monarchiæ apud Græcos acciderit.

Græcia non unus aliquis rex.

Græcorum regio non unum aliquem Regem habuit, ut aliæ nationes, sed fuerunt in ea partim principes multi, partim etiam potentes urbes erant, & uariæ magnæq; cum principibus mutationes inciderunt. Nam urbes potentiores factæ ægrè poterant ferre Principes, quē admodum nostra ætate in Italia comperimus: & ego postea aliquot exempla referam, quæ cognitu utilia sunt, & certa historiarum testimonia habēt. Nā ante Troianū bellum parum admodum historiarū apud Græcos reperitur.

Bellum Troianum.

TRoianum bellum sub Dauidis tempora gestum est, id quod Vergilio teste probari potest. Nam is ait stetisse Albanum imperium annis trecentis. Sic enim inquit de Albanorum regno.

Hic iam tercentum totos regnabitur annos.

Sub finem huius imperij Roma cœpit ædificari: id quod postea dicemus, etsi uice retrogrāda annorum numerum conferas inter se, iam inde à temporibus conditæ Romanæ urbis usque ad initium imperij Salomonis reperies annos trecentos & tres. Neque uerò multò antè fuisse bellum Troianū certum est. Dissentiunt hic quidam historiarum scriptores, qui hos bellū uetustius esse affirmāt: cæterum

diuer sum

diuersum ego multis argumentis probare possem, quæ nunc, ut compendio seruiam, prætermitto. Porrò hoc dignum obseruatu est, quòd occasio Troiani belli ex adulterio nata sit. Paris enim Troiani regis filius, Menelai Principis Græcorum uxorem Helenam abduxerat. id autem indignè ferentes Principes & ciuitates omnes in Græcia, conspiratione facta ad Troiam profecti sunt, & integro decennio exacto, tandem Ilium urbem Troianorum expugnarunt: & occiso Priamo rege Troianū regnū extinctū est. Ex Troia Aeneas in Italiam nauigauit, in qua eam partem occupauit quæ Latium dicta est. Auspicatus hic nouum regnum est, & cum Ascanio filio, qui & Iulus uocatus est, Albam urbem condidit, in qua imperarunt posteri Aeneæ usque ad id tempus quo condita Roma est. Fuerunt in hoc bello Troiano multi præclari & insignes principes, quorum nomina aliunde petenda sunt. Ex Thessalia Achilles adfuit, à quo Troianorum præstantissimus dux Hector peremptus est. Et Achilles ipse tandē per fraudem perijt. Troiani enim desponderant ei filiam quandā Priami, & cùm ante altare in templo orans procū beret, per dolum à Paride telo transfixus est.

Troianū belli occasio, adulterium.

Aeneas. Latium.

Ascanius qui et Iulus.

Achilles.

Hector.

Bellum Thebanum.

NOn multò ante Troianum bellum, longè atrocius bellum fuit Thebanum. Nam

Thebani belli occasio.

cùm hæreditario iure cessisset regnum Thebanum duobus fratribus, Etheocli & Polynici, hi conuenerunt inter se hac conditione, ut alternis annis regnarent. Cæterùm cùm accepisset imperium, Etheocles contra initum fœdus perpetuò dominari uolebat. Coactus itaq; Polynices frater, Argos ad Adrastum regem confugit: qui cùm tradidisset ei in matrimonium filiam suam, ui eum in regnum restituere uolebat: sed Adrastus ante Thebas cum Principibus aliis cæsus est. Etheocles & Polynices fratres concurrētes fortè in pugna, ambo mutuis uulneribus occubuerunt. Magnæ huius & lamentabilis cædis occasionem, fratrū discordia peperit. Neq; uerò adhuc belli finis fuit. Nam postea alij Principes magna manu obsederunt iterū urbem, & expugnatā tandē euerterunt.

Etheocles.

Polynices

Adrastus

Fratrum discordia

De Hercule.

Paulò ante hæc tempora, id est, breui tempore priusquam apud Iudæos Saul rex designatus est, uixit in Græcia Hercules, qui ante alios principes in primis propter heroicas uirtutes commendatur. Parentes eius Amphitryo & Alcmena ex Tyrintho urbe oriundi fuerunt, quæ sita est non procul ab Argis. Amphitryo autem Thebas profugerat, propterea quòd discordia orta cum fratre suo, occiderat eum, & hac occasione contigit Herculem apud Thebanos nasci: & primum hic suæ uir-

Hercules Tyrinthius.

tutis

tutis specimen edidit. Nam cùm Minyæ, qui Minyæ.
tum potentia celebres erant, et in Orchomeno
urbe regnabant, oppugnarent urbem Thebanam, Hercules repulsis hostibus tutatus est eã,
& oppidum Orchomenon cœpit, cuius Impe-
rium tum etiam esse desijt. Vrbs ea opulentissi- Orcho-
ma fuit: cuius apud Homerum etiam magnæ menos.
laudes extulit propter diuitias. Hæc victoria
primum Herculi magnum nomen parauit,
adeo, ut postea alij in Græcia Principes se ul-
tro ad eum contulerint: proinde ubique pacis
autorem se præbuit, principibus & urbibus
opem tulit, iniuste facta iudicauit & coer-
cuit, & ergà illos quos adiuuerat, magna cle-
mentia usus est, neque illis imposuit ullam onus
quod tolerare non possent. Hæc sunt propter
quæ tantam laudem meruit, quantam nemo
ex principibus alius. Postea in Asiam profe-
ctus, regem Troianum Laomedontã uicit & Hercules
occidit: sed in hac victoria, regia planè moderes gesta-
ratione animi usus est. Nam seruauit regnum,
neque uoluit delere, sed eius possessionem Pria-
mo, utpote uero hæredi, tradidit. Et quia Pria-
mo regnum restituit, facilè potest æstimari
quo tempore uixerit Hercules. Præter hæc &
mare in Italia & Hispania tutum reddidit à
piratis, eamq; ob causam in extremo littore
Hispaniæ & Aphricæ duos scopulos erigi fe-
cit, qui huius facti memoriam perpetuo testa-

Columnæ Herculis.

rentur. nã & hodie Columnæ Herculis adhuc appellantur. Habet has inuictissimus Cæsar Carolus Quintus tanquam peculiaris insignis loco hodie, nimirum ut uideatur contigisse nobis à Deo, quod sub hoc tumultuario rerum statu in tota Europa tanquam Hercules esse debeat, ad pacem & iustitiam uirtute ac uictrici dextra sua iterum reparandam.

Hactenus de memorabilibus rebus quæ in Græcia primæ Monarchiæ temporibus acciderunt, sed pauca tamen præterhac adiciam: siquidem considerandũ in primis est in historiarum lectione, quis fuerit status regnorum, quæ religiones, quod ius, denique quas artes habuerint, quibus floruerunt. Defunctis Noëlijs, uerus quoq; intellectus uerbi Dei in Græcia interijt: quanquam enim interim ceremoniarum ritus & sententias de pietate retinuerunt à patribus, tamen aucta est impietas, & subinde alia atq; alia idololatria subrepsit. Quisq; enim pro sua angustia & necessitate qua premebatur, finxit sibi peculiarem quendam cultũ Dei. Nam quod à Poëta dictũ est,

Status Græciæ post filios Noë.

Primus in orbe Deos fecit timor,

id de impio cultu Dei excogitando uerissimum est. Etenim nemo hominum natura tam ferus est, qui in necessitate constitutus Deum non inquirat: & cum ignorat tantum fide in Christum quærendum esse Deum, prolabitur ad

ad opus aliquod externum, & singit nouum quendam cultum honorandi Dei. Hic fons & occasio est omnium fere impietatum quæ sunt in mundo. Neque uerò putabit quisquam, in eo errore fuisse homines, ut existimaucrint imagines & statuas Deũ esse (nõ enim ignorabant id lignum aut saxum esse.) Verùm in hac fuerunt sententia, hoc opus & hũc cultum probari Deo, & adorari eum hoc modo uelle: cùm tamen interim nolit Deus se extra unũ Christum, per insidelitatem honorari, quocunque tandem opere uel ratione. Itaque nec certi esse unquam potuerunt, num Deus ipsis esset propitius, hoc enim sine manifesta promissione Dei & absq; Christo certò sibi persuadere nemo potest. Caput autem omnis idololatriæ est, confidere in peculiari & à se excogitato cultu Dei, & interim in afflictionibus tamen dubitare num Deus uelit esse propitius. Hæc, inquam, dubitatio est præcipua pars idololatriæ. Et impius quilibet, bonus alioqui & sapiens à uero Christiano & pio hoc maxime differt. Impius ille habet præclaras uirtutes, ac splendida opera, cor autem ipsius dubitat nũ Deus sit illi propitius: Pius autem & Christianus, potest quidẽ illo esse inferior quo ad reliquas uirtutes, cor autem ipsius certò statuit Deũ sibi esse propitiũ iuxtà promissiones, propter Christũ. Atque hoc præcipue animaduer-

Impietatis omnis occasio.

Idololatriæ causa.

Impius à Christiano quid differat.

tendũ est, & muniẽdus animus cõfirmandusq; aduersus huiusmodi dubitationẽ. Sed mundus cæco quodã fertur impetu. uolẽs sine uerbo Dei cum Deo agere, instituit nouos & peculiares cultus Dei quilibet pro suo arbitrio, & sua necessitate. Itaq; semper manet idololatria in mũdo, etiasi cærimoniæ externæ & ritus, imagines & sacrificia aboleãtur & immutẽtur.

Idololatriæ genera apud Græcos.

Porrò Græci, qui homines mira industria & ingenio præditi erant, uaria & portentosa admodum superstitionis & idololatriæ genera excogitârunt, cõtra pericula belli, contra morbos, contra tempestates, cõtra ea etiã quæ in matrimonio uel negotiatione possent accidere: atque horũ omnium quisque suam quandã statuam, & suas preculas aut cæremonias peculiares habebat. Iouis enim statua aduersus tẽpestates erecta est. Martẽ ob bellorũ pericula colebant. Iunonem honorabant opum parãdarum causa. Venerem deam ob fœcunditatem prolis. Huius generis alia innumera apud Græcos fuerunt. Vsque adeò in aliũ atque aliũ errorẽ prouoluitur hominis animus, cũ ignorat uerum uerbi diuini intellectum. Nã eò tandem impudentiæ & cæcitatis progressum est, ut eiusmodi turpia etiã festa & solennia instituta sint, in quibus matronas & puellas stuprare summa pietas haberetur. Turpissima quæq; leguntur passim apud autores, quæ sub religio-

nis nomine in solennibus diuorũ apud Gẽtes in usum recepta sunt, quæ flagitiũ est uel memoriæ. CHRISTVS DOMINVS noster coërceat Satanã, ne deleto uerbo Dei, talis impuritas & abominatio denuò regnet in mũdo.

De Sibyllis.

Sibyllæ quoque nobis prætereundæ nõ sunt, siquidem illarum omnes historiæ hic memi nerunt. Sibylla autem nomen non est certæ alicuius mulieris, sed vulgato uocabulo uatem aut prophetissam significat. Fuerunt autem non est p̃ huiusmodi mulieres multæ, quædã etiam sanctorum patrum temporibus, quæ pleniore cognitione doctrinæ Patrum institutæ, & intelligentes mysterium uera fidei, præclaras sententias reliquerunt, quæ etiamnum extant, de Christo, de consummatione mundi, de iudicio extremo, de uita æterna, quæ sæpe à Lactãtio citantur. Porrò uerò ob uetustatem Lactantij, arbitror non à Christianis eas sententias conflictas esse, sed reperisse eas illum apud gentes. Sibylla

Sibylla

Sibylla

Postea uero & idololatræ mulieres fuerũt, idololatræ quæ nihilominus de externarum rerũ statu, de tyrannis & similibus quædã prædixerunt: & hæ fortasse, sine iudicio tamẽ sanctorum patrum dicta suis illis reuelationib⁹ admiscuerũt. Satan etiã, ut Delphis responsa dabat, ubi im mane antrum erat: & cum aliquid interroga retur, fœmina super antrum sellæ insidens futu

Delphica responsa.

ra di

ra dicebat, ingenti interim uapore & flatu uē torum ex antro exæstuante. Ita memorāt Delphis accidisse. Postea conscripta oracula hæc à sacerdotibus, tanquam indubitata uaticinia credebantur. Et quia ambigue scripta erant, uarie poterant detorqueri. Impostvræ hæ Satanæ fuerunt, quibus delusit mundum.

De Homero, & Hesiodo.

Poëtæ apud Græcos primi habiti sunt, qui partim Musici, partim sacerdotes, medicinæ etiam & Astronomiæ quidam peritissimi fuerunt. Hi sapientiam & eruditionē suam carminibus & brevibus sententijs cōplexi sunt. Inter eos autem quorū scripta etiamnum extant principes fuerunt Homerus & Hesiodus. Cassius scribit uixisse Homerū post Tioianum bellum annos centesimo sexagesimo, & similiter ante conditam urbem Romā circiter idem tempus annorum centū & sexaginta, id quod fuisse colligūtur sub id tēpus, quo Iosaphat apud Iudæos regnauit. Egit autem Smyrnæ, quæ in prima Asiæ parte sita est, ubi uetustissimi Græcorū habitārunt, qui Iones & Aeoles dicti sunt. Et quanquam non fuerit Homerus in Republica regenda potens, tamē apparet eum maximorum principū totius Græciæ consuetudine & originē rectissime descripsit, & libri eius

Poëtæ apud Græcos primi.

Homerus quando uixerit.

An. mundi 3041.

Homerici Poëse excellentia.

omnia

omnium negociorum ciuilium & heroicarũ uirtutum planè speculũ sunt. Depinxit enim omnia, quæ in regenda Republica accidere pos sunt. Præterea & quod officium sit principũ & summorũ hominum inter se in consiliis, atque in alijs negocijs quibuscunque tandem tractandis ita proposuit ob oculos graphicè, ut uideri possit in omnibus cõuitijs, & in maximis quibusque causis Imperiorum agitãdis esse apprime exercitatus. Proinde nullius unquam poëtæ scriptũ tam immodicis laudibus uexerunt sapientissimi authores, atque Homericum carmen, quod nũquam sibi Alexander Magnus è manibus excidere passus est, ut haberet ex quo de officio & uirtutibus præstantissimi Regis institueretur & admoneretur.

Hesiodus centum annos post Homerum uixit, Porphyrio teste. Parochus fuit apud Heliconem montem, ubi ingens & celebre tẽplum erat. Scripta eius magna ex parte conciones sunt de bonis moribus. Sunt enim breues sentẽtiæ uim omnis generis uirtutũ complectentes, cæterùm de Christo nihil habent. Nã cælestis hæc doctrina gentibus abscõdita erat. Continent quoque scripta huius poëtæ ueluti institutũ & perpetuum Calendarium institutum ad cursum Solis, & obseruationem illorum astrorum quæ anni discrimina ostendũt. libellus dignus est, qui proponatur ediscendus

Hesiodus sacerdos in Helicone.

Hesiodi poëmata

etiam

etiam pueris: & apparet ex eo olim sapientissimos homines in Græcia pueros suos ad præclaras has artes cognoscendas adhibuisse. Cæterũ spectatæ eruditionis & modestiæ uir Hesiodus poëta misere tandem periit per quosdã ex amicis suis, qui parum dignam gratiam ei retulerunt pro benefactis.

De condita urbe Roma.

Proca. Numitor. Amulius.

PRoca rex Albanus filios duos, Numitorẽ & Amulium habuit. Iam uerò decreuerat pater regnum Numitori filio, utpote qui natu maior esset, tradere: sed Amulius, qui ætate iunior erat, hunc regno expulit, & sibi imperiũ usurpauit: ac ne quid periculi timere sibi posset a posteris Numitoris, filium eius Aegestum per dolum obtruncat, & filiam fratris Rheam Rheam Syluiam perpetuo sterilitatis uoto adductam, in Vestalium uirginum consortium detrudit. Sed hæc grauida facta gemelos infantes peperit, qui postea Romulus & Remus dicti sunt. Atqui ubi factum hoc comperit Amulius, matrem in custodium iussit dari, & pueros in proximũ Tyberis aquam exponi, ut submergerentur. Verùm cùm iam in ripam expositi essent infantes, lupa fortè fortuna accessit ex uicinis montibus, quæ eos lactauit, quousq; a pastore regio reperti sunt, qui ablatos infantes domum, uxori suæ tradidit educandos. Porrò cùm iam adolescerent

Rhea Syluia. Romulus. Remus.

pissent

pissent, audissentq; olim infantiæ suæ insidias structas ab Amulio esse, tum per uim auo suo Numitori regnum ereptum, statuerunt perpetratæ tyrannidis ultores esse, & per occasionem obtruncant regem Amulium, & auum suum Numitorem in regnum restituũt. Ita tandem iniustitiam non sinit impunitam Deus. Postea Romulus & Remus fratres in eo loco ubi expositi & reperti erant, urbem ædificabant. Cõtentione autem orta inter fratres, cùm ætate & fortitudine pares essent, uter imperaret, placuit tandem ut penes Deos esset arbitrium, ita ut cui contingeret præclarius augurium, is dominaretur. Primùm itaque Remo sex uultures aduolarunt, postea Romulo duodecim uultures fuerunt augurium. Iam uerò cùm primi augurij nomine regnum postularet Remus, Romulus multitudinis auium causa, rursus dissidium inter fratres coortum est. Mirum enim quàm uehementer exagitet hominum animos libido dominandi, neque facile cohiberi se patiatur. Sed quid multa? tumultu exorto tandem Remus occisus est, & imperio solus Romulus est potitus, à quo & urbs Roma est appellata. Hinc iam apparet, ex posteris Aeneæ conditam esse Romanam urbem. Syluia enim mater Romuli ex Aenea originem habet. Cæterùm cùm ignoraretur pater Romuli, ob honestiorem

Vltionis exẽplũ.

Romuli & Remi contentio de regno.

stiorem prætextum culpæ, finxerunt Martem Deum Romuli patrem esse. Quo pacto autem Imperium instituerit Romulus, & quæ bella gesserit, Liuius adnotauit. Ego solùm breuiter temporum ordinem indicabo, & si quæ insignes mutationes regnorum inciderit, ut quisque sciat quid in lectione omnium historiarum potissimum sit spectandum. neq; etiam ea prætermittemus quæ admiranda cœlesti fato quodam contigerunt, ut uidere queamus punitiua Deo iniustitiam, & quibus de causis mutari soleant Respublicæ & Imperia.

Alijs hic annus est 3. regni Achas et mundi 3210.

Pomponius Atticus, & plerique alij, qui exactissime numerum annorum supputant, hi ædificari cœpisse urbem Romanam statuunt, in initio tertij anni sextæ Olympiadis, hoc est, in decimo anno Ioathan regis Iuda, post conditum uerò mundum 3201.

Ante Christum natũ fuerat Roma 719. ann. Quin hoc quoque subijcio, quod Varro scribit, duodecim vultures typum præ se ferre ætatis & durationis urbis, nimirum mille ducentorum annorũ. Nam singulos vultures seculum, hoc est, centum annorum tempus significare ait: neque uerò absurda hæc est interpretatio. Nam ab initio conditæ urbis Romæ usque ad Honorij & Arcadij tempora, cùm à Gothis deuastata est, fuerunt anni circiter 1300. Reges imperârunt Romæ 244. annos, teste

Duratio Romæ.

Eusebius etiam duos annos addit. Romulus 38. Numa 43.

Tullus Hostilius 32. hic Albam euertit, & imperatorem eorũ Metium Suffetium, qui fœderis initi ruptor fuerat, digno supplicio affecit. Dedit enim in eo puniendo insigne documentum hominibus, quomodo proditores puniri oporteat. Nam distentũ inter duas quadrigas ligari, & equis in diuersum concitatis, discerpi ac lacerari iussit. Cessauit hic regnũ Albanum, & contigit hoc sub id tempus quo in Iuda Manasses regnauit. Tull⁹ Hostilius.

Porrò euersa Alba, ueterum Troianorum posteri, ĩ primis Iuly, ab Iulo filio Aeneæ exorti, Romã profecti sunt relicta Alba, qui postea potentiores factĩ apud Romanos, tandem totam Monarchiam soli receperunt, Iulij Cæsaris temporibus. Proinde ab Homero rectissime prædictũ est de Aenea, quòd posteritas eius perpetuum imperium habitura sit, idq; haud dubiè de Romanorum regno intelligi debet. Metÿ Suffetij mors.

Nam eorum ultima est Monarchia, sed de his infra copiosius. Tullo Hostilio successit in regno & imperauit, Ancus Martius 24. Tarquinius Priscus 37. Seruius Tullius 44. Tarquinius Priscus. Seruius Tullius.

Huius Temporibus Persarum Monarchia cœpit. Equidem ut breuitatis rationem habe-rem, simul hic Romanorum reges comprehendere uolui, quòd fere omnes ante Persarũ Mo- Persarũ Monarchia.

narchiam regnârunt, quæ dum stetit, pauca admodum memorabilia facta sunt apud Romanos, nimirum quorum non magnæ admodum sub id tempus uires erant.

Tarquinius Superbus 25.

Tarquinius Superbus.

Pulsus hic est regno ob filij Sexti Tarquinij flagitiū, qui Lucretiæ pudicissimæ matronæ per uim uitium obtulit, quæ pudoris nomine gladio pectus transuerberauit. Facti indignitate moti cognati eius regem expulerunt.

Exēplū ultionis.

Exemplum hoc quoque testatur, quibus de causis patiatur Deus mutari regna, & nimis dicari tyrannidem. Satis hæc sit dixisse de initio conditæ urbis, & unde Reipublicæ prima immutatio inciderit.

DE SECVNDA MONARCHIA.

An. mundi 3425.

Baltha-sar Babylonius. Dan. 5.

CVM Iudæi septuaginta annos *in exilio egissent apud Babylonios, quemadmodum suprà monuimus, punitus est à Deo Balthasar rex Babyloniæ, & blasphemus fuerat in Deum Israël, & templi usibus destinata uasa, prophanarat in regis comessationibus. Nam Medi & Persæ inuaserunt regnum eius, & urbe Babylonica unà cum regnis Chaldæorum & Assyriæ potiti sunt.*

sunt. Meritò itaque secunda hæc Monarchia dicenda est, quia maxima totius orbis regna iam iterum coalescere cœperunt, quibus postea à Persis tota propemodum Asia est adiecta. In primis uerò expendere debet hic pius animus, illustria illa beneficia & opera Dei, qui ut iustitia & honestas conseruetur, denuo uniuersum mundum in unum quoddam corpus & legitimum imperium redegit. Nam necesse esset omnem ciuilitatem & bonas leges interire inter homines, nisi ad conseruandas eas eligeret & institueret Deus potentissimas Monarchias subinde, et fortissimos principes, qui eas tueri, & si collapsæ fuerint, restaurare de integro possent.

Historiæ Græcorũ à Persis incipiũt.

Porrò hæc Persarum Monarchia nota fuit Græcis, & quæcunq; ferè apud Græcos præclarè & magnificè gesta sunt, sub huius Monarchiæ temporibus acciderunt. Atque hinc incipiũt est quòd à Persis auspicantur Græci suas historias, quibus parum uidetur compertum fuisse, quòd ante Persarum tempora in orbe gestum erat in regnis aliis.

Quod ad annorum ordinem in historijs attinet, hic mihi primùm lector monendus est, hactenus mutuatum me esse annorum supputationem ex sacris literis, quæ ordine iam inde à condito mũdo annorum numerum indicãt, usque ad septuaginta illos annos quibus Iudæi

dæi apud Babylonios in exilio detinebantur. Proinde continentur in Bibliis sacris certa Chronica annorum usque ad Persarum tempora, cæterùm postea nõ ita exactè obseruatur annorum ratio, nisi quòd Daniel testatur annos esse nonaginta supra quadringentos ab eo tẽpore quo permissum est Iudæis reparare euersam urbem Hierosolymam, usque ad Christũ natũ. Et in re facili magna hic inter quosdam contentio est, de supputandis rectè his annis, in quibus nos nullam esse difficultatẽ ostẽdemus. Nam Daniel signatè admodum tempora aduentus Christi expressit.

INITIVM MONARCHIAE PERSARVM.

POrrò uerò, ut consentiat numerus superioribus illis 70. annis, numerabuntur à nobis in hac Monarchia Persarũ anni 191. Quanquam enim à Græcis maior hic annorum numerus recensetur in Monarchia Persarum, id tamen eò factũ est, quòd non primùm finitis his 70. annis, sed iã antea circiter annos uiginti numerare cœperunt Græci. Atq; hoc modo Philonis & Græcorum supputatio æquari debet. Iudæi enim auspicantur annum Cyri, posteaquàm Cyrus urbem Babylonem deuicisset, cæterùm Græci eos etiam annos adnumerant, quibus iam anteà regnauerat, sed hi

Philonis & Græcorũ supputatio.

hi ad subsequentes annos non sunt referendi. Proinde ut res clariùs intelligatur, iuxta Philonis ordinem, primùm summos sacerdotes recensebimus, postea & Persarum reges subijcie mus, quemadmodum Græci eos numerant. Porrò uerò qui intelligit Cyri regni initium esse post occupatã Babylonẽ, is facilè conferre poterit Græcorũ numerum cum his 191. ann.

Iesus sacerdos 36. Ioachim filius absente patre 8. Iesus reuersus 20. Ioachim iterum 48. Eliasib 21. Ioiada 24. Ioathã 24. Iaddus 10. Al. 41.

Summa 191. anni. Testatur Iosephus uixisse Al. 27. Iaddũ, cum Alexãder in Asiã profectus est.

Persarum Reges quemadmodum à Græcis numerantur.

Cyrus 29. Cãbyses 7. menses 5. Darius filius Hystaspis 36. Xerxes 20. Artaxerxes Longimanus 40. Darius nothus 19. Artaxerxes Mnemon 40. Ochus 26. Arsames 3. Darius 6. Al. 21.

Ordo temporum magna ex parte hunc numerum probat. Etenim, ut alijs atq; alijs temporibus uixerunt historiarũ scriptores, ita illorũ regum potẽtissimũ meminit quisq; 2. qui sua ætate imperârũt, quemadmodum Xerxis Herodo. Herodotus mentionẽ facit, Thucydides Artatus. xerxis Longimani. Post hos Xenophon de Da Thucydi rio Notho & eius minori filio Cyro, præterea des. & Artaxerxe Mnemone scripsit, & militiã Xenoinà exercuit Xenophon in bellis illis, quæ sub phon.

hæc tempora gerebantur. Errant itaque uala de recentiores scriptores apud Iudæos, stupidi planè asini, qui non nisi quatuor Persarũ reges ponunt, amittentes plus quàm centum annos in certissima supputatione hac annorum mundi, unde nascantur alij grauiores errores.

In Daniële & Esdra mentio facta est regũ Persarũ, sed uariãt nomina quorundã à Græcis. Ego uerò ut omnia cognoscantur apertiùs, quæ mea sit sententia breuiter subijcio. Metasthenes à qbusdã reijcitur, quòd plerosque ex Persarũ regibus nominat aliter, quam Græci. Cæterũ cùm non dissentiat ab eo Esdra & Philo, nõ reijcio eos reges quos citat Metasthenes. Dubium enim nõ est, Esdram regnum & res Persarum exactissimè cognouisse, siquidẽ inter primores regni & consiliarios regios eũ nel præcipuum extitisse constat. Ordinat Metasthenes in hunc modum reges Persarum, & hi primi sunt, in quibus uariãt, cæterùm apud Philonem & Esdram idem ordo est.

Metasthenes.

Esdra Persarũ rerũ peritus.

Darius & Cyrus simul 2. & postea Cyrus solus annis uiginti duobus regnauit.

Artaxerxes Assuerus 20. Darius Artaxerxes Longimanus 37. Darius nothus 19. Artaxerxes Mnemon 55. Ochus 26. Arsames 4. Darius 6.

Dissensio hæc, mea quidem opinione, facilè dirimi potest. De Dario primo, qui simul cum

Cyro

Cyro imperauit, nihil quidquam compertum est Græcis, quãdoquidem, ut Daniel teſtatur, nondũ imperauit, ideoque exterarũ nationũ hominibus ignotum planè fuit nomen eius. Et discernit Daniel hũc Darũ à Cyro: Darũ enim Medũ, Cyrum Perſicũ eſſe dicit. Iam uerò numerant Græci Perſarũ reges tantũ, neq; admiſcent illis res Medorũ, quorũ regnũ iam trãſlatũ erat ad Perſas, ideoque nõ diſſentiũt Græci ſcriptores ab hiſtoryis ſacris, tametſi Darium prætermittãt, ſiquidẽ numerant tãtùm Perſarum reges. Ioſephus ſcribit quòd facerit hic Darius Cyaxares Aſtyagis filius, de quo Xenophon ſcribit, id quod uon impugno.

Dariꝰ cũ Cyro imperans.

Secundus Artaxerxes Aſuerus, eſt Darius Hyſtaſpis filius, & prætermittitur Cãbyſes, propterea quòd is patre Cyro adhuc uiuente, uel nõ diu admodum poſt defunctũ patrem fuit in Imperio. Nam habuerunt hunc morẽ Perſæ, ut belli cauſa in exteras nationes proficiſcente rege, alius antea ſubſtitueretur, qui abſentis regis uice fungeretur interea, atque hac ratione Cambyſes à Cyro patre rex deſignatus eſt, & præfectus regno, cùm bellum inſtitueret aduerſus Scythas, quibus cùm per ſexennium dimicatũ eſt, & interea temporis adminiſtratum eſt imperium à Cãbyſe, cui ſeptem annos tribuunt Græci, qui intelligi debent de eo tempore, quo adhuc uixit pater.

Artaxerxes Aſuerus.

Cãbyſes.

Et Aßueri historiæ testantur ipsum Darium eße, q̃ Philo scribit, illas ab eo regiones recuperatas eße bello, quæ defecerant, postquàm Cyrus cum Scythis pugnaßet infeliciter.

Darius. Artaxerxes cur Lõgimanus.

Tertius dictus est Darius Artaxerxes Longimanus, hũc Græci Artaxerxem Lõgimanũ simplicitur uocant, et nomen inde sortitus est, quòd dextera illius longior fuerit sinißra, quẽ Metasthenes Darium nominat, Esdras Darium & Artaxerxem promiscue, nam hisce nominibus non aliter usi sunt, atque imperatores nostri uocabulis Cæsaris & Augußti utuntur. Cæterùm quòd statim in ordine succedit Dario Artaxerxes, hac de causa cõtigit, quòd cùm Xerxes statim in principio sui regni in Græciã se contulißet, Artaxerxes interea regnum in Oriente administrauit. Et quia non præsens mãsit in Oriẽte Xerxes, ideo eius mẽtionẽ nõ faciunt Iudæi, sed Artaxerxẽ p rege habẽt, quod in Imperio cõstitutũ regnat interim, dũ abest Xerxes. Posthac nulla est amplius dilatio, & ad hũc modũ Bibliorũ & Græcorũ historiæ rectißimè poßunt cõcordari. Dißensio annorũ inde oritur, q̃ alij reges alijs adhuc uiuentibus imperârunt, & hinc factũ est, quòd annorum ordinem alij aliter collegerũt.

De Cyro.

Cyrus. CYrus primus Persarum monarcha inter præstantißimos mundi reges & heroas

roas unus habitus est. Etenim præter omnes generis egregias & uerè heroicas uirtutes, donauerat ei etiam Deus peculiarem felicitatem & fortunam in gubernando, & præclaras uictorias de hostibus, imò etiam ad pietatem & uerũ cultum Dei per Danielem prophetam ei contigit erudiri, ut testantur sacræ literæ. Eiꝰ generis principes huiusmodi à Deo uirtutibus exornatos, suspicere debemus, tanquam insignia dona Dei, per quæ iuuare mundum, retineri in officio homines, seruari modestiam, & pace, leges denique institui uult Deus. Quòd cùm ita sit, flagitium planè est, uel contemnere uel parui facere tales principes, quemadmodum uulgus hominum imperitorum facit. Cæterùm inter huiusmodi ministros Dei, & præclaros heroas orbis, hic Cyrꝰ meritò referendus est. Neq; uerò generis nobilitas in eo desyderari potest. Ita enim uisum Deo est, imperiorũ dignitatẽ per uiros summis uirtutibus & maiorũ præstantia insignes cõseruari. Et quia tantis honoribus nobilitati sint à Deo maximi principes, debent quoque à nobis tanquam præcipuum aliquod opus Dei honorari. Pater Cyri princeps Persarum fuit oriundus ex posteris Sem, mater ex regio stemmate Medorum nata erat. Et scribit Herodotus Astyagi regi Medorum per somnium Astyagis uisum fuisse ex utero filiæ suæ uitem enasci: somniũ. Heroes quomodo intuendi. Cyri parentes.

quæ, propagatione sua totam Asiam obũbraret. Conceptum hinc omen est, potentissimum quendam Principem eam parituram esse. Itaque cùm iam nasceretur Cyrus infans, timuit Astyages, ne regnum suum à Medis ad Persas aliquãdo transferretur. Quamobrem præfecto aulæ suæ Harpago præcipit, ut exponeret infantem enecandum. Cæterum cùm perimẽdum curaret infantem Harpagus, mirabili sanè fato seruatus est. Vsque adeo ad remorandũ cõsilia diuina irriti sunt humani conatꝰ et studia. Infans pastori traditur in mõtẽ deportãdus, ut ibi fame ĩtereat, iussuq; pastor est nõ deserere infantẽ, priusquã perierit, et renũtiare istud ipsum Harpago, ut ueritatẽ facti posset referre regi, & curare p dignitate regij generis sepeliẽdũ puerũ. Sed qd fit? Sub ide fortè tẽpus quo in domũ suã hunc infantem adfert pastor, mortuã prolẽ pepererat uxor eiꝰ, q̃ ubi ex marito suo audisset exponẽdũ hũc infantẽ quem præter elegantiam formæ, regium etiã uigorem & alacritatem quandam præ se ferre agnouit, præterea quòd & ex regio sanguine ortum habeat, suadet ac rogat maritum, ut suum mortuum puerum in huius locum suppo nat, sibique eum tradat pro suo educandum. Monet etiam ne eadem in regiam sobolem cõmittat, maximè cũ ab hoc puero nihil periculi regno possit imminere, cùm pro pastoris filio

educa-

educatus sit habendus. Adhæc, & regiæ uoluntati satisfactum esse, si audiat pro certo, puerum mortuum defunctum esse. Acquiescit pastor uxoris consilio, renunciat Harpago puerum mortuum esse. Ille missis aliquot qui uideat, curat puerum sepeliri, atque hæc omnia regi pro certo indicatur. Interim apud pastorem altur Cyrus, et cùm paulatim succrescere cœpisset, statim regia indoles, & alacritas ingenij apparuit in puero. Nam magno honore & amicitia prosequuti sunt eum reliqui pueri coæquales. Quin & puerorum more regnum instituit inter pueros, et si quis peccasset, hunc castigare solebat seriò. Verùm accidit per hanc occasionem, quod ubi nobilem quendam puerum ob peccatum uerberasset fortasse duriùs, accusatus est apud pueri parentes, qui deinde querelam ad regem detulerunt. Rex accersito puero atq; interrogato, admiratus est grauiorem in eo constantiã et prudẽtiam in respondẽdo, quã pro pueri ætate. Perculsus illico animo reputauit secum tempus quo pepererat sua filia, & peruestigatis omnibus circunstantijs ætatis, tẽporis educationis, agnouit ex filia suum nepotẽ esse, quem exponẽdum mandauerat olim. Cognitum iam retinuit apud se aliquandiu in aula, & cùm ob singularem probitatis indolem, quæ relucebat in puero, nihil iam amplius sibi timeret Astyages, remisit eum in Persiam ad

parentes

parentes suos. Interim tamen ob admissũ dolum grauiter infensus rex est Harpago, quòd non perfecerat mandatum regium in occidendo olim puero. Iubet Harpagi minorem filiũ in aulã adduci, quod cùm fecisset Harpagus, iussit rex mactatum & deinde coctum filium Harpago nescienti edẽdum apponi. Cæterum cùm iam satur esset, præcepit Astyages amputatũ caput, pedes et manus pueri indicari corã Harpago, ut uideret proprij se sui filij carnes comedisse. Harpagus uiso capite, agnouit factum regis, atque adeo unde eius esset occasio, sed suppresso omni dolore, pro cõsuetudine sua solita regem obseruantia & timore coluit, dissimulans interim grauissimè se aliquando per occasionem hanc tyrãnidem regis ulciscinelle. Sed postea nunquam desiit Harpagus magno studio solicitare Medorum primores & potentissimos nobiles ad defectionem ad Persas, & ut Cyrum regem substituerent, quin & Cyro quoq; hoc ipsum indicauit, et hortatur ut inuadat regnum, neque tyrãnidem inultum manere sinat, qua usus sit rex in utrunque. Atque ut lateat institutum, in lepore exenterato epistolã occultat, eamq; fido nuncio tradit ferendam Cyro in Persiam, nihilque nunciari iussit per nũciũ, nisi ut rex Cyr⁹ ipse lepori detrahe ret pellẽ. Cyrus repertis literis, & cognito cõsilio Harpagi, exercitum continuò parat, & proficiscitur

Astyagis crudelitas insigne.

Harpagi factũ contra tyrãnidem Astyagis.

proficiscitur aduersus Medos. Contrà uerò Astyages ad resistẽdum hosti copias educi iubet, quibus Harpagum imperatorem præficit, sed is ubi uẽtum est ad pugnam, & se & totũ exercitũ suũ ultro dedidit Cyro. Itaque amisso Medorum regno uictus est Astyages. Cæterum seruauit eum Cyrus, et pro regia dignitate tractari iussit. incidit hæc immutatio in regnum Medorum ob tyrannidem regis, propter quam et transtatum est ad Persas totum Imperium.

Post hæc opulentissimus rex Crœsus in prima Asiæ parte Cyro bellum intulit, cui obuiã aduersa acie profectus Cyrus fudit eum, et totum regnum occupauit, & expugnata munitissima urbe Sardis, Crœsum captiuum capit. At cùm iussu regis cremãdus Crœsus iam pyram extructam ascendisset, flebili admodum eiulatu uociferabatur: O Solon solon. Admiratus has uoces Cyrus interrogari iussit quæ de causa tãto dolore has uoces subinde ingemiuaret. Tum ex imo pectore ingemiscens: Solon, inquit, olim apud Athenienses uir sapientissimus fuit, cui summos aliquando, cùm apud me esset, honores exhibui, ostẽdíque ei omnem potentiam & thesauros meos, & interroganti tandem, putarétne posse unquam aduersi aliquid accidere mihi, qui potentia & opibus uidebar mun[illegible] esse aduersus omnes casus fortunæ, & in uim hostiũ? Sed ad hæc respondit

Crœsus rex Asiæ

Sardis

Solon

Solonis graue dictum ad Crœsũ.

Solon cum obiurgatione: Neminem hominum tam fœlicem esse in hac uita, qui ante obitum beatus ab omni parte dici possit, neque tã potentẽ quenquam esse, quem nũ aduersus casus queat debilitare et euertere. Cæterũ tũ securus feliciori successu rerum, ait contempsisse hæc uerba, neq; timere potuisse hunc tam insignem lapsũ, quem modò experiretur, & quia nunc primùm intelligeret sententiam Solonis, ideò eius se nomen iam ante mortem nominare, et optare se omnes homines in seciũdis rebus calamitatum quæ accidere possunt, non esse immemores, ne ob præsentem felicitatem redderentur insolentiores ad tentandum nel suscipiendum aliquid, quod exitum per occasionem possit adferre. Hæc ubi audisset Cyrus, clemẽtiæ adfectu erga Crœsum ductus est, inquiens: Nolle posthac se durius in Crœsum agere, qui olim potentissimus quoque rex fuisset, nam et se quoque hominẽ esse meminisse, sibiq; accidere posse, ut aliena ope & clementia utendũ sit. Post hæc adduci ad se Crœsum iussit, et magnum principem summo habuit in honore, eiusq; consilio in gerendis rebus usus est. Interrogauit hoc quoque ex eo Cyrus, qua de causa cœpisset hoc bellum, an monitus Apollinis oraculo, quem antea dicebatur cõsuluisse? Ad hæc respondit Crœsus, Apollinem rectè cõsuluisse his uerbis: NOSCE teipsum, & succedet feliciter.

Clemẽtiæ exẽplum.

liciter. Non contẽpsisse se hoc oraculũ Apollinis. Nam postquam in subsidio ferendo Assyrijs succubuissẽt sui, statuisse se porrò tranquillitate & pace frui, maximè quum uidisset tãta in rebus omnibus conficiendis felicitate & potẽtia uti Cyrum. Cæterũ quum à circumiacentibus passim urbibus & magnis principibus ob potentiam cũ peritia rei militaris cõiunctam, commendatus fuisset, iterum superbia & cæca admiratione sui deceptũ se esse, et designatũ se esse à principibus reliquis imperatorem belli aduersus Cyrũ. Hisce autẽ encomijs adductũ se, quòd responsũ Apollinis aliò acceperit, existimaueritq; se eum uerè esse, qui prædicabatur, nimirũ quòd potentia nõ esset Cyro rege inferior, atque his demũ rationibus contulisse se ad hæc arma. Sed hactenus satis superq; de Crœso. Exẽpla præclara hinc peti possunt, adduci sæpe principes ad bella suscipiẽda ex nulla necessitate, et magno ĩcõmodo suo ex cõsilio & assẽtatione illorũ, q falsò persuadere & extollere uanis cõmẽdationibus eorũ potentiam & uirtutes norunt. In Cyro rege præcipuè considerandum est, quòd in tantis successibus omnium rerum, summa moderatione animi usus est, & quòd in tanta gloria uictoriarum, tyrannidem clementia mitigauit.

Exẽplũ, principes sæpe nulla necessitate cõpulsos belligerari.

In Cyro rege quid consyderandum: Babylone quomodo sit potitus Cyrus.

Occupauit itaque Cyrus regiones omnes à Persia usque ad primos Ioniæ fines, deinde re-

gressus

greßus Babylonem urbem obsedit, quæ aduersus omnem uim humanarum uirium munitissima habebatur. Verùm Cyrus ea potitus est, idq; hac ratione. Euphrates fluuius per ri-
Euphrates. uos aliquot fluit per urbem, huius aggeribus effossis aliò ducit aquarum fluxum, & exiccato fluuio pedibus tutò in urbem uenire dabatur. Præterea & suos proditores habuit, qui indicabant quo tempore maximè securi essent Babylonij, atque ita silenti nocte, cùm nihil minus uerentur, exercitu per fluuium ducto inuasit urbem, & obtinuit.

Sed quid attinet multis felicitatẽ Cyri prædicare, cùm facilè æstimari queat, opus DEI esse, non humanæ prudentiæ aut uirium, tot ac tam potẽtes urbes ac reges subiectos eius fuisse imperio, cui nulla propemodũ humana uis uidebatur resistere potuisse. Etenim potentia cœlesti instituuntur et cõseruantur summæ illæ Monarchiæ, ad legitimum quẽdam reipub. statum contra uolũtatem Satanæ retinẽdũ inter homines. Porrò post deuictam Babylonem, tũ primùm hoc regnum Persarũ Monarchiæ ap-
Babylon monarchatus caput. pellationẽ accepit. Nam Monarchatus caput urbs Babylon erat, & sub unum Imperium modò Chaldæorum, Assyriorum, Medorũ, Persarum regna redacta sunt. Adiecta est & maxima pars Asiæ, & amplissimæ aliæ regiones, quas regna hæc contiguas habent. Administra-

aiũ

uit aũt hæc regna Cyr⁹ cũ summa laude adeò ut nullius principis laus, cuius historiæ memi-nerunt, cũ huius cõmendatione posit æquari.

Cœpisse hanc Monarchiam arbitror post occupatam Babylonẽ, septuagesimo anno post abductionem Iudæorum in Babylonẽ, à condito uerò orbe anno ter millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, & ante natũ Chri- Al. 3045.
stum anno quingẽtesimo primo. Vnde æstima- qui est ca-
ri facilè potest, Græcorũ historias, quæ initiũ ptiuitatis
à Cyro habent, nõ admodũ sane uetustas esse. 49.

De liberatis ex Babylonica cæptiuitate Iudæis.

HActenus de reipub. & imperij statu horum temporum, nunc restat ut de spirituali regno Dei et Ecclesia quædam dicamus. Postquam Babylonios subegerat Cyrus, Iudæos omnes ex omnibus regnis suis liberos dimisit, restituitq; eos in regnũ Iudaicũ. Testatur hoc exemplũ, quãtæ curæ sit Deo Ecclesia pio-
rum, & quã eius obliuisci non queat. Nã ut li- Ecclesiæ
beraretur ex seruitute Ecclesia, Babylonẽ ur- quantæ
bẽ diripi & interire necesse erat, dũ nullo asse- Deo cu-
ctu misericordiæ erga Iudæos uti uolebat. Pri- ræ sit.
mores aũt ex Iudæis qui remigrarũt Ierusalẽ,
fuerũt Zorobabel Ieconiæ regis nepos, et Iesus Zorobabel.
sacerdos, atq; ita relicta est summa Iudaici Im- Iesus sa-
perij apud posteritatẽ Dauidis, & sacerdotiũ cerdos.
quoq; de integro restitutũ est. Sed infrà à nobis

dicetur quid porrò de rebus Iudaicis actũ sit, nunc ad Cyrum redeo, cui hãc quoq; gratiam donauerat Deus, ut per Daniëlem Prophetam ad cognitionem ueræ fidei & cultum Dei uerum pernenerit, id quod ipse in confessione sua testatus est his uerbis, quod omnia regna sua hîc in terris à Deo acceperit, à quo & iussus sit dirutum apud Ierosolymitanos templum reparare, estq; hac occasione tum tẽporis doctrina ueræ fidei non apud Iudæos modò, sed et apud Gentes cognita in regno Cyri. Commẽdatur enim à Gentibus ob studium pietatis, & quòd hortatus sit subditos ad timorem Dei. Dixisse eum Xenephõ scribit, Quẽadmodum melius esset nauigare cũ bonis, ita et felicius esse cũ bonis in Repub. uersari & bella gerere.

Cyrus à Daniële institut⁹.

De Daniële.

DIcendum hic meritò mihi esset de Daniële, qui summus sub id tempus Propheta extitit in Ecclesia, sed eius laudes breui oratione me non posse complecti fateor: nam non modò excellentissimo spiritu præditus fuit in doctrina pietatis, de qua insignes eius Prophetiæ extant, in quibus & ipsum tempus aduenientis Christi clarè expressit, uerumetiam in his quæ ad ciuilem administrationem imperij pertinent, consiliario eo utebatur rex Cyrus, & Prophetias memorabiles condidit de statu regnorum sublimium, quæ futura erãt. Sed de his

Daniël cõsiliarius Cyri.

his omnibus in eius scripto: ego hîc ea missa nunc facio, ne modum uidear excedere.

De morte Cyri.

SVbacta iam Babylone, irruperunt Cyro in regni fines Scythæ homines feri & barbari. Cyrus commendato interim Cambysi filio imperio, ad repellendam uim hostium cum exercitu profectus est. Principio fudit Scythas, et regem Scytharum iuniorem captiuum cepit. Cæterùm scribit Herodotus ab immanissima gẽte Scytharum uicissim fusos esse Persas, & in ea pugna cecidisse Cyrum ipsum, & reginã Tomyrim amputatum eius caput in urnam sanguine humanò plenam proiecisse, dixisseq; cum summa exprobratione: Satia te sanguine modò, quo nunquàm antehac expleri potuisti. Immane hoc factum est, quod barbaræ gentis crudelitatem magis arguit, quàm ut dedecori aut opprobrio Cyro regi esse possit, quippe qui ut tueretur fines Imperij sui, iustissima arma aduersus Scythas sumpserat. Oportet enim Principem propter uim hostium repellendam ad arma capessenda nõ ignauum esse. Neq; uerò hoc prætermittit Herodotus, alios de fato Cyri aliter sentire. Et Xenophon scribit in lectulo eum decumbentem mortuũ esse, & priusquã moreretur, hortatũ filios suos fuisse ad timorem Dei, ad cõcordiã et amorẽ inter se mutuò seruãdũ, et multis præterea uerbis longaq;

Scytharum pugna aduers' Cyrum.

Exẽplũ magnæ crudelitatis.

oratione monuisse, ut meminisse uelint animas humanas cum corporibus non interire simul, sed manere immortales, & pios hac uita defunctos perpetua quiete apud Deum frui, & contrà homines impios grauissimas pœnas esse daturos. Et his adiecisse dicitur insigne argumentum rationis humanæ de maleficis, qui in uita hac ob cõscientiam scelerũ magno intus animi terrore exagitantur, & inde colligi posse, animæ suam quandam essentiam esse, & cum terror hic diuinitus incutiatur, argumẽto esse Deũ ulcisci uelle quicquid iniuste cõmittitur. Sed hactenus satis de sanctissimo rege Cyro.

Quo tempore Philosophi primum in Græcia fuerint.

SVprà monuimus, apud Græcos primum omnium Poëtas eruditionis nomine celebres fuisse, postea Cyri tẽporibus aliud doctorum genus cœpit, qui Philosophi dicebantur, & horum uno tẽpore sectæ duplices fuerũt: alij enim Philosophi Ionici, alij uerò Italici Philosophi dicti sunt. Ionici in Ionia fuerunt, hi magna diligẽtia usi sunt in Physicis rebus et astrorũ cursibus inquirendis. Autor horũ Thales fuit, qui primus Græcis in trecẽtos sexaginta dies annũ partitus est. Quãquam enim antea duodecim mẽses habuerãt, tamẽ solarẽ motũ ad lunæ cursum referre cogebantur. Thales etiam primus apud Græcos Eclipsin prædixit, et pũcta æquinoctio

Philosophi primi quando.

Philosophi Ionici & Italici.

Thales.

Thales autorphi

noctiorum reperit, quæ artis minimè uulgaris pars erat. Didicerat hæc ille ab Aegyptijs, apud quos antea seruauerat hãc artẽ Deus. Docuit et hic Thales animos immortales esse: estq; primus et uerus hic autor Philosophorũ Græciæ. loſophoꝝ rum Græcorum.

Altera Philosophorum pars, qui Italici uocãtur, à Pythagora ortũ habet: nã et is sub Cyri tempora uixit, in ea Italiæ extrema parte, quæ ad Siciliam tendit, & olim Græcia fuit. Tẽporibus Pythagoræ Romæ Seruius Tullius regnauit, huius schola nõ in Physicis aut Astronomicis, ut reliquorũ, sed in Arithmetica, Geometria & Musicis fuit occupata. Porrò degebat Pythagoras uitam solitariam planè cum suis discipulis, uarijsq; cæremonijs usus est, & multa absurda docuit de natura animarum, quòd commigrare soleãt hominum animæ in bestiarũ corpora pœnæ causa. Tractarũt autẽ Pythagorici priuatim inter se sua dogmata, uetitumq; inter eos erat, ne in publicum ederẽtur à quoquam, ne occasione inusitatæ doctrinæ plebecula uel ad discordiam, uel ad contemptum communium morum concitaretur. Cæterùm non admodum diu huius generis Philosophi durauerunt. Neque nunc attinet plura de ortu Philosophorum narrare, saltem indicare hic uolui, ne quis ignorare posset quo tempore cœperint & auctæ sint scientiæ literariæ, postea suo loco de illis dicemus, qui præ alijs Phi- Pythagoras autor Philosophorum Italicorũ

losophiam excoluerunt, quorum non multi numero sunt. Sunt enim perpauci digni ut tam præclaro Philosophi uocabulo nominentur, ideoq; non multi eorum à nobis referentur.

De Solone.

SEd quanquam hic breuitati studemus, tamen Solonem præterire silentio nolo. Nam ab eo ciuilis Romanorum iuris, cuius etiam hodie passim usus est origo demanauit. Vixit sub eadem hac tẽpora Solon, summaq; familiaritate cum Thalete deuinctus fuit. Atqui cùm grauissimæ dissensiones essẽt apud Athenienses exortæ, propterea quod potentiores urbis, debitores suos, qui soluendo non erant, ex priuata libidine in seruitutem & mãcipia redegissent, tota urbs Atheniensis consensit in Solonem, ut is libidinem hanc potentiorum, & reliquos reipub. turbatos mores in ordinem redigeret & corrigeret. Suscepit hanc prouinciam Solon ultrò, & multas præclaras constitutiones & leges ædidit, quæ etiamnum extant. Porrò ante Solonem legislator Draco fuerat Athenis, cuius leges nulla prorsus æquitate temperatæ erant: nam omnia uitia et trãsgressiones gladio iuxtà esse castigãdas statuerat: atq; hinc constat à prudentissimo quodam dictum esse, Draconis leges sanguine, non atramento scriptas esse. Adeò duræ & seueræ constitutiones principiò in mundo fuerunt. Caterum

Solon autor Romanarũ legum.

Thales et Solon æquales.

Draconis leges sanguine scriptæ.

terùm nihil diuturnum esse potest, quod nimis rigidum est, quodq; nullo æquitatis temperamento est mitigatum. Solon uerò inter hæc discrimen seu gradus fecit, statuitq; alia peccata pro ratione grauius, alia remissius corrigenda esse. Constituit et de cõferendo censu, de ponderibus, deq; totius anni temporibus. Et in primis hæc lex cõmendatur, quam tulit, ut quisq; quotannis indicaret magistratui magnitudinem facultatũ suarum, et artificij genus, unde sibi honestè uictum pararet: & si quis ocium sectaretur, hunc propulsandum ex urbe esse.

Peccatorum gradus esse.

Solonis lex de exigendis urbe ociosis.

De Cambyse.

REgnare cœpit Cambyses, cùm pater Cyrus contra Scythas profectus est. Patris imperio Aegyptiorum regnum adiecit. Plurimùm autem à patris uirtutibus degenerabat. Cùm Prexaspes inter delectos cõsiliarios unus liberius monuisset eum, dixissetq; laudari eum à Persis plurimùm, cæterùm hoc ipsis displicere, quòd ebrietatis uitio obnoxius esset, conuocari ille iussit primores regni, interrogauitq; num aliqua in re meritò repræhendendus esset. At illi, Nequaquam responderunt, sed uirtute etiam antecellere patrem Cyrum, siquidem eius regno Aegyptum adiectam esse. Contrà uerò Cræsus cui in primis commendauerat Cyrus Cambysen filium instituendum

Cãbyses,

Prexaspes.

Cræsi facete dictum.

ad honestatem, nondum, inquit, Cambysen æquari posse patri Cyro, quandoquidem nõ pro creatum adhuc ab eo talem filium, qualem reliquerit Cambysen Cyrus. Placuit tum id uenuste dictum Cambysi. Atqui dimisso Senatu cùm nemo Principum culpasset aliquid in eo, iussit ad se uocari Prexaspem, præcepitque ut minorem natu filium suum ad se adduceret, nam testaturũ se quàm pulchrè etiam sobrius uideri posset, cùm maxime potaret: nelle enim se iam ebrium arcu collimare in filium eius. quòd si iaculo cor eius transfigere queat, æstimari posse inter potandum suæ se rationis consilio non carere, sin uerò minus, meritò se ebrietati deditum habendum esse. Sed quid multa? Cùm probe perpotasset Cãbyses, iaculatus est in puerum tanquam metam destinatum, & transfixum iam excindi iussit, ostenditque patri Prexaspi, rectè transfixum esse cor pueri, inquiens, ut inde æstimaret se ebrium non esse. Vsque adeo barbaros, feros & tyrannos mores inducit hominum animis ebrietas, etiamsi rectè antea instituti sunt: quemadmodum dubium non est, fuisse iam inde à primis annis ad honestissimos mores educatum Cambysen regem. Et quanquam ebrius iaculandi peritiam non ignorat, tamen rectioribus consilijs rationis interim uti non potest, & illis uirtutibus caret, quæ ad modestiam gloriæ

Cãbysis crudele factum.

Ebrietas pessimos mores inducit.

studium

studium homines solent incitare. Exempla huiusmodi proponenda sunt adolescentibus dedi-
tis plerunque ebrietati. Nam quis exitus subsecutus sit hos mores, paulopòst dicemus. Parricidiū perpetrauit etiam in propriū fratrem Smerdim, quem necari clam iussit, ne regnaret aliquando. Praeterea & sororem germanā in uxorem duxit, cùm tamē ab hoc genere contrahendi matrimonij natura abhorreat. Parricidia diū Cambysis.

Porrò euenit quòd cùm unà cum regina sorore accumberet inter epulas rex Cambyses, uoluptatis capiūdæ causa catulum leonem & acerrimum canem inter se commisit: & cum leo robore & ferocia superior esset, magna ui alter canis, nō minus acer, ruptis uinculis quibus ligatus erat, fratri cani opem tulit, & uictus leo est. Delectatus in primis hoc spectaculo rex est, ob fidelitatem canum inter se. Cæterùm eodem fācto mota regina, familiariter admodum flere cœpit: & cùm hoc ipsum aegerrimè ferret rex, quæreretque causam luctus, respondit, Nihilominus suo fratri à fratre confugisse, quàm huiusmodi fidem, qua uideret canes à se mutuò iuuari. Responsum hoc indignè ferens rex, illicò eam abripi è suo cōspectu, & necari iussit. At tales mores nō diu successum habere potuerant. Loquitur enim Deus in scriptura, Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos in terra. Proinde nō multò pòst reginam. Canū fidelitas. Cambyses crudelitas erga sororē

grauí ultione animaduertit in eum Deus. Et enim ex Aegypto rediturus in Persiam, cùm equum iam ascendisset, decidente è vagina gladio grauissimo vulnere in altero latere saucia-tus interijt. Testatur hoc exemplum, Deũ non ferre diu tyrannos. Nam post mortem Cyri non supra unius anni spatium vixit Cambyses, neq; hæredẽ regni reliquit, estq; hoc modo semel totº extinctus. Est profectò cõmiseratione in primis res digna, intra tã breue tẽpus regnũ Persarũ à posteritate Cyri sublatũ esse. Mãsit nihilominus summa Imperij Persarum penes sanguinem Cyri. Nã duxit in matrimonium filiam Cyri Darius, qui alioqui etiam propinquitatis gradu Cyrum attingebat.

Vltionis exẽplum.

Supplicium iniq. iudicis.

Nemo tam desperatæ spei Princeps est, qui non aliquando saltem honesti aliquid faciat. Nam exornat Deus officium magistratus, efficitque ut ad conservationem publicæ administrationis egregia & utilia nonnunquam opera necessario fiant. Commendatur in omnibus historijs Cambyses ob unum hoc factum, propter quod laudem meretur. In priori Asiæ parte præfectum habuit Sisamnem appellatũ hunc audierat pecunia largitione corruptum, iniquè iudicasse: quare occidi eum iussit, & detractam corpori eius cutem tribunali instar pellis extendi voluit, & in locum occisi iudicis constituit Otanem filium eius, collocauitque eum

Sisamnes iniquus iudex.

Otanes.

eum in sellam iudicis, hac lege atque omine, ut cõtemplatione paternæ cutis caueret ne simile aliquando supplicium subire cogeretur. Et monet hoc exemplum eos qui magistratum gerunt, ut meminerint Deum inultam non sinere iniustitiam.

De Dario rege Persarum.

CAmbyse profecto in Aegyptum, defecerunt ab eo Magi apud Susam, & Magus quidam per dolum regium sibi nomen usurpabat. Dicti autem sunt Magi illarum regionum sacerdotes & sapientes. Caterùm cũ iam reditum adornaret Cambyses in regnum, ut animaduerteret digno supplicio in seditiosos Magos, in ipso itinere per occasionem, ut iã antea diximus, occubuit. Post mortẽ Cãbysis, trucidatis Magis primores regni Persarũ imperiũ occupabãt. Deinde die comitiorum iã dicto conueniunt consiliarij de restituendo in certum ordinẽ quẽdam regno Persarũ. Principes numero septem fuerunt, quemadmodũ in Germanico regno septẽ Electores Principes sunt, designati illi haud dubiè fuerunt ex magno cũ filio & prudentia tanquam totius Persarum regni summi cõsultores. Iam uerò cùm septem hi Principes conuenissent cõsulturi in commune de salute regni, de tribus potissimum rebus inter consultandum controuersia incidit.

Otanes quidam consuluit non esse porrò deli-

deligendos reges, sed fœdere firmato Principes iuxtà imperare debere, libertate utrobiq; seruata: nam antea satis cõpertum esse in exemplis, unum uirũ tot ac tantarum rerum dominum facilè insolescere, & in tyrannidẽ degenerare, quẽadmodum Cãbysen feciſse cõstaret.

Consultatio septẽ Principũ Persarũ de regno.

Secundus Megabysus repudiato hoc consilio, adfirmabat, talem libertatem etiam perniciosiorem tyrannide futuram. Nam principes & urbes si domino careant, non posse non æbuti hac libertate ad priuatam libidinem. Sed ne quid eius geri posset, consultum esse unum aliquem regem deligendum, sed aliquot Principes constituendos esse, penes quos summa semper regiæ potentiæ permaneret.

Vtriusque horum sententiam refellens tertius, Darius dictus, consuluit unum regem eligẽdum esse: nam quanquàm hic, sicuti in aliis rebus humanis omnibus multa magnáque incommoda incidere possent, tamẽ nullum imperiũ stabilius aut firmius esse Monarchia, hoc est, si unus imperet, in cuius manibus totius regni cardo uersetur. Etsi enim tria hæc consilia ex æquo honesta & optima plane sint, tamen si conferãtur inter se, certo certius esse, Monarchia non aliud pulchrius aut utilius posse reperiri, nimirũ quæ ad diuinum & cœleste regnũ accedat propius. Præterea fieri nõ posse, ut din cõcordia seruetur inter principes liberos,

Monarchia optima ĩperij forma.

liberos, aut si ad potentißimum regnum administrandum aliquot deligantur principes in regis locum, idque propter diuersitatem gra uißimarum causarum, quæ subinde tam latè patenti regno inciderent, in quibus semper con sentire inter se non possent Principes. Præter hæc non defuturum quoq; esse inter hos ipsos Principes dignitatis & dominij studium præ reliquis, quibus unus tãquam subditis uel inferioribus dominari conaretur. Causæ hæ fue runt, quas commemorauit Darius, quibus & calculum suũ adiecerũt reliqui quatuor Prin cipes, statuerúntque tandem pro ueteri more regem eligendum esse.

Darÿ ele ctio in re gẽ qualis

Cæterum ne quod dißidium inter Princi pes regni suboriri posset, senserunt Deo electio nis regiæ sortem committẽdam esse. Placuit ut multo mane conuenirent unà in equis Princi pes in certum locum, & cuius equus hinnitũ prius ederet, hunc regem fore. Darius reuersus domum indicauit consilium Principum aulæ suæ præfecto, qui facilè hoc se effecturum af firmabat. Etenim sub uesperum pridie consti tutæ diei equum Darÿ & equam in destina tum locum adducit, ibique equum equæ ad mittit, ut mane cognito loco, desiderio equæ absentis hinniret caballus. Itaque mane con uenientibus Principibus hora dicta & consti tuto loco, Darÿ equus primus hinnitum edi

dit;

dit: & ne dubitare poßent, in fatis ita eße, ut regem Dariũ haberent, cõtinuò in aperto & sereno cœlo sine ulla tẽpestate fulgur cum adiũcto tonitru inter hinniendũ refulsit. Statim reliqui Prĩcipes ex equis desiliẽtes, Dario regios honores exhibuerũt: estq; hac occasione in fastigiũ regni Persarum euectus Darius, quod summa postea cũ laude administrauit. Regiones, quæ, cùm perijßet in Scythia Cyrus, defecerãt, magna uirtute restituit imperio. Quinetiã Babylonem urbem detrectantem iam Imperium Persarum, post longam obsidionem recuperauit, idque per hanc occcasionem.

Zopyri egregia fidelitas erga Darium.

Zopyrus quidam, Megabysi (qui ex septem Principibus unus fuerat) filius, præcidi sibi nasum, aures, & labia iubet ultrò, regíque propositi sui consilium indicat, & tanquam profugus ad Babylonios se confert: cõqueritur de crudelitate regis, qui ideo lacerari se tam fœde iußerit, quòd consilium dederit ut desererent urbẽ, neque enim simulauit aliter quàm se regis hostem eße, & qui consilij capiundi causa profugerit ad Babylonios. Babylonij ultrò receperunt eum, & Imperator ab eis factus, trucidauit aliquos ex militibus Darij, ita enim cõuenerat cũ Dario, ut maiorem sibi fidem apud Babylonios faceret primum, postea credere illi omnem exercitum Babylonij, quem tradidit Dario, fecítque ut totam urbem recuperaret,

quam

quam obsederat iam mensibus sex supra integri anni spatium. Porrò ingentem Darius rex gratiam habuit huic Zopyro ob fidelitatem. nam prætulit eum postea omnibus principibus regni. Et oblato malo granato, ait Darius, nihil se sibi exoptare posse præstantius in hac uita, quam si tot Zopyri possent cõtingere, quot grana hoc pomum intus haberet. Significare enim uoluit, non posse habere regem alium thesaurum digniorem, aut munimenta regni fortiora, q̃ fidos amicos & consultores.

De bellis Darñ in Græcia.

VEndicare etiam sibi tentabant Persæ Macedoniæ & Græciæ regna, quòd Persarum finibus contermina erant. Sed quia tanquam certos limites cuique regno præfixit Imperia Deus, quos excedere non potest, ideo neque ma habẽt sa cedones, neq; Græcos suo Imperio subijcere po os certos tuerũt Persarũ reges. Porrò in Græcia sub id limites. tẽpus plurimi & maximi quiq; euẽtus accide rũt, qui ut numero multi sunt, ita omnes enarrare ordine, lõgum est, recitabo autem quædá, sed non nisi selectissima, & breuiter.

Persæ legatis ad Amyntam Macedoniæ regem missis, postulabant ut sese dederet ipsis. Amyntas Metuens sibi ob potentiam Persarum rex A= Macedomyntas, supplex propemodum ultrò quod petitum uemissent, facturũ se esse promittebat, tractauitque legatos omnibus humanitatis of-

f. cys

Immodestiæ insignis exẽplum.

ficijs. Et cum ex uoto legatorum solenne epulum institutum esset, postulabant conuiuij exornandi causa nobiles matronas & filias adduci. Amyntas nihil tale negare audens, ultrò adduci iussit. Porrò uerò quum iam Persæ bibissent largius, impudèter adludere cœpêre ad fœminas ingenuas, adeò ut uehementer taAlexander Amyntæ filius.

deret Amyntam, & iuniorem regem Alexandrum filiũ eius ipsorum immodestiæ, atq; ob reuerentiam ætatis rogauit. Amyntam patrẽ Alexãder filius, ut secedens è conuiuio, cubitum iret, se uerò mansurum interea apud hospites. Iam uerò abeunte patre, simulans Alexandri lætitiam, permisit iocari Persas cum mulieri-

Alexandri illustre factum.

bus liberius, tandem petijt ut surgerent pauliſper omnes, permitterẽtque matronis paulum secedere è conuiuio, redituras enimesse ornatiores statim. Permiserunt hoc ipsum Persarum proceres ultrò. Interea autem curabat Alexander, ut selectissima forma adolescentes induti matronali habitu in conuiuium redirent, & sub ueste gladios occultarẽt, quibus inter iocandum trucidarent Persas, id quod factum est. Nam ab his adolescentibus Persæ ad unum omnes sunt perempti, estque hoc modo eorum impudentia graniter punita. Alexander hic refertur inter Alexandri proauos. Post hæc Græci etiam, qui in prima Asiæ parte sub

Sardis, Dario erant, defecerunt, & Sardis oppidum

direptũ incendio deuastarunt, & adhoc opẽ tulerunt Athenienses. Nam Histicus quidam insignis princeps, ministrum quendam ad eo- Histrici
rũ imperatorem misit, & ne res palàm fieret calliditas
deraso crine ex capite servi, cui ipresit in hãc in conci-
sententiam, ut à rege desicerent, postea renato tãda sedi
capillo, non literas, sed hunc seruum ad eũdem tione.
imperatorem misit, cum hoc tãtum mandato,
ut capillum ei detonderet, & caput aspiceret.
quod cũ fecisset imperator, illico defecit à Da-
rio. Verùm autor hic seditionis trucidatus est,
& laqueo Histico uita est adepta, atque hisce
remedijs sedatus tumultus non serpsit latius.

Porro hæc & similia alia occasionem Da- Darij ex
rio præbuerunt, ut ingentes copias, peditũ cen- peditio in
tum millia, & equitum decem millia in Græ- Græciã
tiam miserit ad sumendum supplicium de A- quanta.
thenienſibus ob seditionem. Castra posuerũt
ad duo milliaria ab Athenis. Iam uerò cùm
consulerent plerique non esse contraeũdum ho
stibus, sed si obsidionem tentarẽt, urbem for-
titer tuendam esse, Miltiades unus diuersum Miltia-
suadens, ostendit grauem omnino & intolera dis consi-
bilem uulgo obsidionem esse, uerùm subita in- lium.
ruptione facilè opprimi posse hostes. Sequuti
sunt Miltiadis consilium, quem & belli impe-
ratorem designarunt. Eductæ copiæ sunt A-
thenienſium decem millium cõtra hostes, nul
lum his præsidium acceſserat ex urbibus reli-

Platea. quis, nisi ex Platea urbe tantùm mille uiri missi erant in auxilium Atheniensibus. At qui paruo hoc exercitu ingens illa Persarum instructissima multitudo fusa est, & magnam omnino laudem meruit hæc pugna, quia à summo atque incredibili terrore ac metu totam Græciam liberauit, quo illa non aliter perculsa tum erat, quàm si nostro tempore Turca inuaderet Germaniam.

Miltiadis uictoria insignis.

Non prætereundum hic nobis est, quam gratiam tandem pro hoc beneficio retulerit Miltiadi multitudo Athenienſium. Nam præter hanc uictoriam, & alia eius præclara facta extiterunt erga rempublicam. Adiecit uirtute bellica alias urbes & insulas, quibus imperium Miltiadi Athenienſium auxit. Sed quia magnæ uirtutes inuidia & obtrectatione malorum carere malagra non possunt, effectum est à quibusdam apud potia ab Atulum, ut coniectus in publicum carcerem sit Miltiades, donec persolueret reipublicæ talenheniensibus. tum millia coronatorum. Porrò cum soluendo non esset, & ita diuturno situ & squalore carceris infirmari cœpisset, filius Cymon ut liberaretur pater, in carcerem descendit, tandemque morituo patre, ditissimus ciuis quidam filiam Miltiadis in uxorem duxit, & exposita pecuniam summa liberauit ex carcere Cymonem. Adeoque pro recte factis parem & dignam gratiam habere

habere bonis uiris uulgus solet?

De Xerxe Rege.

DArio duo fuerunt filij, natu maior ante regnũ oblatũ suscept⁹ erat, iunior uerò Xerxes dictus, in regno ex matre Atossa Cyri filia natus fuit. Is quia ex utroq; parẽte regio fuit, successit patri defuncto in imperio, ut regnum maneret apud Cyri posteros. Permisit hoc grãdior natu frater magna sanè modestia animi, nulla contentione usus aduersus Xerxẽ fratrem.

Porrò fusis in Græcia Persarũ copijs, nouis de integro exercitũ parabat Darius, sed dum ille restaurare bellũ conatur, morte obit. Itaq; Xerxes statim sub initiũ sui regni bellũ à patre acceptũ instruxit, & maxima ui militum Græciã intrauit, adeò etiã ut quorũdã scripta testatũ reliquerint, nunquã simul tã ingentes copias collectas fuisse, quàm Xerxis regis. Iustinus ait septingenta millia ex eius regnis in armis fuisse, & de cõfœderatis exteris trecẽta millia hominũ. Quãquã autẽ parum uidetur credibile tantam fuisse multitudinẽ, tamẽ historiæ satis testantur, & plurimæ pugnæ quoque quæ sub id temporis factæ sunt, ingentem Xerxis exercitum fuisse. Et hodie etiamnũ experimur in expeditione Turcica, quantis copijs, sed armatura leui, orientales gentes ducant exercitum. Quin etiã Daniel testatũ reli-

Xerxis expeditio in Græciã quanta.

Orientaliũ armatura leuis.

quit, regem ex Persia maximo apparatu mi-
litũ contra Græcos uenturũ. Legitur etiã col-
Xerxis fle- lecto iam unum in locum tanto exercitu, Xer-
tus et q̃- xem sobortis lacrymis magno animi dolore
rela. dixisse, Calamitosissimam planè esse sortẽ hu-
manæ uitæ: nam ex tot milibus hominum, ne
unum quidem superstitem esse post annos cen-
tum. Additur his, Xerxem cùm iam angustia
maris pontibus sterneret, suborto fremitu tem-
pestatis, iussisse uerberari mare.

Pertinet huc etiã, quòd non immeritò pro-
ditum est, inter proficiscẽdum flumina ab eius
exercitu bibendo exiccata esse.

Prodigia Cæterũ prodigia quoq; uisa sunt, quæ mo-
in exerci- uerunt regem, ut desisteret ab incepto, pro-
tu Xer- pter futurum infortuniũ. Etenim equa in ex-
xis. ercitu leporẽ peperit, quo fuga significata est.
Cometa Apparuit & Cometa Ceratias dictus, quòd
ceratias. instar cornu incuruatur. Erat & Eclipsis
Solis. Quemadmodum autem historiæ testan-
tur, non sine subsequenti incõmodo aliquo hu-
iusmodi signa conspiciuntur, nimirum per que
iram suam minatur Deus, ideoq; contemni
non debent, sed incitamẽto nobis potius esse, ut
timeamus Deum: nã uidere hic licebit quãta
mutationes Rerũp ublicarum, & omnium sta-
Græcorũ tuum orbis postea sint subsequutæ.
regio clau- Xerxes primùm terrestri prælio adoriri no-
sa. luit Græcos. Est autem Græcorum regio circũ-
quaq;

quaque clausa, & ad quam aditus non patet nisi per mare, aut ꝑ montis angustias quasdã, ad quas seruãdas ab ingreßu hostium destinata sunt aliquot milia Græcorũ, quorũ maxima pars fugit, illico uolentibus iam transire Persis, solum remanserunt quadringenti Lacedæmonij, qui magna uirtute ad resistendum hostibus usi sunt, & quãquàm numero longè pauciores, & uiribus infirmiores eßẽt, quàm ut repellere poßent tantam uim hostium, tamen eam fortitudinem in pugnando declararunt, ut circiter uiginti milia Persarum ab ipsis strata sint. Nam opportunitate loci in angustijs montis freti, ab inculsu & oppreßione multitudinis hostium tuti erant, neque per insidias circundari potuerunt. Interierũt in hoc cõflictu duo fratres Xerxis, sed unà quoq; cũ rege suo Leonida quadringenti Lacedæmonij illi extincti sunt. Laudatur hoc factum in primis ob magnanimitatem & fortitudinẽ protuenda patria, quæ numero tã exigui tantæ se multitudini opponere nõ sunt ueriti, & quãquam uictoria potiti non sint, tamen uehemẽter hoc cõflictu hostium uires debilitatæ sunt, & audacia imminuta.

Lacedæmoniorũ uirtus.

Superioribus in hac pugna Persis, mirum quãto tota Græcia terrore ꝑculsa sit, & in ea parte Græciæ pleræque statim urbes Xerxi se ultrò dediderunt. Quin & apud Athenienses

Cyrsilus. Cyrsilus quidam siue ut Herodotus ait, Lycidæus, cõsuluit, ut & Athenienses se darẽt sub potestatem Xerxis, nam nullo modo sufficere ad resistendũ potentissimo hosti. Themistocles cõtrà suasit, patriæ libertatem tuẽdã esse. Nam si Persis in Græcia dominari contingat, periclitari omnem honestatem morum, ius et omnes bonas uirtutes perituras esse, Persas acturos esse pro omni animi libidine in uxores & liberos eorum, quemadmodum iam cõstaret fecisse eos in illos quos subiectos suo Imperio nunc haberent. Proinde honestius esse in libertate mori, quàm ultrò tales dominos admittere.

Themistocles patriæ libertatis uindex.

Receptũ ab omnibus uno cõsensu hoc consilium Themistoclis est, ut fortiter defenderẽt se cõtra hostes. Cyrsilo ob pessimum consilium infensi Athenienses lapidibus eum obrui iusserunt, & similiter uxorem eius fœminæ lapidarunt, quod maritus eius huiusmodi consilium proposuisset, quod si fuissent sequuti, omnes liberos suos in fœdã turpitudinem adduxissent. Commendatur hoc factum uirtutis, & exemplum memorabile est, mori eos maluisse pro libertate patriæ, ne dederẽt se nationi exteræ ad statum urbis suæ & omnem politiam & honestatem euertendam.

Cyrsilus lapidibꝰ obrutus.

Oraculũ de ligneis muris.

Athenienses Delphis Apollinis oraculũ, cõsulentibus responsum erat: Athenienses uictoriã in ligneis muris habituros esse, quod Themi-

sto

stocles de nauium præsidio interpretatus est, hortatusq; ut relicta urbe, in naues uxores & liberos suos ducerent: nã uiribus & tãtæ multitudini Persarũ, urbẽ nõ posse tandẽ resistere, tum quoq; in mari non admodum instructos Persas esse. Probatũ cõsiliũ hoc est et imitatæ id sũt reliquæ urbes, Sparta & Corinthus, q̃ instructa classe angustias maris circa Salamina insulã occuparũt, ne circũueniri à multitudine nauium, quas habuit Xerxes, possent.

Cũ audisset Xerxes classẽ à Græcis adornatã, intellexissetq; magnũ sibi periculũ instare, si mari Græci liberè uterentur, & data opportunitate in regnum irrumperent, consultũ est Xerxi, ut cõtrà nauali p̃lio lacesseret Græcos quod et factũ est. Verũ uictoribus Græcis maxima Persarũ pars fusa est, & plurimæ naues submersæ. Hæc uictoria aĩmũ uniuersæ Græciæ reddidit, et debilitauit Xerxem. In pugnæ rex ipse nõ adfuit, sed cũ paucis nauibus in litore remanẽs, cõstictus spectator tantũ fuit. Gloria pugnæ ab oĩb⁹ Græcis Themistocli delata est, q̃ eius consilio parta uictoria, tota Græcia seruata sit. Inter alias multas technas, qb⁹ in hoc bello usus est Themistocles, astutũ hoc cõsiliũ recẽsendũ duci. Post pugnam, cũ perculsus aĩmo Xerxes esset, cogitauit Themistocles facilè adduci posse regẽ, ut relicta Græcia prsus in Persiã reuerteretur cum reliquo suo exercitu

Themistoclis techna.

ercitu. Itaq; supplicem se simulans, tanquàm gratiæ ineundæ causa apud Xerxem, per nuntium indicari ei iubet, Græcos consilium agitare interrumpendi pontis, quem per mare antea fecerat, proinde, nisi uelit grauiori se periculo obijcere, illicò è Græcia fugiẽdum, priusquàm transeundi occasio intercluderetur. Ille audito hoc nũtio, fugæ se statim parat. Cæterùm ubi iam fugiens offendisset pontem dissipatum ui tempestatis, nauicula traiecit, extremo etiam discrimine uitæ propter cõcitatum uehemẽtia

Exẽplũ, fluctuum mare. Inuertit hoc modo Deus iudi nõ esse si aleam, ultusq; superbiam est, & propositũ hi dendum habent exemplum magni principes, unde dis potentiæ. cere debent, non fidendum esse priuatæ potentiæ, sed in timore Dei & fiducia ad Deũ maximas quasq; res suscipiẽdas esse. Ridiculum hunc finem habuit terrorem omnibus incutiẽs illa expeditio, quam tanta potentia & multitudine instructam induxerat Xerxes in Græ-

An. 1530. ciam, non aliter atque nostris tẽporibus summa ignominia Viennam urbem reliquere Turca coactus est, qui cum exercitu ducẽtorũ millium hominum uenerat in Germaniam.

Ceterùm decedens Xerxes reliquit in Græ-

Mardoni cia Mardonium ducem, cum ter centum millia
us Dux. bus militum, idq; hac de causa, quòd Mardo
nij cõsilio adductus rex contra sententiã et uo
luntatem reliquorum principium in Græciam
conce

conceſserat. Et quia non reſponderat euentus pollicitationibus Mardonij, propterea metuēs ſibi ne domum fortaſſe reuerſus capite truncaretur ob infelicem exitum ſuſcepti belli optauit ſe cum hoc exercitu militum relinqui in Græcia, ad tentādum omnem caſum fortunæ, an fortè per occaſionē res Græcorū debilitare poſſet. Permiſit itaq; rex Xerxes hāc rem ipſius fortunæ. Primū cœpit Mardonius amicè pertentare Græcos, ut tolerabilibus cōditionibus pacis propoſitis ultrò ſe dederēt. Verū ob euentum uictoriæ animoſiores Græci detrectabant prorſus omne dominium Perſarum, et repudiato fœdere poſtulabant, ut ui & pugnando ſe tueretur. Tū diripuit atque exuſſit Mardonius urbem Athenienſium, & Thebas uſque progreſſus eſt, nam ad Perſas defecerant Thebani. Inſtructa tum iterum terreſtri exercitu centum millium uirorum Athenienſes & Lacedæmonij aliquoties cū Mardonio pugnādo congreſſi ſunt, tandem commeatus inopia coactus Mardonius finē fecit. Erat apud Perſas Macedoniæ rex Alexander, cuius ſuprà mē tionē fecimus: hic ſub ueſperā indicauit Græcis, ut ad ſubſequētē diem armarent ſe, nam cōſtanter ſtatuiſſe Mardonium extremā ui pugnā committere: idq; factum eſt. ſed ſuperati Perſæ ſuccubuerunt, trucidato etiam Mardonio, id quod reliqui conſultores Xerxis regis prædixe-

Athenæ direptæ à Mardonio.

Alexander.

rant ei antè susceptũ bellum. Cæterùm hic exitus fuit tãtæ expeditionis, & finito hoc bello, Græciæ ciuitates potẽtia & ãplitudine imperij augeri cœperũt, subiectis multis insulis Persarum, quas suo regno adiecerũt. Porrò potentiores facti Græci, insolẽtiores etiam esse cœperunt, & præ dominãdi libidine etiã ab intestinis seditionibus et bellis nõ abstinuerũt, et mutuis cladibus uicti, cõpulsi tãdem sunt externis se principibus dedere, deleto omni statu suæ reipublicæ et uirtutibus quibus antea florebant. sed de his paulò pòst dicemus nonnihil.

Potentiores fiunt insolẽtiores.

Operæpretiũ in primis est Themistoclis exemplũ nouisse, qui cùm is esset, cuius cõsilio & fortitudine tota Græcia seruaretur, quo nomine et summæ eius laudes præ reliquis omnibus ducibus, quos clarissimos habuit Græcia, referuntur, tamen malam gratiam à suis ciuibus asequutus est. Nam urbe expulerunt eum. Hanc gratiam habet multitudo pro summis uirtutibus, imò & Satã ipse dementat homines, ut tam sublimia dona Dei non agnoscant. Proinde optimos & excellẽtes uiros tolerãtia in primis præditos esse oportet: siquidem fieri non potest, quin molestias & omnem ingratitudinem experiantur in hoc uitæ statu. Confugit Themistocles postea ad Artaxerxem, apud quem summo est in honore habitus, similis per omnia summis eius principibus & consultori

Themistocli ob bene merita mala gratia relata.

Themistocles ad Artaxerxem confugit.

bus re

bus regni. Dixiße quoque ferũt Artaxerxem, nõ poße malum aliquod grauius optare ſe ſuis hoſtibus, niſi ut hac dementia excæcati, huiuſmodi ſapientes uiros a ſe alienarent.

De Artaxerxe Longimano.

XErxe defuncto filius eius Artaxerxes regnauit, huius dextra manus ſiniſtra lõgior fuit, unde factum illi cognomen Longimani eſt. In primis laudatur hic rex ob ſingularem prudentiam, manſuetudinem morum, & pacis ſtudium: propterea huius hiſtoriam hic non recenſeo longius, ut tandem ad Iudaicas res reuertamur, ne ignoremus quis interea ſtatus in Eccleſia & ſpirituali regno fuerit. Longimanus.

De Zorobabel principe Iuda.

SVprà indicauimus, in Bibliis ſacris nominari quendam ex Perſarum regibus Aßuerum, hic uerò fuit Darius Hyſtaſpis, & ut ego opinor, hic Darius Aßuerus eſt, qui Heſter reginam habuit. Herodotus etiam Artiſtonæ mentionem facit, quam habuit Darius præter Atoßam reginam, & teſtatur Ariſtonam illam ualde amatam eße à Dario. Et hanc apparet Heſter fuiße. Philo etiam ſcribit hiſtoriam Iudith ſub tẽpora huius Darij regis contigiße, & Arphaxat, cuius hiſtoria Iudith mentionẽ facit, Imperatorem Aßyriorũ fuiße, poſtquam a Cyro uicto iam à Scythis, defeceràt. Hanc ſententiam Philonis nõ Aßuerus. Heſter. Ariſtona Atoßa.

improbo

improbo, uerùm ut ego quidem arbitror, iam antea fuit impleta historia Iudith, priusquam in Babylonem translatus est Iuda, atque adeò iam ante Persarum Monarchiam. Nam Arbaces Medorum rex iam ante Persarum Monarchiam fuit: & Niniue deleta est tẽpore regni Persarũ, et occupãtib⁹ Monarchiã Persis, neque Niniue neq; Medi suũ regẽ habuerunt, cæterũ permitto hic cuiq; suã tueri sententiã.

Longimanus.

Post Darium Hystaspis ponit Philo Longimanũ, prætermisso Xerxe rege, sed haud dubiè non alia de causa, quàm quæ suprà indicata est, quòd profectò in Græciam Xerxe, Longimanus interea regnum administrauit in Oriente. Et hic Darius Longimanus est, qui iterum Iudæis donauit libertatem templi extruendi. Quãquam enim à Cyro permissum erat Iudæis redire Ierusalem ad occupãdam terrã, & ad regnum & cultum Dei instituendum, tamen interea temporis post mortem Cyri perfinitimos impeditum est, quo minus ædificatio succederet, iam inde usque ad secundum annũ Antaxerxis Longimani, quem Philo Darium Longimanum uocat. Is secundo sui imperij anno publico edicto præcepit ut Ierusalem & templum repararetur. Hæc occasio erat, qua restitutus suæ libertati Iudaicus populus, regni administrationem, cultum Dei de integro rursus instituit, & templum & urbes ædificauit de

nuũ.

nuò. Et quanquam suos hactenus reges non habuit Iuda, tamen principibus interim ex posteritate Danidis usus est, usque ad ea tempora quibus Maccabæi regnare cœperunt. Primùm Zorobabel imperauit, cuius posteri quâ fortunam habuerint, & quo pacto tandem à posteritate Dauidis totum regnum translatũ sit, dicemus postea: Nam ita à prophetis prædictũ erat, ut sub id tẽpus nasceretur Christus ex sanguine Dauidis, quo iam antea alienatũ regnũ Iudaicũ exteri principes sibi usurparent. An. mũdi. 3426. Zorobabel. Christi aduentus

Septuaginta hebdomadarum supputatio ex Daniele.

Reuelatũ est diuinitus Danieli de aductu Christi, et quanto tempore populus Iudaicus deberet durare. Extat in hac prophetia præclarum imprimis testimonium ad cõfirmãdã certitudinẽ fidei nostræ aduersus Iudæos, qui cõtendũt nondũ uenisse Christum, & aliũ quendã Meßiam adhuc uenturum expectant.

Porrò tẽporis præfiniti à Daniele facilis ratio est, et imprimis iucundum est ea cognoscere, sub id tẽpus certò uenisse Christum, quod præscripsit Daniel. Nam etsi uarie supputent alij, tamẽ si ab ordine historiarũ non recedas, nulla insignis dißẽßio reperietur, ppter quã possis dubitare. Et sanè ad exactiß imã temporis supputationem expediret, eas quæ contigerunt Eclipses, repetere ex Ptolemæo, & ex illis sin-

gulos

gulos annos ordine colligere, uerùm esset id non unius hominis labor. Et aduigilarèt merito in his rebus Episcopi collatis sumptibus ut tã insigniũ prophetiarũ intellectus clarè in Ecclesia extaret. Ego quidem hoc loco ex potioribꝰ historijs annorũ numerũ decerpã, & eorũ rationẽ quã maximè perspicuã reddere conabor.

Danielis locus de 70. hebdomadis.

Daniel ait, Septuaginta hebdomadæ cõcisæ sunt super populũ istum, & præcipuè iuxta mãdatum de reædificãda Ierusalem, erũt sexagintanouẽ septimanæ usque ad regnũ Christi, & tum Christus interficietur.

Principiò cognoscẽdũ est annuas hebdomadas hîc significari, ut unaquæque hebdomada septem annos constituat, id quod facilè probari potest. Proinde efficiunt septuaginta hebdomadæ annos 490.

Secundo ait Daniel, Christus interficietur post 69. hebdomadas, sed ita, ut dimidiata septimana doceat, & postea occidatur. Signatè quidem et tempus & officium Christi expressum est hoc modo.

Tertiò, Sexaginta nouem hebdomadæ supputari debent ab anno secundo Longimani, nam tum misit Deus Zachariam, & Haggæum prophetas, ut consolarẽtur & certò confirmarent populũ de reparãda Ierosolyma in posterũ sine aliquo impedimẽto. Et de hoc uerbo, hoc est, de hac reuelatione, uerba angeli intelligẽda sunt,

quando

quandoquidem tum certa promissio contigit populo de successu reparationis tẽpli Iudaici.

Præterea eodem etiam hoc anno præceperat Longimanus publico edicto, ne impedirentur Iudæi ab instituto opere ædificandæ urbis & tẽpli, quemadmodum antea factum erat. Sed hæc omnia in Esdra leges.

Atqui uerò ad hanc ipsam dilationem temporis in reparãdo templo Ioannes respexit capite 2. quadraginta sex annos in extruendo tẽplo absumptos esse, nam is annorum numerus est à secũdo Cyri anno usque ad sextũ Longimani annum, quo absolutum est templi opus.

Iam uerò colligitur ex Maccabæorum libro, et ex Iosepho, ab initio Alexandri, post ultimi Darij obitum, usque ad natum Christum fluisse annos trecentos & decem.

A nato Christo usque ad eius baptismum anni triginta.

Summa ab initio Alexandri usque ad baptismum Christi anni 340.

His adde illud tempus à secundo anno Longimani usque ad Alexandrum post ultimi Darũ mortẽ, & erunt, ut Metasthenes numerat, anni 145.

Summa à secũdo Lõgimani anno usque ad baptismum Christi ccclxxxv. anni. 485

Itaque 69. hebdomadæ annuæ constituunt recte annos 483. Vide cognoscis baptisato

Christo

Christo sexagintanouem hebdomadas annuas completas fuisse, & in hebdomada sequẽti decuit Christus, & in eadem dimidiata hebdomada intersectus est: nam ãno quarto post acceptum baptismũ crucifixus est Christus. Porrò sequẽti hac septimana addita ad 69. erunt hebdomadæ septuaginta, atq; hæc ratio est tẽporis præfiniti à Daniele. Nam post mortem Christi Iudæi non sunt amplius populus Dei, & templum eorum postea fuit abominatio, id quod clarè testatus est Daniel.

Præter hæc sunt in hac prophetia aliæ præclaræ doctrinæ, & consolationes afflictarum mentium de officio & regno Christi, quòd prædicaturus uenerit remissionẽ peccatorum. sed hæc omnia explicare hic non uacat, neque est huius instituti.

Ego sanè quanta potui diligentia inquisiui rationem 70. hebdomadarum Danielis, neque reperio, quod magnopere possit dissidere, si historiarum præscriptum sequaris. Nam & si Metasthenem nolis imitari, tamen Græcorum ratiocinatio rectissimè quadrat. Etenim iuxta numerum Græcorũ inter Alexandri obitum, & Augusti initium, anni sunt ducenti octoginta, id quod fortissimis argumentis probare possum. Iam si Persarum annos sumas, post secundum Longimani annum apud Græcos idem quoque reperies.

Post

Post Alexandrũ usq; ad natũ Christum 322.
Post natũ Christum usq; ad baptismũ eius 30.

Adde Persarum numerum a secundo anno Longimani 132. apud Græcos.

Summa 484. Adeò ad amussim concordant Græcorum historiæ cùm eo tempore quod in Iosepho et Philone reperitur, ut apertè deprehendere possis, à Danièle tẽpus de aduẽtu Christi aptissimè præsignitũ esse. Et quidẽ non dubito testaturos mihi eruditos & prudentes uiros, utranq; hanc supputationẽ quã posuimus, testimonijs historiarũ optimè posse cõprobari. Et nisi longũ esset, alias quoq; plures supputationes adducere possẽ, quæ cum his itẽ cõsentirẽt, ut dubiũ nõ sit Danièlem tẽpus aduẽtus Christi reclissimè attigisse. Quin & consolationis non paruã uim habet, etiamsi tẽporis ratio ad singula minuta minus quadret, ut certò discamus tẽpus prædictũ à Danièle iam diu præterijsse. Itaq; palàm in errore sunt Iudæi, utpote qui nullis rationibus probare possunt, tẽpus illud nõdũ esse elapsum, siue hebdomadas de diebus, siue annis uolẽt intelligere. Sed de his satis.

Tabula annorum mundi, quæ indicat tempus præscriptum à Danièle.

1656 usq; ad Diluuium.
292 ad natum Abraam.
425 ad Mosen natum.
80. ad egressionem ex Aegypto.

480. *ad extructum templum Salomonis.*
138. *ad regem Ioas.*
191. *ad Iechoniæ trãslationẽ in Babylonem.*
11. *ad deuastationẽ Hieros. per Nabuch.*
70. *captiuitas Babylonica.*
191. *Persarũ Monarch. post capt. Baby.*
7. *Alexander post Darium.*
149. *Græcorũ regnũ usq; ad Iudã Maccab.*
129. *Maccabæorũ regnũ apud Philonem.*
30. *Herodes: nam 50. anno Herodis natus est Christus.*
1532. *à nato Christo Do. et seruatore nostro.*

Ex hac tabula facilè colligitur annorum ratio in Danièle. Apud Græcos uerò tempus post obitum Alexandri sic reperio.

114. *Olympiade obijt Alexander.*
184. *Olympiade Augusti imperium cœpit post Iulij mortem.*

Anno Augusti 42. Christus natus est.

Constituunt hæc post mortem Alexandrum circiter 320. annos.

Numerus hic non ita multũ dissentit ab alijs suprà positis, et à pijs facilè potest cõcordari.

De Esdra.

Esdra Biblicos libros colligit.

INteriecto aliquo tempore post euulgatum Edictum permisit Artaxerxes Esdram sacerdotem ex aula sua redire Ierosolymam. Et meritò huius facienda mentio est in historijs, nam is sacræ scripturæ libros dispersos tam ordinem

ordinem redegit, & collegit iterum. Id enim opus dignum fuit officio uiri Episcopi. Nam si ne sacris literis syncera religio & uerus cultus Dei retineri non potest.

Temporibus huius Artaxerxis Longimani Peloponingens bellum Peloponnesiacum, quod inter se nesiacum gesserunt Graci, exortum est, in quo funditus bellum. tandem urbs Atheniensis euersa est. Duravit hoc bellum ferè usq; ad finem Persicæ Monarchiæ, ideoq; Persarum reges, qui reliqui adhuc sunt, breuiter suo ordine recensebo prius.

De Dario Notho.

DArius Nothus regnauit post Longimanum, neq; uerò Longimani filius fuit, sed eius sororem coniugem habuit. Duos filios habuit, Artaxerxem, quem Mnemona uocāt, & Cyrum natu minorem. Artaxerxes in Imperio patri successit, Cyrus in Ionia potentissimus factus est. Artaxerxes Mnemon.

De Artaxerxe Mnemone.

MOrtuo Dario usurpare cœpit sibi regnū Cyrus, nā præterquā quòd in potentissimo ducatu dominabatur, iam etiā ad res omnes gerendas habilis erat, et bello in primis delectabatur, ideoq; magna ui armabat se contra fratrem suum. Ad hæc matrem sibi magis obnoxiam habuit, quam frater Artaxerxes, qui ingenio modesto, & humano erat. Cæterum iniquum hoc institutum Cyri non fortu-

Cyri cũ fratre bellum.

nauit Deus, nam in pugna qua aduersus fratrẽ congressus erat, occubuit. In pugna hac declarauit se Artaxerxes nõ muliebrem esse, grauiter tamen à Cyro uulneratus est, & in alterum equum desiliit: ut agnosceret, à solo Deo victoriam sibi postea contigisse.

De Ocho.

Ochus tyrãni exẽplum.

OChus filius Artaxerxis humani sanguinis sitientissimus fuit: nam præterquam quòd magnam tyrãnidem exercuit, etiam proprios fratres interemit. Vrbem Sidoniam condidit, & Aegyptum ad Persarum Monarchiã iterum adiecit, sed non diu admodum seruauit deditionis fidem. Tandem à suorum præfecto quodam interemptus est.

De Arsame.

ARsames Ochi filius fuit, hic puer adhuc rex est factus à duce exercitus, qui Ochũ patrem eius interfecerat. Verùm ubi iam adolescere cœpisset Arsames, timens sibi dux exercitus ob perpetratum scelus, & hũc Arsamen per insidias interemit. Postea fœdere inito cũ Codomano principe Armeniæ, ei & regnum tradidit & Darium appellauit. Cum hoc itaque Arsame totum genus clarissimi herois & regis Cyri extinctum est, & regnum Persarũ translatum à posteris Cyri ad exterum principem deuenit. Neque uero hoc modo dignum cõmiseratione est, tantam potentiam & honorem

Cyri regnum & genus extinctum.

rem, atque adeò tam sublimia dona Dei intra tã paucos annos deleri, sed multò magis, quòd posteri statim degeneres facti nulla plane uirtute Cyrum patrem expreſserunt, in quod in Ocho apparet, cuius tyrannica facinora occaſionem præbuerunt ut totum genus Cyri interiret.

De ultimo Dario.

ALienus hic erat à Cyri genere, ſed ab Ocho rege princeps Armeniæ factus ob inſignem eius uirtutem in rebus bellicis, propter quam & ab illis, qui occiderãt Arſamen, in regẽ electus eſt, ne Ochum, qui beneſecerat ipſi, ulciſceretur. Verùm hac occaſione et ſpe delati regni exæcatus, omniũ beneficiorũ quæ ac ceperat ab Ocho, oblitus eſt, & regno accepto Dariũ ſe appellari uoluit, ne quid regiæ dignitati deeſſet. Verùm ingratitudinis & perfidiæ inſignes pœnas dedit. Nam poſtquam ab Alexandro uictus eſt, omnibus ſuis regionibus & regno amiſſis, uitam pariter & totam Monarchiam Perſarum perdidit. Sed copioſius hæc tractabimus in principio tertiæ Monarchiæ, quando de Alexandro dicemus.

Darius ultimus.

Ingratitudinis exẽplum.

De bellis ciuitatum Græciæ.

ANtea monuimus, Græcos poſt profligatos Perſas, potentiores & inſolentiores eſſe factos, plerunque enim ampliſſimos ſucceſſus ſuperbia & præſumptio ſolent co-

mitari. Itaque tempore huius Monarchiæ ingentia & diuturna bella inter se gesserunt, quibus fundibus tandem tota Græcia confecta perijt, adeò ut postea cuiuis etiam irruptioni facilè patuerit. Quin etiam pro honestissima administratione qua in republica utebantur, & legibus, turpitudo & corruptissima morum ratio successit. Et quem non multis modis commiseratione afficeret illarum rerum lectio, quòd tot tantæq; incommoditates, tamq; diuturna & impia bella ex causis planè leuissimis exorta sint? Exempla pro bella ex facilè non admiratione tantùm, sed etiam obleuissimis seruatu in primis digna, quæ monere homines causis. possunt, ne facilè ob quamuis leuem causam, & non nisi summa necessitate cogente bellum suscipiant, quandoquidem inter Græcos ex occasione facili exortum bellum, nullo modo aut ratione sedari potuit, donec tandem exteri populi irruentes in Græciam, utranque partem oppresserunt.

Maxima

Porrò totum hoc bellū describere huius instituti non est: nam de eo integra uolumina à Thucydide & Xenophonte, ac postea ab aliis etiam descripta extant. Vnum autem commorabo præter alia, quē casum Athiensium urbs in hoc bello passa sit, & quas calamitates tulerit, et simul atq; in hostium potestatem uenisset, & rursus quomodo tandem, quorum-

dam

dam bonorum hominum uirtutibus, moderatione ac patientia, iterum restituta sit. Quemadmodum enim audacia & insolentia labefecerat urbis statum, ita patientia & mansuetudo morum rursus reparauit eam.

Initium belli alienam planè causam habuit, quàm uitare facilè potuissent Athenienses. Corinthij Corcyræ hostes erant, quæ opem petijt ab Atheniensibus, & impetrauit eo facilius, quòd Athenienses, qui iam potentes in mari erant, sperabant confœderatione Corcyrensium, quorum item magna in mari potentia erat, dominos se fore totius Græciæ. Cõtrà apud Lacedæmonios subsidium quærebãt Corinthij, ut q; hoc modo diuulsa Græcia, Lacedæmonij Persis se adiungunt: à quibus pecunia iuuantur & commeatu: sed perfidia interim utuntur Persæ, ne nimium Lacedæmonij potentia augerentur. Et duravit hoc bellum, ut Xenophon testatur, octo & uiginti annos, à Longimani temporibus usq; ad Artaxerxem Mnemona: & multæ urbes in hoc bello miserè perierunt: miraq; omnino uicissitudinem fortunæ in huius belli exemplis est uidere. Nam Alcibiade duce Atheniensium grauissimè cæsi sunt Lacedæmonij, anno quarto supra uigesimum, & item uigesimo quinto, adeò ut nullæ reliquæ spes esset ad pristinum aliquando robur redeundi. Verùm sequenti statim anno mu-

Peloponesiaci belli causæ.

Alcibiades.

tata huius fortunæ alea est. Alcibiade enim ex inuidia improborum pulso ex urbe, cæsi sunt Athenienses à Lysandro iuxta urbem Aegospotami, ubi initio huius belli mirabile omnino mostrum apparuit. Visus enim erat ingens ignis in aëre spatio dierum septuaginta quinque, postea quãde saxum supernè in urbem delapsum est. Post hanc pugnam graui obsidione urbs Athiensium cincta est, ut plurimi fame confecti perierunt. Pertinaces tamen in sua sententia, ad deditionem inuitati hac lege, ut turres & munimenta urbis euerterent, pacis conditiones recusarunt, publico etiam decreto facto, ut si quis suaderet ineundum concordiæ fœdus cum hostibus, is occideretur: quemadmodum nuper ante annos duos apud Florentinos contigit. Porrò exactis quinq; mensibus, fame coacti Athenienses, legatos in hostium castra miserunt propacis conditione impetranda. De qua cùm deliberatum esset in cõcilio fœderatorum, constanter suaserunt Corinthij et Thebani, ut funditus Athenienſium ciuitas dirueretur, & ex omni ditione eorum publica pascua fierent. Id uerò improbabant Lacedæmonij, inhonestum esse rati, omnem illorum beneficiorum memoriam semel abyccere, quibus iuuisset hæc ciuitas totam Græciam aduersus Medos & Persas. Præterea quoque non posse huius urbis tam præclarum statũ

Lysander.

Portẽtũ.

Athenienſium per tinacia.

euerti

euerti sine incredibili pernicie Græcorũ omnium. Nam Græciam duobus oculis uidere aiebant, quorũ alter Sparta, alter uerò Athenæ eßẽt. Proinde cauẽdum eße, ne Græcia unocula redderetur. Itaque decretum tandem est, ut seruatis Athenis, mœnia & turres modò diruerentur, & certa administratio Atheniẽsibus præscriberetur, iuxta quam uiuerẽt, paee utrinque seruata. Dediderunt se his legibus Athenienses ultrò, & deiecti muri sunt, magno triũpho, nam ad fistulæ cantum choreæ etiam ducebantur nauium quas habuerũt, pars exusta, pars quoque abducta est. acciderunt hæc sub finẽ anni uigesimiseptimi, quo luctuosum hoc bellum durauerat. Interea tamen nihilominus timebãt sibi Lacedæmonij ab uno Alcibiade, qui ad Persas confugerat post eiectionẽ suam ex urbe. Petierunt itaq; Lacedæmonij à Persis, ut Alcibiadem occiderent: id quod fecerunt Persæ per insidias, quanquam receperãt Alcibiadem hospitij iure, & qui in fide Persarum collocauerat omnem spem suã. Verùm ita comparatum uulgò iuter homines est, ut quo se fortuna, eodem & hominum fauor soleat inclinare. Cauere enim sibi omnino oportet eum à perfidia etiam amicorũ, cui res minus secundæ sunt, & cuius iã ob æmulationẽ uirtutis tædere cœpit homines. Alcibiades hic uirtutibus bellicis instructißimus erat, sed a-

Græciæ duo oculi, Sparta & Athenæ.

Deditio Atheniẽsium.

An. mundi 3562.

Alcibiadæ cædes

Perfidiæ exemplũ Persæ.

nimo irrequieto, & qui pacis inita ante multos annos inter Lacedæmonios, & Athenienses rũpendæ autor fuerat, eratq; in tota Græcia tot & tã uarijs technis usus, ut uulgo etiã fereretur, Si duos in Græcia Alcibiades nasci cõtigisset, totã funditus collabi necesse esse. Caterũm huiusmodi conatus fortunari nõ possũt: ideoq; & hunc demum exitũ uitæ sortitus est Alcibiades. Quanquam autem bella ciuitatũ finem iam haberẽt, tamen clades ipsa iam primùm cœpit apud Athenienses. Nã cùm Athenienſium urbs seditiosis uiris plena esset, constituti sũt à Lacedæmonijs uiri triginta, quos tyrãnos appellabãt, quibus cõmissa potestas est, ut sine iure & iudicio de seditiosis nebulonibus supplicium sumerent: & ne quis per tumultum opponere se posset huic potestati, magnum præsidiũ militum in arce collocatũ est.

Alcibiades irrequietus.

Triginta tyranni Athenis.

De restitutione Athenarum post euersionem.

SEueritate hac usi sunt Lacedæmonij ad coërcendos motus publicos: idque ut facerent, summa eos necessitas cogebat. Triginta uiri in neminem primùm nisi in seditiosos sua potestate usi sunt, postea tamen quidam inter eos exulcerati ueteri odio, potentissimos urbis quosque, moderatos licet & bonos uiros, interfecerunt, quemadmodum & nostris temporibus similia nos exempla cognouimus. Et cũ

dissi-

dissliceret hæc tyrannis uni etiã ex eorum nu
mero Therameni,uiro strenuo & æquo, eum
quoque,ut reliquis terroris exemplum incute- Thera-
retur,occidunt.quin etiam interfectorum bo- menes oc
na ablata inter se distribuebant.Fugerũt ita- cisus.
que ex urbe ciues optimi quique Thebas &
Argos,ubi ex commiseratione tam indignæ cæ
lamitatis recepti sunt etiam cõtra mandatum
Lacedæmoniorum, quo cautum erat ne quis
exules & profugos Athenienses hospitio excie
peret.Erat inter exules hos uir strenuus olim
in Republica Thrasybulus: is adiunctis sibi Thrasy-
reliquis profugis ex patrio,& clanculario sub bulus.
sidio Thebanorum castellum prope Athenas
occupat,& postea Athenas profectus, prælio
commisso uincit 30. tyrannos,& urbem recie
pit.Restituti ab hoc Thrasybulo ciues profugi
sunt:& quod ad politicam administrationẽ,
iudicia & leges attinet, renouatus est totius
reipublicæ status pro more ueteri.Magnam in
primis laudem meruit Thrasybulus ob animi Thrasy-
moderationem,quòd post tam insignem uicto- buli laus
riam multis etiã ex hostibus parcere maluit,
quàm pro summo iure trucidare.Et cùm con
siderasset nullũ exercendæ cædis finem fore,si
erepta singulorum ciuium bona suis ueris hæ
redibus essent reddenda,nimirum quæ iam ad
tertium uel quartum possessorem deuenerãt: Exẽplũ
hoc omnes inter se fœdere adstrinxit,ne quis insigne cũ

postea

cordiæ cõ seruãdæ.

postea ullius uĩdictæ uel iniuriæ illatæ rocordari uellet, sua cuiq; tenẽda, & pace publica seruata, sua quenq; sorte contentũ esse debere. Ea demũ moderatione tranquillitas reipublicæ reparata est, estq; insigne hoc exemplũ, beneuolentia & ignoscendo stabiliorem concordiam in huiusmodi perturbatione ciuili fieri, quam manifesta ui et pro summo iure agẽdo omnia.

Postea hoc successu rerum & Lacedæmonĩ elatiores facti sunt: nam Persas quoque à quibus adiuti antea erant, ex Asia pellere uolebant. Verùm Persæ ducem sui exercitus tum

Conon dux Persarum.

Cononem, qui ab Athenienſibus constituerunt in tumultu ciuico profugerat, ab hoc cæsi sunt

Lacedæmoniorũ strages.

Lacedæmonĩ. Indigne ferentes Lacedæmonĩ suum casum, omnem culpã in Thebanos transferebant, quòd exules Athenienſes hoſpitio excepissent: ideóque in regiones eorum irruerũt, unde noui belli occasio nata est, in quo uiribus Lacedæmonĩ planè perierunt, & Thebanorũ potentia aucta est.

Thebani Phocẽses deleuerunt.

Finito hoc bello cœperunt Thebani aliud bellum aduersus Phocenses, quos prorsus debellarunt, & superstites relictos in exilium iure coẽgerunt. Tandem Philippus Macedoniæ rex

Philipp⁹ Thebanos fudit

fudit & domuit Thebanos. Atque ita primũ Athenæ, deinde Sparta, postea Thebæ deletæ sunt, & omnis potẽtia Græcorum labefactata. Porrò uerò cùm initæ pacis conditiones cũ

Philip

Philippo rege non seruarent: Athenienses & Thebani, coactus Philippus est totam Graeciã inuadere. Hæc breuiter de luctuosis bellis Græciæ dixisse satis sit, quæ gesta sunt post Xerxẽ annos centũ & triginta, intra quos ferè parũ tẽporis paci datum est. Fusissime descripta hæc bella sunt à Thucydide & Xenophõte, et alijs plerisque. Nos itaque satis esse putauimus si Athenienſium exemplũ quod uel præcipuum in ea historia est, cognoscendũ proponeremus.

De Philosophis.

INterea temporis dum hæc gesta sunt, bonæ artes etiam floruerunt. Hippocrates medicus uixit à Longimani tẽporibus usque ad Ochum quatuor & cẽtum annos. Et præterquã quòd magni fecit eũ tota Græcia, summo quoque in precio habitus est à Macedoniæ regibus, apud quos bonam etiã suæ ætatis partem cõsumpsit. Soranus scribit ad regẽ Perdiccam accersitum Hippocratem, quòd phthisi laborare regem multi opinarentur, & ope aliorũ medicorum iam destitutus esset. Cæterùm ubi uenisset Hippocrates, animaduertit Perdiccam non debilitate uirium corporis, sed amore & intrinseco animi dolore contabescere. Nã ancillam patris sui miserè deperibat, & quoties uidebat eam, & mẽs & color pariter mutabantur in rege. Deprehendit hoc modo Hippocrates causam morbi, eiusque pellendi remedium

Hippocrates.

Soranus.

Perdiccas cuiratus ab Hippoc.

dium dabat. Ad hæc, tempore quo pestis grassabatur, ingentem syluam exuri iussit contra aërem infectum, unde pestis cõtagio serpebat, & seruauit hoc pacto à peste totã Thessaliã incolumem. Quin & miraculis naturalibus clarus fuit. Supra sepulchrum eius multo tempore apes fuerunt, quarum melle curabantur pueri ægroti, si eo fuissent inuncti.

Socrates. Circa annum mũdi 3530.

Sub Artaxerxis Mnemonis tempora Socrates fuit, qui ex inuidia aduersariorũ in carcere necatus est, insimulatus, quòd noui dogmatis in urbe autor esset. Sed ita prosperiores Deo non multò pòst dignas pœnas aduersarij dederunt, nam & illi uicissim occisi sunt.

Plato. Eudoxus. Aristoteles.

Post hos fuit Plato, & Eudoxus Astrologiæ perituissimus, qui & hanc artem ex Aegypto in Græciam attulit. Post hunc Aristoteles fuit. Hosce ego primas inter Philosophos tenere arbitror, & ex his etiam, meæ quidem sententia, præcipui sunt Eudoxus & Aristoteles, nimirum qui non uerborum aut orationis inani splendore, sed rerum ipsarum studiosi extiterunt. Etenim in huiusmodi doctrinæ genere tractando uersati sunt, quod utilissimum in primis est, partim ad rerum naturalium uirtutes cognoscendas, partim etiam ad discendũ qua ratione honeste uiuere oporteat. Est autẽ iucundissimum omnino perspicere, quomodo in nostra ipsorum natura omnis generis uir-

tutes

tutes proposuerit nobis Deus. Natus erat Aristoteles nō ex infimæ cōditionis hominibus. Patrem habuit Nicomachum, virum magnæ admodum autoritatis apud Amyntam Macedoniæ regem, nam medicus eius extitit. Originē habuit ex Hippocratis genere, atque ea de causa posteà Aristoteles apud regem Philippum Amyntæ filium ea fuit in admiratione, ut filium suum Alexandrum in eius disciplinam tradiderit erudiendum, qui & institutus est ab Aristotele ad Philosophiæ studia, ut ad dicendū & consultādum prudentior efficeretur. Nicomachus.

Hactenus satis de Græcorū rebus, quæ sub huius Monarchiæ temporibus acciderunt.

De Roma.

EXpulsis ex urbe regibus mutatus Reipu blicæ status est, imperium penes Senatum Romani esse cœpit, & quotannis consules duo simul de signati sunt, quorum autoritas in eo magistratu annua tantùm fuit. Consules quando cœperit.

Mutatio hæc reipublicæ contigit tēporibus Cyri primi Monarchæ Persarū. anno post creatū mundum 3450. & post deuictam à Cyro Babylonem anno septimo.

At uerò præter magna & innumera negotia aliæ quæ acciderunt, Romæ etiam horrēdæ seditiones & mutationes in republica factæ sunt, in quibus exēpla proponuntur, magnas urbes atque respublicas sine magnis motibus

tibus rarò constare. Cæterũ ea forma, ut summa potestas penes duos Cõsules esset, duravit ad Iulij usque tempora, qui Monarchiam sibi usurpavit. Interuenerunt autem inter initium cœpti consulatus, & Iulij dominiũ, anni quadringenti sexaginta quatuor.

Longum omnino est historias Romanorum hîc referre, tantum indicare uolo duorum insignium euentuum tempus, qui Romæ huius Monarchiæ temporibus contigerunt.

Anno trecentesimosecundo post cõditam urbem Romanam, hoc est, nõ diu post bellũ Xerxis, sub ipsum initiũ regni Longimani, controuersiæ et dissidia exorta sunt apud Romanos.

Legũ Romanorũ occasio.

Nam cùm certo quodam iure & legibus non dum uterentur Romani, præter meritum sæpe opprimebãtur homines in iudicio, & extra iudicium: quid enim iuris esset, nemo fere intelligebat certò. Et cùm hoc nomine tumultuaretur multitudo, statutum est, ut certum quoddã ius cõscriberetur. Mirũ est quantum momenti habeant leges scriptæ ad publicam pacẽ & cõcordiam seruandam in rebus publicis, id quod clare testatur hoc exemplum. Delecti ad hoc decem uiri sunt, qui missi in Græciam, mores & iura maximarũ urbiũ perquirentes describerent: & usi sunt ad colligẽdas meliores leges Hermodori Ephesini & aliorum philosophorum consilio. Cõscriptæ duodecim tabulæ sunt, quæ

Decẽuiri in Græciam missi.

quæ pro curia Romæ publicè suspensæ habebã XII. tabulæ
tur. Hæc origo est scripti iuris Romanorum, bulæ.
quod à Græcis primùm mutuati sunt.

Dominabãtur decemuiri annis tribus, nã
necesse erat, ut quotidie leges declararentur.
Cæterùm inter decẽuiros abusus suã potestate
Appius est, qui Virginij ciuis filiam appellari Appius.
iussit tanquam alterius mancipiũ, ut hoc præ
textu iuris eam ad se pelliceret, & stupraret.
quod ubi animaduertisset pater, uidisset q; ob
potentiam Appij filiam liberari non posse, oc-
cidit eã ipse in iudicio, ne tãto probro domus
eius contaminaretur. Postea collectis militari
bus copijs subsidium parauit aduersus Appiũ
tyrãnum. Tũ depositis suo officio decemuiris, Decẽuiri
nouus magistratus constitutus est. Appius ca- depositi.
ptus, & in carcerem cõiectus, seipsum intere- Vltionis
mit. Testatur hoc exemplum tyrannidem & exemplũ.
iniustitiam inultam non manere.

Anno à condita urbe trecentesimo sexage- Roma à
simo irrupit in Italiam exercitus ex Gallis et Gallis et
Germanis collectus, à quo exusta Roma est. Germa-
Camillus autẽ, quẽ antea ex urbe eicerat po- nis exu-
pulus, boni uiri officio functus est, nam omni sta. Camillꝰ.
prorsus dissimulata iniuriæ, quam præter me
ritum passus erat, collectis ex ipsa uicinia co-
pijs inopinatò oppressit Gallos & Germanos
in urbe, seruata ab obsidione arce, & ciuibus
omnibus qui reliqui erant. Cladem hãc passa

i est

est urbs tẽporibus Artaxerxis Mnemones, & sub idem ferè tempus à Lacedæmonijs Athenæ captæ & deuastatæ sunt.

Germanorũ prima mentio in historijs.

In hac historia primum omniũ mentio fit Germanorũ, & fuit hoc nõ omnino quadringentis integris annis ante natiũ Christũ. Porrò ab his Germanis Mediolanũ, & aliæ plerique urbes tum in Italia conditæ sunt.

DE TERTIA MONARCHIA.

Tertiæ monarchiæ initium.

ANNO post creatum mundũ 3634. cùm Persarum regnum duraßet annis 194. hoc est annis 220. ante natum Christũ, cœpit tertia Monarchia, quã Græcorũ Monarchiam appellamus, estq; nunc dominium orbis ex Orientalibus oris in Occidentem, & ex Asia in Europam translatum.

Asiæ ruinæ.

Et cœpit ab eo tempore desicere Asia seruis magis ac magis, non in his solum quæ ad Imperij potentiam pertinent, sed etiam quod ad modestiam morum, uirtutes, gubernationem reipub. & omnes bonas dotes attinet. Et quãquam per Romanos hæc quodammodo correcta & restituta sunt, tandem tamen Barbari ipsi irruerũt in Asiam, & depopulati sunt eã, adeò ut hæc pars orbis, quæ amœnitate sua,

sapien

sapientia & probitate hominum, ac potentia Imperiorũ præstantissima erat, nunc prope modum tota in turpitudinis sentinã & latrocinij spelunca uersa sit. Et rursus summa illa dona Dei in Occidente modo sunt, cùm mũdus ad cõsummationẽ sui paulatim declinat.

Initiũ hæc Monarchia habet ab Alexandro Macedonũ rege, quẽ merito nos Magnum appellamus. Nã no modo Imperij potẽtia, sed omnibus alijs heroicis uirtutibus ita claruit, ut paucissimos admodũ in orbe secũdos ei fuisse principes dixeris. Cõmendatur in Prophetis Ieremia & Daniele, ut qui acerrimus & fœlicissimus Imperator fuerit. Daniel hircum depingit, à quo uictas aries prosternitur, & ipse exponit clarè hircum Græcorũ regẽ esse, Persarũ arietẽ. Porro uirtutes et præclaræ uictoriæ, quibus exornatus à Deo fuit Alexander, occasionem præbuerũt quibusdã multas & ualde ineptas fabulas de eius generatione confingendi, sed illas ego prætermitto. Cæterũm certum hoc est, magnos & felices principes à Deo regi & seruari, & eos à Deo tãtum uirtutibus illis & donis exornari. Vult etiã Deus cõseruari Imperiorũ maiestatẽ apud eos, qui maiorũ splẽdore & generis claritate nobiles sunt, atq; ita natũ constat Alexãdrũ Marcedoniæ regẽ. Patrem enim Philippũ, & matrem Olympia dem habuit. Et ea nocte qua conceptus est

Alexander magnus.

Daniel uocat Alexandrũ hircum, et Darijũ Arietem.

Alexãdri maiores.

Somniū Philippi.

Alexādex, ferunt uisum ese per quietē Philippo, quòd reginæ Olympiadis utero sigillū imapressisset, cui leonis effigies insculpta erat. Significari autē hoc somnio interpretabantur Olympiadē reginā grauidā è Philippo potentissimum regē pariturā esse. Porrò fuerunt uterq; & Philippus et Olympias ex summo et nobilissimo illius tēporis in tota Græcia genere nati. Phippus enim, si uerissimis historiarū monumētis credendū est, ex Hercule ortū ducit, Olympias uerò ab Achille. Hi maiores sunt, ex quorum illustrissimo stemmate clarissimus heros Alexander natus est.

Paternum genus Alexandri.

HErcules, Hyllus, Clodæus, Aristomachꝰ, Temenus, Perdiccas, Argeus, Philippus, Aeropus, Alcetas, Amyntas, Alexander (Primus hic Macedoniæ rex fuit, cuius originē Herodotus descripsit lib. 9.) Amyntas, Philippus Alexander. Et natus est Alexander magnus ann. 800. post Troianum bellum.

Genus Olympiadis matris Alexandri.

AChilles, Pyrrhus, Molossus rex Epiri, et Pielus, uterq; ex Andromache natꝰ. Ex Pielo dicūtur à Pausania in Atticis sequēti reges Epiri, Tarymbas, Alcetas, Neoptolemus, & Arymbas. Olympias Neoptolemi filia, mater Alexandri.

Hæc

Hæc Alexãdri genealogia est ex certissimis historijs collecta, quæ testatur originẽ Alexandri ex summorũ hominũ posteritate extitisse.

Interfecto autem Philippo, propterea quòd flagitiosum facinus potentis cuiusdã uiri, qui ingenuum puerum quendam turpiter uitiauerat, inultum permiserat, statim & Illyrij & Græci à Macedonib⁹ defecerũt, uersabaturq; in summa necessitate regnum Macedonicum. Nam occiso patre Philippo, natus erat Alexãder annos tantùm uiginti, erat hoc initio numeri Græcorum Olympiadis cẽtesimæ & undecimæ. Cæterùm Alexander susceptam administratione Imperij primùm subegit iterũ Illyrios, deinde Thebas profectus est. Nam Thebani præsidium militum quod in arce eorum collocauerat Philippus, obsidebant, initio etiam federe cum Persis, qui regnum Macedonicũ inuadebant. Interea tẽporis dum obsidet Thebas Alexander, legatos ad eum mittunt Athenienses pacis impetrandæ causa. Benignè recipit hos Alexander. Pertinaces interim Thebani neque ueniam precabantur, neque pacis cõditiones poscebãt: & cùm ante oppugnationẽ proclamatũ esset ex iussu Alexandri, quicunque sese ultrò dederent uellent ex Thebanis, & urbe iam exire, eorũ uitã saluam fore: contrà proclamare iusserunt Thebani, quòd qui Græcorum libertatem cum ipsis & Persarum rege

Philipp⁹ occis⁹ ob flagitiũ impunitum.

Alexandri Magni res gestæ.

seruatam uellent contrà tyrannum Alexandrum, hi ad ipsos cocederent. Exacerbato hac contumelia animo Alexandri, oppugnatur urbs, & tota diripitur, ac postea restituta non est. Prima hæc magna urbs est quam domuit Alexander. Plerunque enim contingere uidemus à Deo potentes Monarchas in perniciem maximarum urbium excitari.

Thebæ direptæ, nec postea restitutæ.

Porrò ubi pacem tam in Græcia fecisset Alexander, profectus in Asiam est cum exercitu peditum quadraginta milium, equitū uerò tantum milium quatuor. Præterea exigua copiæ in Asia reliquæ erant, missæ iam antè à patre eius. Parua hac manu Persas aggreditur, & maximas pugnas committit, multas potentes urbes ui occupat, inter quas Sardis, Miletus & Tyrus erant, in quarū expugnatione maxima sæpe pericula sustinuit Alexander. Victum etiam in pugna Darium regem fugam conuertit, & matrem, coniugem, regnum, filias & natum captos, humaniter, atque ut dignum erat regio genere, tractauit. Reginam natu grauiorem matrem appellauit. Pueru osculabatur non aliter ac sui filii. Mirum sanè quantam ob has uirtutes laudem meruit Alexander in tota Asia, & apud Darium ipsum, adeo ut ultrò se offerret ad ineundas pacis conditiones, paratum diceus se etiā mediā regni sui partē tradere. Ad hæc responsum ab

Alexandri expeditio in Asiam.

Sardis.
Miletus.
Tyrus.

Alexandri humanitas.

Alexan-

Alexandro est, orbem hunc duobus solibus re
gi non posse, uerum si sponte se et regnũ suum
dedere uellet, benignè recepturum se eũ in gra
tiam. Sed iterum instructo exercitu, uictus est Darius
Darius, & inter fugiẽdum confossus est à pro-ab Alexã
prio suo ministro & duce Besso. Superueniẽs dro uic
Alexãder grauiter admodum uulneratum et ẽtus.
pene exanimem reperit Dariũ, eiúsque miser-
tus est, & promisit ei, nõ fore impunitam tã Besi, per
insignem perfidiam Besi in propriũ dominũ. fidia.
Quare captum postea Besum inter duas ar- Vltionis
bores ad sublimi detractas ligari iussit, quibus exemplũ.
magno impetu iterũ in altũ tendentibus gra-
uissimo cruciatu dilaceratus est. Hac ratione
in Asia Monarcha factus est Alexander, & Initiũmo
porrò reliquas regiones et urbes occupauit, Ba narchiæ
bylonem, Susam &c. Initium autẽ huius Mo Alexan-
narchiæ Alexandri fuit post obitum ultimi dri.
huius Darij, hoc est, initio septimi anni postquã
regnare cœpisset Alexander.

Post hanc uictoriam insolẽtior factus Ale- Alexan-
xander, luxu potandi cœpit diffluere. Aliquot der pota-
ex principibus et consiliarijs suis necari iussit, tor.
ex quorũ numero fuit præstãtissimus et sapiẽ
tissimus dux, ætate iã cõfectus Parmenio. Ad Parme-
hæc ira cõmotus præclarũ ducẽ suũ Clytũ in mon.
conuiuio interfecit, propterea quòd Philippũ Clytus.
patrẽ prætulisset Alexandro filio. Verùm mu-
tatis moribus fortuna quoq; mutata est, quã-

quã interim animo adhuc irrequieto, Indis ea tiã et Scythis bellũ intulit, uerũ non multo tẽpore uixit postea. Obyt enim ãno trigesimo secũdo, et mense undecimo suæ ætatis, Imperauit post defunctũ patrem Philippum non amplius annis 12. & 7. mensibus, & intra tã parui tẽporis spatium tanta tamq; innumera bella cõfecit, ut tanta multitudo hominum etiam in summa omnium rerum tranquillitate tot regiones & regna potuisset uix peragrare. Regnauit apud Babylonios post Darium quinquetantùm annos, & menses 11. Docent tales historiæ agi magnos reges & principes cœlesti quodam numine.

Alexander multis & præclaris heroicis uirtutibus præditus erat, quarum exẽpla proponere hic nõ uacat, ob compẽdij studium, quo utimur in his Chronicis. Vnum saltem recẽseo ex omnibus, Quoties in iudicio actor aliquã causam dicebat absẽte reo, alteram tãtum aurem præbere dicenti, & alteram manu occludere solitus est Alexander, ut significaret, alteram se ad reum audiendum conseruare saluã, & utranque partem ex æquo audiendã esse, id quod pertinet ad officiũ boni principis, & ueri iudicis. Dedit hic magnis principibus insigne exemplum Alexãder, non alteram tantùm, sed utranque partem admittendam esse ad dicendam causam, quemadmodũ & apud Athenienses ex

Iudices aduertãt

Athenienses, id iurare solebant designati iudices, iuxta ius scriptũ se pronũciaturos, & partis utriusque causam audituros ex æquo.

Athenienſiũ iudicum iuramentum.

Moderatio & pietas qua usus est Alexander erga Iudæos.

EXtructa iam Hierosolyma iterum, summa in pace uixerant Iudæi sub pijs illis Persarum regibus: Porrò obsidente Alexandro Tyrum urbem, opem petijt à Iudæis, à quibus responsum est, nulla se hoc ratione honesta facere posse, utpote qui Persarũ subditi essent, quique plurima, & ea minimè uulgaria ab ipsis beneficia accepissent. Audita hac excusatione iratus est Alexander, & uicto tãdem Tyro profectus est cũ exercitu cõtra Hierosolymitanos. Cæterum Iaddus sũmus sacerdos sũpto sacerdotali ornatu & ætate graues uiri alij egressi sunt urbe obuiam Alexandro, pacis petẽdæ causa. Viso sacerdote in eo ornatu protinus desilijt ex equo Alexander, & ingenua ante sacerdotem procumbẽs, ultrò pacẽ addicit. Mirati principes omnes sunt tanta humilitate uti Alexandrum erga sacerdotẽ peregrinæ gentis, adeoq; quod indignationẽ animi tam paulo momento remisisset. Parmenio qui ob ætatem & prudentiam regi intimus erat, quæsiuit ex eo, qua motus reuerentia supplicem adeò se præbuisset sacerdoti. Ad quæ respondit, in Macedonia uidisse se in somnis imaginem

Alexãdri profectio contra Iudæos.

Iaddus summus sacerdos.

Alexandri reuerẽtia erga sacerdotẽ Iudæorum.

cinem ad illius sacerdotis similitudinẽ ob oculos uersari, monuisseq; ut in Asiam proficisceretur, & opem promisisse, atque illi eidẽ Deo qui tum apparuerat, honorem huic à se esse exhibitum. Tum uero in urbẽ pacificè profectus est Alexander, audiens etiam reuerenter sacerdotes de religionis doctrina differentes, qui & Danielis prophetiã docuerũt eum, quod Graecorum rex in Asia & apud Persas dominatus esset. Vnde non parum confirmatus est Alexander, & magna libertate donata Iudæis templum etiam ingentibus & præclaris donis locupletauit. Reuersus Babylonẽ est iuxta uaticinium Ieremiæ. Seruauit hac ratione infirmã Ecclesiam suã Deus illis tẽporibus, quibus ob tam insignem mutationem imperiorum orbis, in omnibus ferè regionibus bella fuerunt.

Alexander Daniels prophetiam edoctus Hierosolymis.

Diuisio regnorum post Alexandrum.

ROxanen filiam principis cuiusdã in Persia duxerat in matrimonium Alexãder, quæ grauida erat, ceũ moueretur rex. Mortuo Alexandro cum hæres regni uerus alius non esset quàm regia proles, consilium inter se agitabant principes, de regno rectè administrando. Principio uisum est certos gubernatores designare donec regina peperisset, ut si masculus nasceretur, illius ex hæreditaria successione regnum esset. Contrà uerò a quibusdam, inter

Roxane uxor Alexandri.

quos

quos Perdiccas fuit frater Alexandri Arideus, homo formidolosus, & dubiæ sanitatis, in regis locum suffectus est, & in hanc sentētiam maxima pars cōsensit. Cæterū nihilominus coacti sunt principes constituere, à quibus regnū administraretur, sed inter gubernatores primus Perdiccas erat, idq; sub nomine fratris Alexādri, quo ꝓtextu hoc interim moliebatur, ut totū regnū paulatim occuparet, idq; technis primū honestis, deinde apta etiā cœpit tētare.

Perdiccas Arideus frater Alexadri.

Perdiccæ dolus.

Ambiebat enim sororem Alexandri Cleopatram, sperabatq; hac uia regnum se facilè pōsse obtinere. Cæterùm Antipater quiin Macedonia imperabat, olfaciēs hunc dolum Perdiccæ, nuptias illas impediuit, quare operā uicissim sedulò dabat Perdiccas, ut captus Antipater in carcerem mitteretur. Hæc ferè sūmatim occasio fuit belli, quod inter principes Alexandri exortum est. Perdiccas enim suas habuit factiones, contra hunc uicissim cōspirauerūt Antipater, Antigonus & Ptolemæus. Ptolemæum autē primùm inuasit in Aegypto Perdiccas, ubi a proprijs militibus statim interfectus est. Digna hæc pœna fuit, quam primus seditionis autor inter principes Alexandri meruerat. At qui finis huius tragœdiæ fieri non potuit, neque pacis spes ulla erat, nisi complices quoque Perdiccæ antea essent oppressi: imò etiam sperari nō potuit, unquam constā-

Antipater.

Antigonus.

Ptolemæus.

tem

tem concordiam fore in mundo, cum mortuo Alexãdro ucluti capitis expers esset mundus. Neque enim in tanta perturbatione omnium rerum aliud apparebat, quàm omni prorsus ciuilitate et administratione subuersa, perpetuã latrocinij exercẽdi licẽtiã fore inter homines. Vsque adeo legitima imperia in orbe constare nõ possunt, nisi à Deo instituantur & conseruẽtur. Visum autem Deo erat, ex Alexãdri regno quatuor potẽtes Prĩcipes exoriri. Sic enim fore prædictum erat à Daniele, nimirum ut Dan. 8. hirci illius qui Alexandrum significabat unicõ cornu pereunte, quatuor alia cornua enascerẽtur, id quod exponit Angelus de quatuor regnis post Alexandrum institutis. Verùm dignũ in primis admiratione hoc est, uoluisse Deum hæc regna illis Principibus cõtingere, qui sanguinis gradu Philippo & Alexandro coniuncti erãt. Interim Perdiccas, qui alienus erat à regio genere, priuatur hoc honore. Ita enim fere comparatum est, ut is qui citra legitimam uocationem ambit functiones publicas, & ingerit se sua sponte rebus magnis gerendis, reprobatur à Deo, ueluti Absoloni et pleriſque alijs uidemus cõtigisse. Porrò diuisa hæc regna sunt inter eos principes qui antea passim in regnis ab Alexandro præfecti fuerant constituti. Seleucus Syriæ rex factus est. Ptolemæus Aegypti rex creatur. Antigono Asiæ regnũ cõtigit.

Vocatio legitima sectanda

Cassander

Caſsãder in Macedonia & Græcia imperat. Crudelia bella inter hos reges geſta ſunt propter Monarchiam, quam quiſque ambiebat. In Macedonia autẽ lõgè calamitoſiſsima clades committebatur. Caſsander honeſtiſsimam reginam matrem Alexandri necari iuſsit, quæ admirandam planè pudicitiæ ſignificationem & conſtãtiam oſtendit inter moriendum. Nã ultu intrepido, præter morem mulierũ, ultrò obuiam egrediens carnifici caput præbuit amputandum, & cùm prolaberetur humi, manu ueſtes obſeruauit, ne qua parte corporis deteregeretur inhoneſtè. Roxanẽ uero capi & ſeruari iuſsit Caſsãder. At perfidiã hãc probè ultẽ eſt Deꝰ, quãdo poſt mortẽ Caſsãdri duo eiꝰ filij, Antipater & Alexãder, mutuis ſe bellis uexarũt propter regnũ Macedoniæ. Alter eorũ Antipater Lyſimachũ, qui iuxta Heleſpontũ regnabat, ad ſe pertraxit, cuius filiã quoq; in uxorem duxit. Alter uerò frater Alexander, opem à Demetrio impetrauit, qui Antigoni filius erat. Vterq; autẽ à ſuo cõplice, à quo ſubſidiũ ſperabat, interfectꝰ eſt: Antipater à Lyſimacho ſocero, Alexãder uerò à Demetrio. Tandẽ regnũ Macedoniæ Demetrio Antigoni filio ceſsit. Nam honeſtus pariter & fortunatus in rebus gerendis princeps fuit. Ab hoc Demetrio ortum habent reliqui omnes Macedoniæ reges uſque ad ea tempora quibus ultimus

Caſsãdrè tyrannis.

Alexãdrè mater.

Vltionis exemplũ.

Demetrẽus Macedoniæ rex.

ex

Perseus. ex eius genere Perseus à Romanis captus est, & in quo finem habuit regnum Macedoniæ.

Obiter hic, & ueluti in trãscursu historiã subijcio, ex qua considerare facilè poterit non imprudens lector, in Græcia, postquam mutuis se bellis confecerat, & exterorum principũ patrocinio iam uteretur, omnem honestatem bonorum morum unà cum Imperio & republica perijsse. Nã Demetrius hic, cuius nunc mẽtionem fecimus, cùm uersaretur frequenter apud Athenienses, tam impudẽter adulati sunt ei, ut Deum appellarent, & adoratione diuinos ei honores exhiberẽt, quin & in sacris solenni cãtico usi sunt: Reliquos Deos omnes dormitare, solum Demetrium uerum esse Deum, & pro ipsorum salute excubare. Testãtur hæ impiæ & horrendæ uoces, omnem prorsus uerecundiam & pudorem Athenis extinctum esse. Reliquum nunc est, ut prætermissis Macedoniæ rebus, eorum regũ nomina recẽseam, qui in Syria et Aegypto regnarunt. Nam hæc regna inter quatuor illa fuerunt potẽtissima, & nouisse horum regum ordinem in sacris literis etiã prodest plurimum, in quibus crebra illorum mentio fit. Nam intercesserat populo Iudaico magna admodũ cõsuetudinis & negociorum ratio cum his duobus regnis.

Athenienſium impudens adulatio.

De Regibus Syriæ.

Seleucus. SEleucus natus est in Macedonia Princeps, in cuius femore natiuum signum appare-

bat, in anchoræ modum, quod & omnes posteri eius habuerũt. Babyloně urbem ui cœpit. Antigonus.

Postea Antigonus, & Demetrius filius eius, Asiæ reges ab eo uicti sunt. Antigonus cõfossus est, Demetrio in carcere periit. Post hæc Seleucus Lysimachũ fudit. Cæterùm post hanc uictoriam mẽse septimo interfectus Seleucus est à Ptolemæo Cerauno Ptolemæi Philadelphi fratre. Horrenda exẽpla hæc sunt de euectione et lapsu tãtorũ regũ quæ meritò ad timorẽ dei incitare nos debẽt, ne humanis cõsilijs et nostra prudentia res magnas administrari putemus. Demetrius. Exẽplũ timoris Dei.

Antiochus Soter, Seleuci filius, defuncto patre in Syria regnauit. Antiochus Soter.

Antiochus Theos filius huius, Laodicen primũ coniugem habuit, ex qua duos filios sustulit, Seleucũ Callinicum, et Antiochũ, qui cognomẽto Hierax dictus est. Tradidit huic postea in uxorem filiam suam Berenicen Ptolemæus Philadelphus. At qui mortuo Antiocho compulit Laodice Seleucum filium suum ut regnum occuparet, & nouercam Berenicẽ caperet. Sequutus matris consilium Seleucus, obsedit nouercam, & magnificis tãdem promissis adulatronem deditionem pertraxit, uerum non seruata fide crudeliter admodum optimam reginam iussit necari. Erat enim apertè uaticinatus Daniel reginã Aegyptiorum tale aliquid passuram apud Assyrios, atque hæc ipsum uindicaturum Antiochus Theos. Seleucus Callinicus. Berenice Antiochus Hierax.

Ptolemæus Euergetes.

dicaturum esse regem Aegyptiorum. Nam designato hoc flagitio, Ptolemæus Euergetes Berenices frater in Syriam profectus exturbauit è regno Seleucum, & multis urbibus direptis redijt in Aegyptum. Postea collectis uiribus repetere uolebat Seleucus regnum, & opē postulauit à fratre suo Antiocho Hierace: erat autem hic ætate iuuenis planè, sperabatq; hac occasione totum se regnum occupaturum. Et enim pace facta inter Ptolemæū & Seleucū, inuasit Hierax regnum fratris Seleuci, usus ad hoc opera externorum militū. Nam Galatæ, quos Brennus ex Germaniæ regionibus in Græciam perduxerat, longius iam in Asiam profecti fuerant, inuitati stipendijs illorum regum, inter quos tum uaria bella gerebantur. Donati hi Galatæ sunt terris tū in Asia quas inhabitabant. Inde Galatæ sunt dicti, quibus Euangelium prædicauit Paulus Apostolus. Neque uerò dubium est Germanos fuisse. Nā uno uocabulo Germani et Galli à Græcis Celtæ dicebātur, et ex mutatione uocis pro Celtis Galatæ nomen factum est. Porrò auxilio Galatarum uicit Antiochus fratrem suū Seleucum, sed ab Asiæ rege uicissim Antiochus cæsus est, magna etiā parte regni Syriaci amissa, tum profugere ad regē Ptolemæum Euergetē coactus est: & cū ita ab eo reciperetur, ne quid discederet, fugam adornauit, sed deprehensus consilio

Galatæ Brenno duce in Græciā ex Germania perducti.

consilio hoc interfectus est. Hoc fatum sortitus est tãdem Antiochus Hierax. Sub idem fermè tempus frater eius Seleucus ab equo delapsus, periit. Calamitosam hanc fortunam & infeli cem exitũ habuerunt hi duo fratres, qui multa & nefanda facinora designarant. Vltionis exẽpla in signia.

Antiochus magnus regem Aegypti Ptolemæum Philopatorem bello infestauit, sed repulsus est. Postea uerò mortuo Philopatore reduxit cum exercitu in Aegyptũ, sed puerum Ptolemæum Epiphanẽ in suam tutelam receperũt Romani, quibus à patre commendatus erat. Occasio hæc fuit ingentis belli, quod multis annis inter Romanos & Antiochum gestum est. Sequutus est Antiochi partes Hannibal, qui imperatorem aliquandiu in hoc bello egit, & multæ præterea regiones Græciæ Antiocho adhæserunt. Cæterum aduersa pugna aliquoties debilitatus, pacis conditiones coactus est quærere. Relicta tum illi à Romanis est ea tantùm pars regni quæ ultra Taurum mõtem sita est: ad hæc, obsidis loco coactus est mittere Romã filium suum Antiochum Epiphanem. Tandem uerò cùm duriperet Antiochus opulentiſsimũ templum Beli in Syria, oppressus est à promiscua multitudine colonorum, qui ipsum unà cum comitibus ad unum omnes interfecerunt. Hunc exitum habuit Antiochus Magnus. Antiochus magnus. Ptolemæus Philopator. Ptolemæus Philopator. Hãnibal Antiochus Epiphanes Romæ obsess. Beli tem plum in Syria.

Hierusalem ab Alexandri temporibus usque

Hierosolymæ status sub Antiocho.

que ad Antiochum Magnum sic satis bonapace usa est: uerùm exorto bello inter hos duos reges, cùm inter utrosq; siti essent Iudæi, oppressi & infestati nonnihil sunt ab utraque parte. Et quanquam Hierosolyma adea usque tempora Aegyptijs magis adhæreret, tamen neq; Syriorum neq; Aegyptiorum imperio subiecta fuit. Cæterum imperatorem Scopam misit Ptolemæus Epiphanes aduersus Antiochū Magnum, qui urbes aliquot Syriæ, & partem Iudææ occupauit. Verùm enimuerò hunc cùm oppressissēt prope Iordanem Antiochenses, porrò usq; ad Hierosolymam se contulit. Supplices tum Iudæi ultrò se dediderunt, imò etiam inter se & rrgē publico fœdere atq; hac de causa pace eos frui permisit Antiochus, & opem tulit ad reparandam ædificationem urbis Hierusalem. Atq; hoc modo quanquam periculum in hoc bello instare uidebatur propter uiciniam, tranquillo tamen rerum statu sub hoc Antiocho usi sunt Iudei.

Scopa dux Ptolemæi Epiphanis.

Seleucus Philopator.

Antiochus Magnus tres filios reliquit, Seleucum cognomento Philopatorē, Antiochum Epiphanem, & Demetrium. Mortuo patre regnauit Seleucus paucos annos, alij duo fratres Romæ obsides detinebantur. Antiochus Epiphanes cum cognouisset mortem patris, clam profugit Roma, & in Syriam reuersus, rex est creatus. Nam Seleucus inutilis erat ad gerendum

dum imperium, neq; uixit etiam multo tempore post obitum patris.

Porrò fuit hic Antiochus Epiphanes uir miræ calliditatis et audaciæ, & didicerat probè exemplo Romanorum accommodare se tempori, & moribus omnium. Facilè enim omnes cũ quibus erat perferre ac pati: sapientem apud sapientes egit, & rursus apud dissolutos adolescentes ijs studijs obsequebatur, quibus illi delectabantur. Popularitate et benevolentia uulgus sibi obnoxium faciebat, & quoties sumptuosius epulum instituebat, magnas summas pecuniarum spargi iussit. Ob dissolutos mores eius factum ei nomen est Epimanes pro Epiphanes. Epimanes enim insanum significat, nobilem uerò Epiphanes. Antiochus Epiphanes dictus Epimanes.

Initium regni eius cœpit post mortuũ Alexandrum anno centesimo trigesimoseptimo. Et cum occuparet tũc hæreditaria sua regna, in Aegyptum profectus est. Nam circiter hoc tempus Ptolemæus Epiphanes obierat mortem. Habuerat is reginam Cleopatram sororem Antiochi Epiphanis, qui hac specie usurpare sibi Aegyptiorum regnum cœpit, quasi tutorem ageret regis pueri Ptolemæi, qui Philometor dicebatur. Neq; aliud præ se ferebat, Ptolemæ quàm omnem significationem humanitatis et benevolentiæ erga nepotem suum, & uoluit ut metor. Memphis & maximæ aliæ urbes se dederent

regi iuniori: ut sub hoc prætextu paulatim ad se totum regnum pertrahere posset. Iam uerò confectis rebus omnibus, reliquit regnum, & Hierosolymam profectus est. idq; ex rogatu Iasonis, qui per Antiochum summi sacerdotij dignitatem affectabat. Ita enim tum comparatum apud Iudæos erat, ut potentiores summum sacerdotium consequerẽtur technis, per conspirationes externorum regum, occisis interim et oppressis illis qui ueri successores erant. Qua de causa iterum punitus est à Deo hic populus grauiter. Prima hæc expeditio fuit Antiochi in Hierosolymam, in qua expeditione summum sacerdotẽ constituit, & diripuit templũ, multosq; interfecit. Contigit hoc anno 6. Imperij Antiochi, id quòd fuit post mortem Alexandri anno 143.

Iason.

Antiochi expeditio in Hierosolymã.

Deinde post annos duos, hoc est, anno centesimo quadragesimoquinto post obitum Alexandri, denuò expeditionem parauit Antiochus in Aegyptum. Nam urbes dediderant se iterum regi iuniori, qui & opẽ à Romanis petierat. Iam uerò cùm inuaderet Aegyptum Antiochus, missus à Romanis legatus Popilius est, qui nunciauit Antiocho populi Rom. nomine, ut cederet ex Aegypti finibus, neq; iuniorem regem Philometorem bello infestaret. Nam statuisse Romanos, sua ope in regno eum conseruare. Ad quæ respõdit Antiochus, se deliberaturum

Antiochi expeditio in Aegyptum.

Popilius legatus Romanorũ ad Antiochum missus.

raturum secum quid esset facturus. Cæterùm nullum deliberandi spatium cõcedere uolebat Popilius, sed hasta sua circulo circũ ductlo, iubebat fateri eum iamiam priusquam excederet circulo illo: cederéne uellet ex Aegypto, an non. Teritus hac seueritate & constãtia Popilij Antiochus (nouerat enim & metuebat potentiam Romanorum) ultro se cessurum promittebat. Itaq; coactus est denuo cum summa ignominia deserere Aegyptum. Verùm ob doloris impatientiam animi indignatione inflammatus, iterum ad Hierosolymam contendit. Atq; hæc altera eius expeditio erat in Hierusalem, bis enim ibi fuit, & tum multò crudelius; quàm antea tyrannidem suam exercuit. mandauit enim, ut gentium idola colerent Iudæi, exuri Bibliorum libros iussit, & magnam partem perditissimorum hominum reliquit ad possidendam urbem Hierosolymitanam, præsidij loco, qui crudelibus admodum Hierosolymitis supplicijs affecerunt eos qui à fide sua deficere noluerunt: & usi ad hoc sunt opera illorũ qui iam antea à Iudæorum religione desciuerant. Quin & templum quoque prophanatum est. nam impositum est ex gentium superstitione idolum quoddam. Sed quid opus est uerbis? Conati sunt uerbum Dei & uniuersam legem extirpare, & in eius locum gentium mores inducere. Neq; uerò temere, sed ex magna quadam

Exẽplũ Romanæ seueritatis.

Antiochi tyrannis aduersus Hierosolymitas.

Exẽplũ humanæ prudẽtiæ in rebus diuinis.

prudentia ceperat hoc cõsilium Antiochus. Videbat enim ob religionẽ resistere sæpe Iudæos gentium regibus, uolebatq; ea de causa religionis diuersitatem sublatam esse. In hunc modum ludunt humanæ cogitationes in diuinis rebus, & pro sua uoluntate ac iudicio religionem instituere uolunt. Proinde sub imagine & exẽplo huius Antiochi simul depinxit Daniel Antichristum, & significauit regnum huiusmodi fore, in quo affligantur Christiani, et deleatur uerbum Dei, ac uicissim religio instituatur in speciem, quæ aduersetur uerbo Dei, quam occasio contingat ad potentiam & ampliſſimas opes consequendas, perinde ac Mahometen falsam religionem, & eius prætextu nouum regnum instituisse constat. Et uidetur ea religio non prorsus absurda esse, ac blanditur in primis rationi humanæ. Nam prætermissis omnibus fere sublimioribus sententijs & articulis fidei, eam solùm doctrinam retinuit, quæ de bonis moribus præcipit. Mirum sanè quam hoc ipsum adblãdiatur rationi humanæ, quæ re & irrepere facilius solet in animos hominũ, quàm doctrina de fide.

Antiochus Antichristũ adũbrat.

Mahometica religio cur plausibilis.

Porrò de tyrannide Antiochi in Maccabæorum libris scriptum est, & testatur Daniel commeruisse has pœnas populũ Iudaicum ob peccata. Interim autem dum affligit suum populum Deus, non tamen extinguit eum prorsus.

sus. Excusitauit enim Iudã Maccabæũ, qui col Iudæ
lectis paruis copijs, Antiochi duces inuasit, & Macca-
præsidio Dei fusis hostibus, recuperauit tẽplũ bæi uir
tertio anno postquam ab Antiocho idolum in tus-
eo positum fuerat.

Daniel complexus est totum hoc tempus af
flictionis Iudæorum bis mille & trecentis die-
bus, qui constituunt annos sex, & sex menses,
& præterea dies aliquot. Nam durauit perse-
cutio à tertio anno Antiochi usq; ad octauũ, et
menses aliquot. Hæc quoq; diuisione temporis
usus est Daniel, ut in tẽplo staret idolum mille
ducentos & nonaginta dies, qui annos tres et
sex menses constituunt. Et recuperatũ est tem
plum post cẽtum quadraginta octo annos post
mortem Alexandri. Fuit hoc 348. anno posti-
quam ex Babylonica seruitute manumissus
erat Iuda, & 152. ante natum Christum.

Porrò uerò commeruit sua impietate & Antiochi
blasphemia in Deum Antiochus, nõ sui solùm pœna ob
generis perpetuum interitum, sed euersionẽ to- ipietatẽ
tius regni Syriorum, quandoquidem post mor
tuum Antiochum, bello semper certatum est
inter unũ & alterum, & nonunquã inter plu
res, de successione in imperio, ut palam cernere
liceat in hoc exemplo, ex quibus principijs cau
sæ soleant exoriri propter quas regna euertũ
tur, quemadmodum & hodie nos in Hunga
rorum regno accidere uidemus.

Obijt Antiochus Epiphanes in ea profectione quam denuo contra Iudæos adornabat ad ulciscẽdum acceptum damnũ. Post eius mortẽ frater eius Demetrius Roma profugit, & occupauit regnũ, occiso iuniore Antiocho, cui cognomẽ Eupatori erat, filio Antiochi Epiphanis.

Antiochus Eupator.

Alexander dux seditione concitata aduersus Demetrium, occidit eum.

Demetrius.

Demetrius duos filios reliquit, Demetrium et Antiochũ Sedetẽ. Porrò ab hoc Demetrio uicissim cæsus est Alexander. Postea coorta seditio est autore Tryphone quodã contra Demetrij qui expulit eum è regno: sed reuersus iterum in regnũ Demetrius est, & gladio tãdẽ trãsfixus perijt.

Antiochus Sedetes cæsus est à Parthis.

Antiochus Siedes

Porrò Demetrius hic filium habuit Antiochum Grypum. Antiochus Sedetes filium reliquit Antiochum Cyzicenum. Inter hos certatum est de successione regni Syriæ, & uterque occisus est. Postea horum filij parentum exemplo non minori contentione dimicarunt propter imperium Syriæ, & mutuis se bellis adeò confecerunt tãdem, ut coacta sit Syria exteris se regibus dedere. Adiunxit enim se Tigrani regi Armeniæ, estq; hoc modo Syriæ regnum translatũ à Seleuci posteritate ad peregrinos principes. Tandem uerò cæso Tigrane à Pompeio, redacta est Syria sub potestatem Romanorum. Hactenus satis de regno Syriæ.

Tigranes à Pompeio occisus.

De

De regibus Aegypti post Alexandrum.

PTolemæus Lagi filius primus fuit, de quo apud Pausaniã est, qui eũ nothum fuisse scribit ex Philippo patre Alexandri. Ptole. Lagi filius.

2 Ptolemæus Philadelphus. Magnæ laudes prædicantur de hoc rege, ob pacis studium, atque adeò etiam quòd omni genere artium delectatus est, & optimam Reipublicæ formã instituit. Contulerunt se ad hunc ex omnibus terris uiri sapientes, quos benigne & liberaliter fouebat. Bibliothecam habuit, qua nulla alia in toto orbe erat instructior, & ea de causa no titia ei interceſsit cum Iudæis. Nam cùm studiose inquireret de omnium gentium, religionum, & artium origine, deprehendit omniũ gentium Iudaicum populum uetustissimum esse, & quòd ille solùm certissimas historias haberet de mundi creatione. Itaque petijt à Iudæis mitti ad se ex Hierosolyma uiros septuaginta duos, quorum opera in suam linguam ex Hebræo Biblia sacra transferrentur, atque per hanc occasionem Biblia peregrinis linguis reddita sunt primùm. Et non dubium est quin eadem hac ratione ad ueram fidem conuersus sit Ptolemæus. Ptol. Philadelphꝰ. Bibliotheca Ptolem. Bibliæ trãslatæ.

3 Ptolemæus Euergetes Syriam inuasit, & ultus est mortem Berenices sororis suæ. Ptolemæus Euergetes.

4 Ptolemæus Philopator uicit Antiochum

Ptolemæus Philopator.

Magnum, postea dissolutior factus puellam quandam misere deperire cœpit, adeò ut & reginam suam occidi iusserit ob amorem translatum in puellam.

Ptolemæus Epiphanes.

5 Ptolemæus Epiphanes, quem inuasit Antiochus magnus: cæterùm postea tradita est illi ab Antiocho filia in uxorem.

Ptolemæus Philometor.

6 Ptolemæus Philometor, hũc oppugnabat auũculus eius Antiochus Epiphanes, sed Tucytes Romani Ptolemæũ, susceperũt Antiocho cedere ex Aegypto, id quod suprà indicauimus.

Ptolemæus Euergetes.

7 Ptolemæus Euergetes restituit Demetrium profligatum in suum regnum.

Ptolemæus Physco bestiaũ homo.

8 Ptolemæus Physco, fœda crudelitate bestiam magis quàm hominem referebat. Duxit sororẽ suam, & filios ex ea sustulit, postea occisum puerum matri edẽdum proposuit, tandẽ regno expulsus est. Reliqui sequentes simili fœditate fuerunt insignes, ueluti canũ congressu, & tyrannide longe crudeliores.

9 Ptolemæus Alexander.

10 Ptolemæus Latyrus.

11 Ptolemæ⁹ Aulctes, quẽ Gabini⁹ restituit.

12 Ptolemæus Dyonisius, qui Pompeiũ occidi iussit, & postea quoq; perfidus fuit, quare expulit eũ regno Iulius, & donauit id sorori Cleopatræ, quæ seipsã tandẽ occidit, cũ Antonius, quẽ detimebat, uictus esset ab Augusto. Postea Aegyptus Romanis cessit, essi hoc

hoc modo nobilissimũ genꝰ Ptolemæi extinctũ.

De Iudæis.

ANtea monuimus post reditum Iudæorũ ex Babylone, apud posteritatem ex Danidico genere summam Imperij permansisse, excepto quòd regiæ appellationis dignitate carebant, & principes solùm uocabantur. Et regnarunt usque ad Antiochi tẽpora, & memisit eorum Lucas in genealogia Christi.

1	Zorobabel	58.
2	Resa Miseolam	66.
3	Iohanna Ben Resa	53.
4	Iudæ I. Hyrcanus	24. temporibus Alexandri.

Post Alexandrum.

5	Ioseph primus an.	7.
6	Abneger Semei	11.
7	Eli Matathia	12.
8	Aser Maath	9.
9	Nagid Artaxat	10.
10	Hagai Eli	8.
11	Maslot Naum	7.
12	Amos Sirab	14.
13	Matathia Silos	10.
14	Ioseph iunior	60. Is magnam habuit familiaritatem cum Ptolemæo Euergete, & Arses uocatur apud Eusebium.

Ianna secundus Hircanus 16. Magna in bella gessit aduersus Arabas, & uictoria sæpe

usus

usus est. Porrò cùm ab Antiocho Epiphane in arce quadam obsessus esset, neque præsidio se longius tueri posset, tamen dedere se noluit, sed fortiter dimicando in pugna restitit hostibus, donec interemptus est. postremus is fuit in populo Iudaico princeps ex regio stemmate Dauidis. Post hunc regno præfuerunt Maccabæi, qui ex sacerdotali genere fuerũt. Cæterũ post hos translatum est Iudaicum regnum ad Herodis genus, quod ex gentibus erat, sed receperat circuncisionem. Id uerò prædixerat Deus, ut sceptrum & maiestas Imperij tolleretur à Iuda & successoribus Dauidis sub aduentum promissi Christi. Neque uerò alienatum fuerat regnũ à posteritate Dauidis supra ceum & sexaginta annos antequã nasceretur Christus, adeo ut necdum hominum memoriam excesserat quod genus imperauerat. Ad hunc modũ recensentur à Luca principes Iudaici populi usque ad ultimum Ianna Hircanũ, & post hunc reliquos etiam numerat, qui nõ imperarunt, usque ad Christum. Proinde subijcia breuiter de Maccabæis & genere Herodis.

Christi aduentu, sceptrũ à Iuda tollendum.

De genere Maccabæorum.

Matathias. Iudas Maccabæus.

MAtathias hortatus est filios suos ut resisterent Antiocho, & regnarunt hi ordine per successionem ut principes.

1 Iudas Maccabæus primus fudit Antiochi Epiphanis duces, & templũ intra triennium

recuperauit, præclarisq; uictorijs usus est. Cæterùm quum primũ fœdere inito cõspiraßet cũ Romanis, cæsus est & interijt. Etenim non uult Deus nos niti humano præsidio, sed ut sui fiducia oĩa agamus. Regnauit annos quinque. Exẽplũ nõ eße fidẽdũ humano p̃sidio.

2 Ionathas regnauit annos decem & nouem. sequutus is est Alexandri partes, qui in Syria sibi imperiũ usurpabat. Postea perfidè admodum à Tryphone occisus est. Infelicem exitum sortitus est, nam subsidio improborum & seditiosorum hominum fretus erat. Ionathas.

3 Simon regnauit annos octo, uicit Antiochum Grypum, cæsus tandem est per proditionem à proprio genero. Simon.

4 Simonis filius Ioannes Hircanus fuit, imperauit ille annos uiginti sex. Huius temporibus obsidebat Hierusalem Antiochus Grypus, sed pecuniæ largitione placatus, deseruit urbẽ intermißa obsidione. Postea obtinuit Samariam Hircanus. Ioannes Hircanus.

Reges Maccabæi.

ARistobulus Hircani filius regnauit uno anno, & regio diademate coronari uoluit. Primus hic rex fuit in Hierusalem post reditum Iudæorum ex Babylone. Occidit fratrem suum Antigonum, quòd uerebatur ne is regnum ambiret.

Alexander Iunior Hircani filius regnauit annos uigintiseptem. Regnauit post eum Alexãdra Alexander Iunior.

xandra uxor eius annos nouem.

Hircani filius.

Alexãder duos filios reliquit, Hircanum & Aristobulum. Quanquam autẽ natu maior Hircanus esset, tamen pulsus è regno à fratre Aristobulo est, qui per uiolẽtiam præripuit fratri regij nominis dignitatem.

Antipater Idumææ præceps.

Cæterùm ab Antipatro principe Idumææ & patre Herodis, & ab Areta Arabiæ rege adiutus est Hircanus contra Aristobulum. Neque uerò minus fuit tum in Iudæa barbarus status rerum, Gẽtium more, quàm in aliarum gentium regnis.

Areta Arabiæ rex.

Pẽpeius.

Postea simul atque Pompeius cepit Hierusalem, summum sacerdotem constituit Hircanum, & captum Aristobulum unà cum duobus filijs Alexandro & Antigono Romã perduxit. Porrò uerò in itinere dum proficiscuntur Romam, elapsus est Alexander, & reuersus in Iudæam potens iterum factus est. Tum uerò fudit eum Gabinius Imperator Romanorum in Syria: & postea ex iussu Scipionis truncatus est Antiochiæ. Antigonus dimissus est Romæ à Iulio, uerũ ab Antonio multo tẽpore pòst occidi iussus est Antiochiæ, tertio anno postquàm Herodes constitutus rex fuit. Et functus est summo sacerdotio Hircanus, si tum eius tempus ad calculum reuoces, annos tringinta quatuor: tandem ab Herode occisus est. Horrendum omnino est uidere ferè in omnibus historijs, non interire modò clarissimas

Gabiniꝰ.

famis

familias inter homines, uerùm posteros plerunque sanctissimorum hominum degenerare prorsus à probitate maiorum, & in omnem turpitudinem flagitiorum prolabi.

Quo tempore Pharisæi & reliquæ sectæ apud Iudæos exortæ.

CVm iam ob tyrannidem & bella Antiochi lacerari & diuelli cœpisset principatus & sacerdotiũ apud Iudæos, ut nõ dicã inter Maccabæos gẽtium regibus adhæsisse, qui pro suo arbitrio principes & sacerdotes aut statuebant aut deponebant, quibus quidquid potius quàm religionis studiũ curæ erat, fieri nõ potuit quin sectæ & uariæ dissensiones in Iudaica religione exorirẽtur. Ita enim accidere necesse est, cùm uel caremus certo capite in religione, uel cùm capita Ecclesiæ negligũt pietatis studia, & gẽtium prophanarum exemplo externam potentiam tantùm quærunt. Maccabæi.

Sectæ exortæ triplices sunt. Primi pharisæi dicti sunt, hoc est segregati, à uoce phares. Vsi sunt hi (nã doctiores reliquis fuerũt) quibusdã Iudæa. humanis cõstitutionibus super legẽ Mosi, quia Pharisæi bus à reliquo populo segregabãtur. Fuit tamẽ paulo senior & rectior horũ doctrina, q̃ alioru. Nã docuerũt immortalitatem post hanc uitam, & quod dulcissi Deus uelit peccata, crediderũt quoque uenturum esse Messiam in salutem credentium, & peccatoribus iudicem. Cõ

Sectæ tri plices in

missa

missa etiã huius sectæ uiris est Respublica præ alijs, quibus potentiores quoque erant.

Saddu-cæi.

Secũda secta Sadducæorum erat. hi præclara admodum & insigni appellatione nominis impietatem suam occultabant. Nam Zaddik iustum est, Sadducæi iusti seu sancti. Ita plerũque comparatũ est in mũdo, ut qui pessimi omnium sunt, honestissima uocabula suis cupiditatibus prætexant. Docuerunt nullam uitam esse post mortẽ. Legem in hoc solũ tulisse Deũ, ut honestè & tranquillè uiuamus, accipientes interim in hac uita iustitiæ præmia à Deo. Interpretati sunt scripturas planè pro iudicio rationis humanæ, neque uolebãt audire aliud: et quod ad uitæ mores attinebat, Epicurei prorsus fuerunt. Quin etiã potentia tandẽ aucti nõ parum negotij Pharisæis fecerũt. estq; horrẽdũ in primis auditu, in peculiarẽ populũ Dei ethnica planè dogmata irrepsisse, adeò ut publicè etiam tradere nõ sint ueriti, & asserere cõstãter, post hanc uitam aliam uitam non restare.

Saddu-cæi fuerũt Epirei.

Essæi tertij fuerunt, qui cùm consyderarent & Pharisæos & Sadducæos sub honesto prætextu titulorum suas cupiditates sectari, neq; ferè quicquã facere quod dignũ esse posset eorũ professione, uisum ipsis est, factis uitæ seueritatem declarare, & dici se Essæos, hoc est, operarios uoluerunt. Assa enim, unde Essæi dicũtur, operari significat: quemadmodum hisce tẽ

Essæi, Anabaptistæ hos referunt.

poribus

poribus & Lutheranos & Orthodoxos damnant Anabaptistæ, & utrisque sanctiores studēt uideri. Essæi enim per omnia ferè Anabaptisticā uitā egerūt, abstinuere a matrimonijs, & omnia inter se cōmunia uoluerūt esse. Fuit omnino hæc stulta quædā et crassissima superstitio, et quæ longo tempore durare nō potuit. Ad eundem fere modum & hodie in tres partes diuulsa est Ecclesia. nam & secūdus ille aduentus Christi in foribus est. Anabaptistæ Essæos referunt, & in utraq; altera parte Pharisæi quidā, quidā Sadducæi sunt. Etenim ea quæ apud Iudæos gesta sunt, typū Christianæ religionis significabant. Exortæ hæ sectæ sunt primū inter Iudæos sub Ioanne Hircano Simonis filio, ante natum Christum centesimo uicesimo quinto anno.

Ecclesiæ status horum temporum.

De Herodis genere.

CVm Iulius Cæsar plenum undiq; discrimine bellum gereret in Aegypto, fideliter admodum ei subsidium præbuit Idumææ princeps Antipater, & ob memoriam huius beneficij constituit eum Iulius præfectum Iudææ, quæ tūc cogebatur peregrinis & aduenis principibus in suo regno obedire. Opposuerūt se primùm magna ui Iudæi, indignissimè ferētes Idumæi hominis imperiū, adeo ut ueneno tandem per Iudæum quendam cui Malcho nomen erat, necatus interierit.

Antipater præfectus Iudææ factus.

Herodes Hierusalē cœpit.

Herodes ultus est mortem patris Antipatri, & successionem regni Iudaici impetrauit ab Augusto & Antonio Olympiade cētesimaoctogesima secunda, id uerò sint post Alexandrum ducentis nonagintæ duobus annis. Hæc occasio fuit per quam recepit Iudæa aduenas reges ex Idumæa, & post longam obsidionem coēgit Herodes Hierosolymitanos ad deditionem, neque uerò parum sanguinis fusum est priusquam ultrò sē subijcerent Iudæi Herodis Imperio. Porrò trigesimo anno Herodis natus Christ⁹ est. Maximæ hæ sunt ferè et præcipuæ uicissitudines regni summatim compræhensæ, quæ acciderunt in Iudæa huius Monarchiæ tēporibus, usque ad ultimam Monarchiam, & tempora nati Christi.

Quanquam autem satis constat, Reges Iudaicos post natū Christum ex Herodis genere fuisse, tamē singulos ordine ponā, ut cognascere queat lector facili⁹ quomodo alij ab alijs nati sint, & successione quadam Imperium legitimè administrauerint usque ad deuastationem urbis Hierosolymitanæ, tametsi quod ad iustum historiæ ordinem attinet, nondū prograssus eo sum, nam restāt mihi adhuc hæ res gestæ Romanorum recensendæ, quæ sub tēpora Græcorum Monarchiæ contigerunt.

Herodes Ascaloni ta.

Herodes primus, qui & Ascalō dicebatur, filios plures habuit, inter quos tres, Aristobulū Alexan-

Alexandrũ & Antipatrum ipse occidi iussit ob conspirationem quam contra patrem inierant. Cæterùm post hunc uixerũt, Archelaus, Herodes, cui cognomen Antipas erat, & Philippus, inter hos diuisio regni contigit.

Archelaus à patre Herode in regẽ electus est testamento. Verùm noluit confirmare hanc uoluntatem patris Augustus, sed constituit eũ principem, sub hac tamen spe, ut rex designaretur, si honestè regnum administraret. Impe rauit itaque annos nouem, & magna tyranide usus est. Suffecit et destituit summos sacerdotes, & rapuit germani fratris Alexãdri uxorẽ. Tãdem accusatus est propter flagitia apud Augustum, qui priuauit eum Imperio, & supplicij loco relegatus est in Galliam, ut reliquam ætatem suam ibi in exilio transigeret, Galliã re postea uerò ea Iudææ pars à Romanis præfectis administrata est, primùm per Cyrenium, postea per Pylatum.

Archelaus.

Archelaus in Galliã relegatus.

Herodes Antipas cognominatus, frater Archelai, cõstitutꝰ erat à patre Herode princeps Galilææ. Abstulit is fratri Philippo uiuenti cõiugem legitimam, quod hac occasione cõtigit. Herodes Romam proficiscitur, & inter eundum diuertitur forte fortuna ad fratrem Philippũ, qui in prima Idumææ parte habitabat. Intercedente itaque familiaritate Herodi cũ Herodiade, quæ filia Aristobuli, & Herodis

Herodes Antipas

duxit.

Agrippæ soror erat, cõueniunt inter se, ut reuersus Roma eam secũ abduceret, id quod factum est postea. Flagitium hoc reprehendit Ioannes Baptista, qui hac de causa capite truncatus est. Cæterùm non tulit tandem id impunè Herodes, nam à Caio Caligula Lugdunũ apud Gallos in exilium cũ Herodiade relegat⁹ est, quæ coëgit eũ ut Romã proficisceretur regni impetrandi causa, sed re omni infecta, eã quoq; imperij partem amisit, quam antea possederat. Regnauit in Galilæa annis 24.

Ioannes Baptista.

Vltionis exẽplum.

Herodes Agrippa Aristobuli filius fuit, de quo diximus antea, fuit enim primi illius Herodis fili⁹, et occisus à patre est. Porrò fuit Herodes Agrippa captus Romæ Tiberij tempori bus, postea in summa gratia apud Caiũ Caligulam fuit. impetrauit enim ab eo primũ fratris sui Philippi partem, & regij nominis appellationem: postea et eam quoq; terrã, quam Herodes Antipas habuit. A Claudio Samariã & Iudæã obtinuit, et hac occasione unius iterũ Imperio tota Iudæa subiecta est. Ab hoc Herode Iacob⁹ Apostolus maior occisus est, id quod et in Actis apostolorum extat capite 12. Regnauit annis 7.

Herodes Agrippæ capt⁹ Romæ.

Iacobus Apostol⁹.

Agrippa Herodis Agrippæ filius ætate plane puer erat cum moreretur pater, quamobrẽ iterum Romani prætores Iudæam administrabant. Postea uerò donauit Agrippæ Claudius eam

eã Syriæ partẽ, quæ Chalcicũ regnũ ducitur, donauit, et eã partẽ quã Philippus posidebat prope Idumæam. Donatus quoq; à Nerone est aliquot urbibus Iudææ. Tẽporib⁹ huius Agrippæ deuastata Hierusalẽ est, & mẽtio illius fit Actorum 11. Regnauit annis 27. Philo scribit filiũ huic Agrippæ fuisse, q una cũ Bẽ Cosbã imperauit, qui regiũ sibi Imperiũ usurpabat in Iudæos, & magnã seditionem concitauit in Syria & Iudæa tempore Adriani Cæsaris. Chalcicũ regnum. Agrippæ tempore deuastata Hierusalem. Bem Cosbam.

Totũ hoc genus est Herodis, usque ad euersionem urbis Hierosolymitanæ: quod ideo congessimus breuiter, ut perspicue cognosci queat quo ordine in regno successerint. Id uero nouisse in Bibliis sacris necessariũ i primis est. Anni sunt iam inde à primi Herodis tẽporibus usq; ad deuastationem Hierusalem 103.

De bello Carthaginensi seu Punico primo.

IN tertia Monarchia cõmemorauimus breuiter interitum Persarum, successum & casum quoque Græcorum, Iudæorum etiam uarias mutationes & inquietudines. Nunc restat ut simili breuitate referamus tẽpora maximorum bellorum quæ à Romanis iam inde ab Alexãdro gesta sunt. Creseret enim opus in immẽsum, si integras historias uelim enumerare. Suprà monuimus aliquotics, in hoc ordinatas esse summas Monarchias diuinitus, ut

Monarchiæ cur potissimum à Deo ordinatæ.

magni & potentissimi principes domarentur, & ius aduersus magnam tyrannidem constitueretur. Videre enim hoc est in omnibus Monarchijs, quæ nõ alia propemodũ ratione auctæ sunt, quàm quòd potentissimos reges subegerunt. Sic enim Romani simul atq; in Italia potentissimi esse cœperunt, inuaserunt primũ Hispanos & Carthaginenses, atq; diuturna difficilimaq; bella gesserunt, quanquam interim & ipsi non semel grauissimè cæsi sunt.

Hieron.

Occasionem belli aduersus Carthaginẽses Sicilia præbuit. Nam Hieron rex subsidiũ & opem petijt à Romanis cõtra Carthaginẽses, qui cùm longo tempore tam occupatam tenerent magnam Siciliæ partem, uarios subinde motus excitabant. Itaq; anno à condita urbe quadringentesimo octogesimo Romani primũ expeditionem pararunt contra Cathaginenses, durauitq; hoc bellum annos uiginti duos cõtinuos. Primam autem cladem planè miserabilem perpessi sunt Romani cùm Regulus captus est. Porrò Regulus hic à Carthaginẽsibus Romã missus est ad agendum in Senatu pro captiuis dimittendis, tum enim & se liberum fore, si à Senatu id impetraret: sin uerò minus, pro data fide Cathaginem se reuersurum conuenerat. Regulus simul atque Romam uenit, ipse in Senatu suasisse fertur, ne paterẽtur pro se captiuorum permutationem fieri, sed cogitarent

Carthaginiensis belli occasio.

Sicilia.

Regulus captus à Carthaginẽsib⁹.

rent potius se uirum ætate senem, & corpore infirmum esse, qui uiuere diu amplius nõ posset. Quid uerbis opus est? Sequutus est tandem eius sententiam Senatus, & ille Carthaginẽ Reguli redijt, ubi uarijs nouisq; tormentorum modis supplicia excruciatus est, & inter reliqua eius torméta hoc quoque traditur, quod præcisis oculorum palpebris punitus sit perpetuis uigilijs. Cõmẽdatur primũ huius uiri præcipuus erga Rem pub. amor, nimirum cuius utilitatem priuatæ mor et fi fuæ & suorum saluti anteposuit. Laudatur et des in rẽ fides in eo, quod redijt Carthaginẽ, præsertim publicũ cum non ignoraret crudelissima sibi supplicia parata esse. Tandem uerò coacti Carthaginẽ ses sũt pacis cõditiões petere à Romanis. Apud insulã Egusam grauissima pugna cõmissa est, Pugna & à Romanis tredecim millia Carthaginẽsiũ pud Egucæsa sunt, & triginta duo millia capta. At uesam. rò petẽtibus Carthaginẽsibus pacẽ, captiui ultrò à Romanis dimissi sunt sine pecunia. Cõti gerunt hæc post Alexandrum cum in Aegypto Ptolemæus Euergetes dominaretur.

De secundo Carthaginensi seu Punico bello, & Hannibale.

ANno ab urbe Romana condita quingentesimo trigesimo sexto secundum bellũ Punicum aduersus Romanos ab Hannibale Punicum le inceptum est. Occasio huius belli orta est ob bellum sundum. Hispaniã, quam cũ amisissent aliquãdo Car-

thaginenſes. eam ſubegit iterũ Hamibal. Neque uerò unquã maiorem cladem paſi ſunt Romani, quam in hoc bello. Nam uſque adeò omnis fortuna aduerſata illis eſt, ut profectꝰ in Italiam Hãnibal ter eos fuderit: & quanquã in prioribus duabus pugnis maxima Romanorũ pars cæſa eſt, tamen ne conferri quidẽ potuit ad tertiã pugnam, in qua circiter quadraginta Romanorũ millia perierunt, pleriq; etiã capti ſunt. Incuſſit hæc clades tantum terrorẽ urbi, ut multi ex nobilitate collecti conſultare cæperint, ut deſerta urbe Roma in Græciam profugerẽt. Cæterùm ubi hoc Scipio iunior audiſſet, acceſſit ad eos, hortaturq; ad cõſtãtiã in tuenda patria, & addidit ſi quem ſentiret ex patria fugã moliri, eum illico ſuo gladio periturum. Itaque coẽgit iuuẽtutem nobilitatis, ut ſacro iuramento inter ſe obligati promitterẽt non ceſſuros ſe ex urbe, ſed ultrò ſe uelle, quamuis etiam fortunã, patriæ cauſa perferre. Porrò idem hic Scipio finem huius belli fecit, poſtquam duraurerat annos ſedecim. Nam uicit in Aphrica Hãnibalem, & coẽgit Carthaginenſes ad pacẽ petendam, & ea lege inita pax eſt, ut Carthaginẽſes dederent Romanis Hannibalem. Cæterùm elapſus ille profugit ad regẽ Antiochum Magnũ, quem incitauit ad ingens et formidabile bellum inſtituendũ contra Romanos. Sed Antiochus rex cæſꝰ eſt, id quod an-

Clades Rom. in 2. bello Punico.

Scipio iunior.

Hãnibal ad Antiochum cõfugit.

tea diximus. Facilè admodũ ex his colligi potest, quo tẽpore secundũ hoc bellũ Punicũ gestũ sit, nimirũ annos 20. ante Iudam Maccabæũ.

De bello Macedonico.

SVb annũ quingẽtesimum et quintũ supra quinquagesimũ ab urb. con. bella primùm in Macedonia exorta sunt, primùm cum Philippo, ídque causa fœderis initi cũ Hannibale contra Romanos. Erat enim Philippus rex magnopere infensus Romano nomini. Nam uidebat emergere eam urbem in excidiũ omniũ regum & potentißimorum quorumque Monarcharũ, adeò etiã ut dixiße eum aliquoties ferant, Timere se tẽpestatem ex Italia aliquãdo uenturam in Græciam, præ cuius uehemẽtia omnes illæ clades quas à Persis & ab alijs illatas perpeßa eßet Græcia, ludus et ioc⁹ planè dici poßent. Proinde cùm à Romanis bello peteretur, non imprudenter pacis conditiones postulauit, & concordiæ fœdera inijt cum Romanis. Postea uerò Perseus filius, ut qui audacior et animo irrequieto erat, expeditionem instruxit, contraxitq; cum multis regibus fœdera, & eas Romanorum urbes inuasit, quæ in Græcia erant, acæsi ab eo grauiter primùm sunt Romani: uerùm non multò pòst hanc pugnam ultrò pacis cõditiones petijt, sed has dare recusabant Romani, & Paulum Aemiliũ miserunt in Macedoniam, à quo uictus est Per-

An. mũ. 3765.

Philipp⁹ Macedo.

seus, & captus unà cum matre, uxore & liberis. In hũc modum domiti sunt à Romanis reges. Postremus hic Perseus inter reges Macedoniæ fuit, estq; in hoc generosa illa & nobilis prosapia Demetrij, de qua diximus antea, extincta. Porrò huius Persei filius Romæ scriba factus est, & regnum Macedoniæ postea semper à Romanis Imperatoribus administratũ est. Exortum autem hoc bellum cũ Perseo est non multo antè quàm Antiochus Epiphanes Iudæos inuaderet.

Perseus Philippi F. postremus Macedoniæ rex.

Bellum Punicum tertium, de euersa Carthagine.

ANno altero post 600. à condita Roma, tertium, atq; adeò ultimum bellum cũ Carthaginensibus inceptum est ex hac occasione. Malè conueniebat Carthaginensibus cũ circumiacentibus uicinis suis ut solent plerũq; inter urbes & principes dissensiones incidere. Petierunt autem hi auxilium à Romanis aduersus Carthaginenses. Post longam uerò disceptationem in Senatu Romæ disputatum est un prorsus deuastãda Carthago esset, si quidẽ irrequieta in pace uiuere non posset. Suaserat enim Scipio Nasica ne diruatur Carthago, primùm, quòd inhonestum esset exercere Romanos tantam tyrannidem, tantumq; populũ tam crudeliter trucidare. Ad hæc quod inutile quoque esset, nam sine hac urbe in officio Africam

phricam retineri non posse, nisi fortè in solitudinẽ prorsus esset uertenda. Tertiò necessariũ in primis esse, habere Romanos aduersãtẽ sibi huiusmodi urbem, à qua ad alacritatem incitarentur, alioqui futurũ ut bella intestina inter se mutuò concitarent, si foris hostem nõ haberent quem uererẽtur. Contrà uerò Cato inter reliqua argumẽta hoc uel præcipuum adduxit, considerare se, Romanos degenerare sensim à uirtutibus & fortitudine maiorũ. Quã obrem si persistẽs in suo statu urbs potentissima Carthago cognosceret ignauiam, securitatem, socordiam, atque debilitatẽ Romanorũ, nihil certius esse quin iterũ pro imperio affectando esset certatura, & oppressura Romanos, subiecturaq; suæ potestati. Igitur ne id fieret, utilissimum & necessarium in primis esse Carthaginem deleri. Cato.

Neque uerò in hanc sententiam certi aliquid adhuc decernere uoluit Senatus, sed statuit et Catonem senẽ & alios quosdam una cum eo mittẽdos Carthaginẽ, ut explorarẽt rẽ omnẽ, nũquid periculi à Carthaginẽsib⁹ esset metuẽdũ: ut tũ demũ seriò, quid factu optimũ esset, cõsultarent. Sed quid multa? Reuersus Cato multo plus periculi metuendũ esse à Carthaginensibus nunciauit, quàm unquã antea. Nam quãquam regnis exuti essent Carthaginẽses, tamen considerare se facilè, & potentẽ & ferocem

rocem pariter urbẽ eße, quæ quiescere non poſſet, niſi ſenſim tẽtaret aliquid quo ſe ulciſcere tur. Adhæc attulerat ſecũ Cato eximiæ magnitudinis ficus recẽtes, quas publicè oſtẽdit in Senatu. Et cũ rogatus eßet, unde apportaßet eas ficus, reſpondit, intra triduum eò nauigari poße, adiditq;, Creſcũt in terra hoſtiũ veſtrorum, uſque adeò non longè ſiti ſunt hoſtes veſtri, & qui affectant imperium veſtrum. Permotus multis his perſuaſionibus Senat⁹, decreuit ut Carthago bello peteretur, et fũditus deleretur, ne eius reparãdæ ſpes eßet poſtea. Per

Scipio iunior Pauli Aemilij filius.

rò huic bello conficiũdo deſignatus eſt Imperator Scipio iunior, Pauli Aemilij filius, et quarto anno poſt continuam per ſex dies oppugnationem, capta eſt Carthago. Et quãquam omnibus liberam fugã permitteret Scipio, tamẽ miſeranda clades cõmiſta eſt in urbe cùm diriperetur. Poßea iußu Scipionis igni incenſa urbs per ſedecim integros dies perpetua cõflagratiõe arſit. Hæc eſt mirabilis illa ruina Carthaginis nobiliſſimæ urbis, in qua ſemper ferè

Carthago deleta

tam multi præclari principes imperium tenuerunt, de quibus pro dignitate dicere breuitatis ſtudium nos nõ ſinit. Stetit Carthago circiter ſeptingẽtos annos. Poteſt ſanè pius lector cõſiderare in primis hic horrendum exemplum ultionis diuinæ in tam potentis & præclaræ urbis tam crudeli euerſione. Fertur etiã poſt ina

cendium

cendium equo acceßiße Scipionẽ ad locum ur
bis, uidißéq; miſerũ caſum in direpta & ex-
tincta Carthagine, atq; motũ commiſeratio-
nis affectu largiter admodum fleuiße, & ſub- Scipionis
iecißе tãdem hæc uerba: Miſerari ſe caſum ur uerba cũ
bis tam præclaræ, & præuidere ſe, fore ut & flagraret
Roma aliquando euerſa iaceret, quin palàm Cartha-
eßet, nullum in terris Imperiũ diuturnum, & go.
nullam potentiam ſtabilem eße poße.

De Cimbrorum bello in Italia.

SEcunda hæc eſt hiſtoria de Germanis, deq;
ſucceſſu eorum quem in Italia habuerũt.
Cimbri enim propriè Germani ſunt, quod
uel Cimbricæ Cherſoneſi nomẽ teſtatur. Nam Cimbri
ea appellatione Holſatiæ & Daniæ regiones Germa-
uocantur. Porrò, Strabone teſte, Cimmerij & ni à Go
Cimbri promiſcuè idem ſunt. Vocabuli origo mer.
eſt à nomine Gomer Iaphet filio, qui eas ultra
Thraciam regiones quæ nos ſpectant, occupa-
uit, in quibus nunc Lituani & Liuonij populi
habitant, atque hac de cauſa Homero poëtæ
Cimmerij noti fuerunt, nam Thraciam & ei
contiguas regiones nouerunt Græci. Cæterùm
Cimbrorũ appellatio apud Holſatiã & Da-
niam tãtùm relicta eſt. Illi uerò qui uerſus O-
rientem & Thraciam ſpectant, Gotthi dicti Gotthi.
ſunt, de quibus infrà in hiſtoria Gotthorũ à
nobis dicetur. Quinetiam & Teutonũ clarè

hic

hic sit mentio, qui unà cum Cimbris profecti sunt. Fuisse autem certum est multitudinẽ innumeram circiter trecenta millia ex omnibus Germaniæ finibus collectam, & tantam magnum, ut diuisi inter se partim Italiam, partim uerò Galliam occupare uoluerint. Cæterùm quando Romanos inuaserũt, rursum collecti sunt, & primùm à Cimbris grauissimè cæsi sunt Romani, qui in quatuor ingentibus pugnis succubuerunt: & in uno eo prælio, cui Cepio præerat, cæsa sunt Romanorũ octoginta millia: quæ res tantũ Romæ totiúsque Italiæ populis terrorem incussit, quantum nunquam uel Hannibalis tẽporibus senserunt. De signatus est tum Marius imperator cõtra hos Teutones. Erat enim is inter fortissimos milites censẽdus, quos habuit Roma. Profectus est ad hoc bellum anno 652. post conditam urbem Romam: & durauit hoc bellũ in tertium usq; annum, donec oppressi & funditus deleti sunt Cimbri. Tradunt historiæ in ultimo conflictu tanta fortitudine usas mulieres, ut non minor clades ab ipsis, quàm à uiris illata sit. Tãto enim furore correptæ sunt, ut obuiã procurrẽtes Romanis cũ infantibus, eos in aduersas facies Romanorum incusserint. Tantæ profectò atrocitatis exemplum hoc est, ut ad iram Dei meritò expauescat, quicunq; in historiarum lectione tãtas calamitates deprehendit. Oportet

Cimbrorum cum Romanis pugna.

Marius imperator cõtra Cimbros.

Exẽplum iræ Dei uehemẽtis.

tet enim uehemẽtem indignationem ẽsse, quæ tantam cladẽ miseris alioqui & oppressis rebus humanis immittit.

De Sylla & Mario.

Scipionem Nasicam uerissimè dixisse, euentus comprobauit. Nam cùm ob potentiam ab externo hoste debilitari non possent Romani, suis ipsi inter se uiribus concidere runt. Marius de quo modò diximus, præclaras victorias ab externis hostibus reportauit, sed tandem in urbe Roma crudelissimi tumultus autor fuit. Nam cum Sylla imperator esset designatus, ut in Asia aduersus Mithridatem bellum gereret, ægrè tulit Marius adolescẽtem Syllam sibi anteponi: & effecit apud Tribunos, ut opponerẽt se Senatui, & suffragio uulgi Marium eligerent. Ex hoc odio ingens bellum illud inter Marium & Syllam occasionẽ sumpsit. Etenim cum excitasset hunc tumultum Romæ Marius, expeditionem Sylla in Asiam adornauit. Cæterum impetrauerat Marius suffragante populo, ne proficisceretur in Asiam Sylla: & amici quidam Syllæ concidebant in hoc motu Romæ, inter quos fuit Pompeij cõsulis filius, gener Syllæ. At uerò cùm per Tribunos mitterentur ad Syllã, qui nunciarent ne pergeret in Asiam, repente instructus copijs uenit Romam, & occidit tribunum, & multos alios. Marius in Africã fugit. Inter-

Marius autor tumultus.

Sylla.

ea

ea omnia in urbe in suum ordinẽ redegit Sylla, & in Asiam profectus est. magnaque negotia confecit: uicit Mithridatẽ, & Athenas uiMithridates. occupauit, ac totã Græciam, plurimasq; alias regiones subegit. Dũ hæc geruntur à Sylla, reMarij tyrannis. dit interea ex Aphrica instructus Marius in Italiam, & profectus Romã trucidauit optimos & præstãtissimos quosque principes & primores Romanos, erátque clades ea prorsus miserabilis Romæ. Coactus tũ est ex Asia reditum maturare Sylla, ut subsidiũ suis ferret: sed interim dũ uenit, moritur Marius. Cæterùm filius Marij instaurat bellum contra Sylam, quo territus Sylla dixisse fertur, iuuenẽ se usum esse fortuna cõtra senem, nunc uereri se ne uicissitudine quadam iuuenis idẽ aduersus se sit habiturus. Testatur hoc exemplum prudentissimos homines expẽdisse studiosè & tiSylla fortunæ inconstãtiã metuit. muisse pariter inconstãtiam fortunæ, quæ accidere solet in rebus humanis. Et fortunauit Deus institutum Syllæ, ut triumpharet de hostibus suis. nam causam iustissimam habuit. Sed tradunt tamen historiæ, fuisse postea plusSylla plus iusto crudelior. iusto crudeliorẽ Syllam: nam nemini ferè pepercit ex numero illorum qui Marij partes secuti fuerant: neque ullus modus aut finis excendæ cædis fuit Romæ. Ita demum Marij tyrãnis qua usus erat in principes, uindicata est à Sylla, qui eos in imperium restituit. Cognoscs

sees in primis ex hac historia optime lector, tã
tam calamitatẽ & dissidium in republica ex
paruis initijs ortum traxisse, & uicissitudine
quadam primùm in Principes, deinde in popu
lum hoc malũ serpsisse. Cæterùm magna usus
est prudentia Syllæ, & summam laudem me-
ruit, quòd post tumultum hunc in ordinem cer
tum redegit & confirmauit Reipub. statum, Tribuni
omni nimirum Tribunorum plebis autoritate plebis ab
abrogata. nam illi semper accendere solebant rogati à
multitudinis animos aduersus Senatũ. Sed hoc Sylla.
ipsum immutauit postea Pompeius, qui in gra Tribuni
tiam plebis reuocauit Tribunos. sed malum cõ restituti
silium consultori pessimum fuit. nam & tri- à Pomp.
buni autores belli ciuilis fuerunt inter C. Iuliũ
Cæsarem, & Pompeium concitandi.

De Pompeio & Caio Iulio Cæsare.

TEterrimum bellum illud inter Cæsa-
rem & Pompeium, quod perpetuum
uniuersæ reipublicæ Romanæ exitium peperit
ex leuibus admodum causis occasionẽ sumpsit,
idq; uel ex sola inuidia, non tã Pompeij, quam
hominũ priuatorum in Cæsarem, qui eas pro-
uincias affectabant quas habuit Cæsar. Occa Occasio
sio autem belli sic cœpit. Cæsar cùm in Gallia belli ciui
esset, optabat sui absentis in Consulatu desi- lis Ro
gnando rationem haberi: nam ut hoc fieret ue ma.
hementer eius intererat. Etenim si Romam

m redij

redüsset alienus à Consulatu, in animo habebant complices aduersarij opprimere eum, & efficere ut Roma in exilium pelleretur. At uerò effecit Cæsar subsidio Tribunorum plebis, ut Consulatus dignitas ei promitteretur: id quod & Senensis Pompeij consulis factum est. Cæterùm cùm iam tempus esset designádi consules, subornarunt quidam ut opponeret sese Senatus, neq; permitteret Cæsarem consulem creari: et pertrahebant hi in sententiam suam Pompeium, & expulerunt Tribunos plebis, qui ad Iulium profugiebant. Porrò ubi sensit Iulius insidias & oppressionem sibi intentari, obstinatè factam sibi promissionem urgebat, & postulabat Cõsulatum: præterea Tribunos plebis in suum locum restitutos uolebat. Interciderunt in hanc cõtroversiam consultationes M. Cic. uariæ. Adducebat Marcus Cicero æquissimas rationes, quæ utriq; parti tolerabiles erant. Voluit enim Cæsarem & Pompeium exercitus dimittere, atq; ut Pompeius in Hispanias proficisceretur, quemadmodum statuerat: & Cæsar simul atq; dimisisset exercitum, consulatu fungeretur. Consensit in hæc consilia Iulius, sed Pompeius recusauit. Itaq; cùm instructo exercitu Romã uenit Cæsar, fugiens Pompeius quanta potest manu itidem exercitũ parat: uerùm occupat Cæsar Italiam & Hispaniam, & secutus est Pompeium in Græciam

usq;. Et quanquam adhuc pacis sanciendæ conditiones nõ detrectaret Iulius, sed spõtè etiam offerret, tamẽ non desijt respõdere Pompeius, non recepturum se pacis leges prius quàm uideret amputatum Iulij caput adferri. Id uerò cùm audißet Cæsar uehemẽter est commotus. Etsi enim iustiorem causam habebat Pompeius, tamen maiori humanitate uti debuißet in tam præclarum principem, qui pacis fœdera offerebat, & hoc solum quærebat, ut tutus eßet sine periculi metu. Itaq; cùm uidißet Cæsar ex neceßitate sumendum eße consilium, inuasit Pompeium, & prostrauit eum. Pompeius in Aegyptum profugit, ubi à iuniore rege Aegypti, cuius patrem ipse in regnum constituerat, per insidias occisus est. Postea Cæsar occupauit Asiam & Aphricam pariter, adeo ut in summa potentia totum Romanum imperium solus teneret. Tanta hæc immutatio reipublicæ Romanæ & calamitas ex leuißima occasione initium cœpit. Nam hoc bellum & summis & inferiorum hominum ordinibus luctuosum fuit. Habẽt enim historiæ ferè 200. millia hominum cæsa esse in hoc bello ciuili.

Iuli⁹ uir modestus & pacis amans.

Pompei⁹ uictus.

Ingratitudinis exemplũ.

QVARTA ET ultima Monarchia, quæ est Imperij Romani.

C. Iulius Cæsar, primus monarcha apud Romanos.

ANno 3914. post creatũ mũdum, 706. post conditã urbem Romam, 47. ante natũ Christum cœpit primùm Romana Monarchia, cùm Cõsul Iulius factus est, & bellũ aduersus Pompeiũ, de quo diximus modò, exortum. Durauit id bellũ annos quinq; nam mortuo Pompeio negotij adhuc multũ restabat Iulio in Aegypto, Asia et Aphrica conficiendum, ubi seipsum interemit Cato: & in Hispania, ubi & ex Pompeij filijs unum occidit. Cæterùm constabilita iam in omnibus regionibus pace, reuersus est Romã Iulius, idq; mense Octobri, & postea Idibus Martijs à Cassio et Bruto eorumq; complicibus in Senatu confossus est. Itaque regnauit Iulius in pace non amplius mensibus quinq;, et intra id tempus in toto imperio Romano annũ iuxta Solis cursum curauit ordinari. Adduxit etiam ex Aegypto Mathematicũ insignẽ & peritissimum, & primus autor fuit ut disciplinæ Mathematicæ in Italia colerentur. Et hæc ipsa ordinatio anni, quæ cõmoda est, quaq; hodie adhuc utimur, à Iuliò primùm est inchoata. Por

Anni ordinatio à Iulio inchoata.

rò quàm inhoneſtè & crudeliter planè egerint interfectores Iulij, id clarè ex rebus geſtis eorũ apparet. Etenim Caſſius & Brutus una cum ſuis ſocijs Pompeij partes fuerant ſequuti. Cæterùm clemẽtia Cæſaris recepti in urbẽ, in priſtinam ſuam dignitatẽ, & poſſeſſionem bonorum erant reſtituti. Nam quid multis dicam? nunquam habuit orbis perinde potentem principem, qui poſt uictoriam maiori clementia erga hoſtes ſuos, qui ultrò ſe dediderunt, uſus eſt. Nunquam erga quenquam inſignem iram declarauit, niſi in acie, ubi id pugnandi neceſſitas requirebat, cùm tamen ante eum Marius & Sylla nũquam Romæ etiam pacis temporibus à latrocinijs exercendis tẽperaſſent. Atqui nihil horum in ſe admiſit Iulius, imo etiam clariſſimos quoſq; in Republica, qui Pompeio adhærebant, ultro in gratiam recepit, neque quicquam illis eripuit. Quin & ueram rationem in adminiſtranda Republica, quæ collapſa erat per ſeditionem, reduxit, eámque non minori prudentia reſtituit, quàm autoritate ſeruauit. Id uerò quanta res fuerit, uel inde poteſt æſtimari, quòd in tumultibus ciuicis iudicia, leges, & omnem modeſtiam morum uidemus diſſipari. Fuit ſanè Iulius inter fortiſſimos heroas unus, qui præ alijs hominibus maximis à Deo uirtutibus exornati maxima imperia adminiſtrarunt. Adhæc poſſibile non

Cæſaris clemẽtia.

erat mortuo Iulio pacem publicam diu retineri nã alius nemo erat, qui post Iulium eam uel autoritatem uel potentiam haberet, ut solida ui tranquillitatem imperij conseruaret. nam ad eam retinendam in magnis regnis, magna & singulari quadam potentia opus est. Proinde & ipse dixisse fertur, Nõ uereri se suae uitae causa, sed casum suum exitialem Reipublicae & imperio esse futurum.

At nihil horum à nefario instituto repressit cos à quibus per coniurationem occisus est.

Cassius. Primus huius sceleris autor Cassius fuit, idq; ex inuidia solùm, quòd per Cæsarem eas prouincias habere non dabatur, quas affectabat.

Brutus. Brutus ingenij uehementis uir erat, ideòque huius facinoris socium se fieri facilè permisit, hanc speciem prætexẽs, quòd inhonestum esset Senatui Romano, superiorem se in imperio dominum ferre. Item Cæsarem etiam tyrannum esse, & licere honestè occidere tyrannos. Argumentis huiusmodi tam absurdis, quæ sæpe iuuenes et imperitos homines in similibus causis decipere solent, inflammatus est Brutus: nam sine eius subsidio nihil effecisset Cassius. Summa hæc est huius historiæ. At facinus tam immane non diu inultum permisit Deus, nã quot quot conspirauerant in necem Iulij, non diu post & ipsi sunt trucidati. Cæsar natus erat, cùm interficeretur, annos sex supra quinquaginta,

gnia, & imperauit annis quinq;, & huius temporis initium cœpit à consulatu in quo aduersus Pompeium bellum sumpsit. Exordium hoc est Romanæ Monarchiæ, quã horribiliter planè in Daniele depinxit Deus, testaturq; multò grauius ab ea opprimendum orbem quàm unquam antea. Item in hac Monarchia uenturum Christum, & ideo ultimã Monarchiam esse futurum. Nam hæc omnia prædicta sunt diuinitus ad confirmandam fidem piorum de certitudine aduentus Christi. Præterea quoq; ut cognosceretur mundum hunc non fore sempiternum, sed periturum aliquando, & puniẽdos impios, pijs uerò expectandam esse à Deo uitam æternam. Equidem arbitror huc quoq; pertinere oracula illa Vatũ Gentilium, & sententias Sibyllinas de perpetuitate Romani imperij, quale illud est apud Vergilium:

Romana Monarchia ultima in terris.

Imperium sine fine dedi.

quæ uidẽtur hinc nata esse, quòd testatur Scriptura Romanum regnum ultimam fore Monarchiam in terris. Quanquàm interim docet quoq; scriptura & hanc Monarchiam collapsuram, tamen partẽ eius duraturam semper, in qua & imperatorium nomen, & Cæsarea sublimitas permanebit usq; ad finem mundi. Cognoscẽda hæc sunt, ut certò sciamus hoc imperium euerti non posse, id quod & historiarũ exemplà testantur. Etenim postquam impe-

ratoria celsitudo ad Germanos translata est, passum est hoc regnum multos insultus, & sæpe debilitatum est, cæterùm nullius potentia adhuc potuit deleri, sed stabile sẽper perstitit, seq; subinde restauravit. Habuit enim nunc partũ potentes, nunc rursus fortissimos & potentes Imperatores. Considerare hæc in historijs plurimùm refert uel ad uoluntatem Dei in huiusmodi euentibus rectè cognoscendam.

Octauius Augustus, Cæsar 2.

M. Cicc. MOrtuo Iulio ingẽtes motus exorti sunt Romæ. Marcus Cicero pacẽ faciẽdam consuluit, in hunc modum, ne qua uis posteà fautoribus Iulij fieret, & ne illi quoque à quibus confossus erat Iulius, uersarentur amplius in periculi metu, sed omni in posterum discordia sopita, utrinque perpetuæ communiq; pacis consulerent, non aliter atque apud Athenienses olim à Thrasybulo concordia constituta est, quam ἀμνηστίαν uocabant, hoc est, ut utraque pars acceptam iniuriam mussitaret, & neuter alteri ullam posteà uim inferret. Humaniter admodum & commodè à Cicerone prospectũ id est & consultum, sed durare concordiæ inter leges diu non potuerunt. Nam cùm posteà quisque dominari uellet, necesse erat factiones exoriri. Senatus contra Antonium ad se pertraxit Octauium Augustum: nam Antonius regnum affectabat. Cæterum milites consti-

Xenop. in 2. Ἑλλην.

Antonius.

tione

tione facta aduersus Senatum, multos ex principibus urbis trucidarunt, inter quos & Ciceronem. Imperium autẽ penes unum Octauiũ Augustum mansit, qui Iulij cognatus erat. nã Iulia soror Iulij Accium Balbum habuit maritum, porrò horum filia Accia erat, cuius maritus Octauius fuit, ex his prognatus erat Octauius Augustus, quem Iulius adoptauerat, unde & Cæsaris cognomẽto appellatus est: & mansit postea semper hoc nomẽ apud posteros, perinde quasi cũ ipso successionis iure in ipsũ Cæsarum genus Cæsarum transiret, quemadmodũ fieri solebat quãdo successores primũ adoptari cæperunt. Neque uero Imperij nomine primùm Cæsar dictus est Iulius, sed multis iam antea ex eius genere cognomentum hoc inditũ fuit. Scribunt enim Grãmatici ueteres & recepti, Cæsaris uocabulum à nomine Cæsaries quod præclaros & insignes capillos significat, deriuatũ esse: & hinc primùm contigit hoc cognomẽtum Iulys, quòd unus aut alter fortasse ex eo genere insignem capillum habuit.

Octauio adoptato à Cæsare.

Iulius cur Cæsar dictus.

Porrò Augusti appellationẽ Senatus addidit Octauio, propter successum & felicitatem eius in rebus gerẽdis. Augustus enim ab Augurio deducitur, & fortunatum significat, atque adeò quem secundat Deus felicibus signis. Tribuitur hoc epitheton rectè summo monarchæ orbis. nã potestati ciuili adest Deus, & administra-

Augusti appellatio unde.

Imperij administratio.

donum Dei.

nistratio Imperij donũ & ordinatio Dei est.

Imperauit Augustus annos 56. uerùm non primos annos solus nõ administrauit regnum. Nam iuuenis non amplius annos 19. natus, suffectus in imperium, creatus est Consul, quod adhæreret Senatui, à quo designatus est Consul in inuidiam Antonij, an. ab urbe con. 710. fere completo. Cæterùm milites inter se consentientes, opposuerunt se Senatui, & eius factioni. Verùm cùm diuturna esse non posset hæc concordia, coactus est postea Augustus etiam in socios ferrum stringere, atque ita uniuerso imperio solus potitus est. Postquam autem pace constabilitum esset regnum, summa in rebus omnibus moderatione usus est, & uniuersum imperium honestis legibus & statutis confirmauit, adeò ut & ipsum dixisse ferant, Regnum sempiternum fore, si ordinationes illæ non tollerentur. Mortuus est autem anno 2. Olympiadis 198. qui erat annus ab urbe condita 767. qui erat annus domini. 15. Sed quid multa? recenſetur Augustus inter omnes sapientes & moderatos Principes facilè primus.

CHRO-

CHRONICORVM LIBER III.

Qui continet tempus à nato Christo.

SVprà in exordio huius libri diximus tota hæc Chronica & tempora mũdi in tres partes, ídque iuxta sentẽtiam Eliæ, ut facilius et maximæ mutationes rerum in orbe, & certius temporum ordo cognoscerentur. Quinetiam ne id ignoræremus, non longe nunc abesse cõsummationẽ mundi. Atqui absoluimus modò propemodũ quatuor millia annorum, & ferè sub id tempus natus est Christus, quod prædixit Elias Propheta. Iam uerò in hoc tertio libro tertiã partem sententiæ Eliæ similiter tractabimus, & ab ea hunc librum exordiemur. Et quam non aberrârit Elias in ordine annorum, facilè sanè perspici potest. Nam Christus dominus noster, Deus & homo uerus, commodùm natus est in hanc uitam ex uirgine Maria anno secundo supra quadragesimum imperij Augusti, & fuit hic annus a mundo condito ter mille nongentesimus quadragesimusquartus. Iam uerò quod ad exactam supputationem annorum attinet, desideratur aliquid in numero

Christus quando natus.

4960.

numero annorum. nam quater mille anni completi non sunt. Sed adiecit propheta, Deū anteuersurum & maturaturum esse aduentū, ut rerum omnium finis esset uicinior. Cæterū quæ de natiuitate, passione & resurrectione Christi cognoscenda sunt pijs, ea omnia ex Euangelistis petenda sunt. De tempore autem quo passus est & à morte resurrexit Christus, item quomodo Euangelium promulgatum sit in orbe, & quo pacto denique Ecclesia sancta in toto mundo cœperit, postea dicemus.

De Germanis.

Germani bello primùm petiti.

AVgusti temporibus primùm à Romanis tentati Germani sunt. Tiberius & frater eius Drusus cum exercitu in Germania superiori fuerunt, & eos fines inuaserunt, qui iuxta Rhetos & Vindelicos sunt. Cæterùm regiones eas non planè subegerunt sub suum imperiū. Rheti sunt qui Eni fluuij uallē inhabitant, Tyrolis Bregetium usq;, Campodunum, & infrà usq; Nordlingum, ubi etiamnū restat nomen Ries. Vendelici sunt Augusta & superior Bauaria. Drusus descendit Moguntiam usq;, & inde non procul inter Salam & Rhenum fluuios domitis hostibus uictor periit.

Tiberius. Drusus. Rheti. Vēdelici.

Sub idem tēpus præsidia Romanorū Coloniæ collocata in Vuestphaliam & Saxoniā impetū fecerunt. Erat autem Saxoniæ dux Hermanus dictus, quē historici Arminiū uocant in

in Cheruſcis princeps. Sunt antẽ Cheruſci pro priè Herciniæ ſyluæ incolæ, ab ea parte quæ in frã circa Vueſurgum ad urbem Bremã uſque tendit. Et meo quidẽ iudicio id Cheruſci ſunt, quod uulgò Hertzíſche dicũt noſtri. Arminius hic præter expectationem oppreſſit Romanos, & fudit eorum circa 21. millia. Præterea ingẽtes quoque copias ſociorũ populi Romani, qui tum militiam cum Romanis exercebant.

Cherusci.

Arminius.

Quintilius Varus Dux Romani exercitus ſibi ipſi gladio mortẽ conſciuit. De pugna commiſſa exacte Tacitus ſcripſit, nimirum inter Luppiam & Amiſiã fluuios, hoc eſt, ſub Caſſella oppido non longè ab urbe Vueſtphaliæ Paderborna. Sic enim inquit Tacitus, Quãtumq; Amiſiam & Luppiã amnes inter, uaſtatum haud procul Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari legionumq;, inſepultæ dicebantur. Porrò ea ſtrages nõ minorem metum atq; terrorem incuſſit populo Romano, quàm cũ Cimbri Italiam depopulabantur. Etenim timebant Romani, ne Arminius armata ui imperium Romanum inuaderet, & Romam uſq; peruenire. Augustus periculi magnitudine adeò angebatur, ut mandaret omnes ubique in armis eſſe. Lacrymans etiam & magno eiulatu ſæpe clamaſſe fertur, Quintili redde legiones. Cæterùm pulſi ab Arminio Romani è Saxonia, effecerunt, ut à uicinis bello peteretur

Quintilius Varus

Armini-

Arminius. Erant hi tum Sueui & Bohemi ad Albim fluuium habitantes, sed hi quoque uicti sunt ab Arminio, & occupatis regionibus eorum habuit Vuestphaliam, Hercyniam, Saxoniam, Marchiam, Misniam, & Bohemiam. Imperauit circiter annos duodecim, & tandè per insidias suorum oppressus est. Sed hæc de Augusti temporibus satis.

Claudius Tiberius Cæsar tertius.

ANno mundi 3976. Romæ 768. Christi 16. Claud. Tiberius priuignus Augusti tertius imperator eligitur.

Etsi post Augustum multi præclari Imperatores fuerunt (nam cùm Deus seruet respublicas, donat quoque eiusmodi homines, qui apti sunt rebus magnis gerendis) tamen interim subinde inciderunt principes dissoluti & praui, ut quidam festiuo ingenio uir uerissime uideatur dixisse, Omniũ bonorũ principum imagines in uno annulo posse exculpi. Atqui summopere utile est in historijs proposita cernere & malorum principũ exempla, ut ex pœnæ terrore qua puniti sunt, iram Dei metuamus. Tiberius Augusti filius non fuit, sed mortuo ueris hæredibus Augusti, adoptauit Tiberium Liuiæ filiũ, quæ nupserat iã Augusto: & quia fuit Tiberius miles strenuus, usus eo semper est Augustus Imperatoris loco. Tiberius hic primus Cæsar fuit cui se dedidit Senatus

Tiberius

tus Romanus, regnauit annos uiginti tres.

Huius imperij, anno 2. defectio Solis facta est die 15. Februarij, h. 9. a fere meridiana, anno Christi 17. Ioan. Luc.

Anno aũt huius imperij 13. Pilatus Iudææ præfectus constituitur, cui præfuit an. 9. Et tãdem scelerũ cõscientiam nõ ferens, sibi manum intulit. Ioseph. Euse.

Liuius & Valerius max. historici unà cum Ouidio poëta illustres habentur.

Anno 15. Tiberij egit Christus Dominus noster annũ suæ ætatis 33. et hoc anno baptizat⁹ est a Ioãne baptista, et auspicat⁹ est prædicationẽ Euãgelij sui, pœnitẽtiæ, & remissionis peccatorum, ac uitæ æternæ. Fuit hoc a mũdo anno 3975. Anno uero trecentesimo & quadragesimo post initiũ Monarchiæ Alexãdri. Adde usq; ad secundum Longimani annum centum quadraginta quinque annos. Habes itaq; quadringentos octogintaquinq; annos, atque hæ sunt sexagintanouẽ hebdomadæ, de quibus à Daniele dictum est, id quod prolixius à nobis tractatum est supra. Christus baptizatus quando

Anno decimooctauo Tiberij Christus seruator noster crucifigitur, moritur, & tertia die à morte resurgit. Porrò post resurrectionem mãdatum apostolis suis dedit, ut per uniuersum orbẽ Euangelium prædicarent, id quod auspicati sunt facere statim à die Pentecostes, quando Christus crucifixus quando

do ſpiritum ſanctum è cœlo acceperũt, poſt aſcenſionem Chriſti uiſibilem in cœlum.

Eccleſia & ſpirituale regnũ ubi.

Eſt itaque uerbum Dei & ſpirituale regnũ, adeoq; Eccleſia credentiũ ſeu populus Chriſtianus iã non ſolũ in Iudaico regno, ſed in uniuerſo orbe, ubi ab Apoſtolis prædicatur Euangeliũ, & quò ſcripta ipſorum deferũtur. Nã promiſerat Deus operaturũ ſe per prædicationẽ uerbi. Proinde ubi docetur uerbũ, ibi neceſſe eſt eſſe aliquos qui pertinent ad regnũ Chriſti, in quo dominatur et operatur Chriſtus, iuxta illud: Ego ero uobiſcũ uſq; ad cõſummationem ſeculi. Huic autẽ Domino Chriſto ſeruatori noſtro & Deo uero laus, gloria, & gratiarũ actio debetur in ſempiternũ, Amen.

Iam uerò reliquum eſt, ut porrò oſtendamus quàm ingentes & graues inſultus paſſa ſit Eccleſia Chriſtianorum, cùm per externas hoſtiũ perſequutiones, tũ per hæreticos maximè, qui ſubinde Eccleſiæ concordiam impijs dogmatibus miſerè diſcerpſerũt, id quod longè maiorẽ cladem & contemptũ attulit Eccleſiæ, quàm ullæ externæ perſequutiones.

Stephanus quãdo lapidibus ſit obrutus.

Anno 19. Tiberij poſt reſurrectionẽ Chriſti lapidibus obrutus eſt Stephanus primus martyr, & eodem anno Paulus ad fidẽ conuerſus.

C. Caligula Cæſar quartus.

ANno mundi 3699. Romæ 791. Chriſti 38. C. Caligula Germanici F. Imperator

perator Romanorum quartus eligitur. Regnauit annos tres & menses decem, uita dissolutissima fuit, omnibus sororibus suis nefando concubitu stuprum intulit, tandem domestica coniuratione à præfecto sui exercitus trucidatus est. Caligula hic imaginem sui in templo Hierosolymitano collocari iussit, ut adoraretur, id quod & à Daniele prædictum erat. Dan. 9. g. Cũ uidebit Israël idolũ in templo collocatũ, tunc finis propè erit.

Sub hoc imperatore Herodes Agrippa rex Iudææ constituitur. Euseb.

S. Matthæus Euãgelium suũ Hebraicè cõscribit. Euse.

T. Claudius Cæsar quintus.

ANno mũdi 4003. Romæ 795. Christi 41. Claudi⁹ F. Drusi fratris Tiberij, Romanorũ Imperator quintus creatus, regnauit annos tredecim, et menses nouẽ. Veneno necat⁹ est. Huius imperij anno secũdo D. Petr⁹ Galilæ⁹ Romã uenit, iam post fundatas ecclesias Põti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ et Bithyniæ, quousq; impleretur annus quintus à resurrectione domini. Antiochenã etiã fundauit ecclesiam, an. do. 38. ubi & sedit annos 7. Deinde Romã ueniẽs an. domini 45. ibidẽ sedit annos 25. mẽses duos, & dies tres: ut si totũ Põtificatus ei⁹ tẽpus à Resurrectione Christi (quæ fuit die 5. Aprilis) usq; ad ipsius martyriũ, quod fuit die

29. Iunij, computemus: inueniamus omnes pontificatus eius annos esse 37. mēses 2. & dies 14. cū à prædicto die 5. Aprilis usque ad diem 29. Iunij intermedij sint præfati dies 14. & mēses duo supra 37. annos. Peruenit autem usque ad annum domini 70. ut ex dicta computatione probatur. Io. Luc.

Herodis Agrippæ regnū Claudius Cæsar confirmat. Ioſ. S. Iacobus frater Ioannis ab Agrippa decollatur. Act. 12.

Anno 46. fames ingēs terrarū orbē occupat. Act. 11. Suet. in Clau. Asiæ magna pars ad Christum à Paulo conuertitur. Act. 16.

Anno Christi 50. Maria uirgo deipara ad cœlū assumitur. Eus. Nicolait æ promiscuos cōcubitus docent, anno 51. Aug. in hæret.

Nero sextus Cæsar.

ANno mūdi 4017. Romæ 809. Christi 54. Nero priuignus Claudij, atq; ab eo adoptat⁹. sext⁹ Cæsar regnauit quatuordecim annos. Principio honeste uixit annos 5. postea ob intēperātiā morū & tyrānidē flagitiosissimus fuit. Matrē suā primū incestu cōtaminat, deinde illā, & cōiugē, & præterea multos præclaros uiros, inter quos & Seneca fuit, occidit. Tādem deficientibus ab eo præfectis suis, cùm quæreretur à Senatu Romano ad supplicium, fugiens seipsum interfecit, priusquā à militibus suis inueniretur, idq; contigit anno ætatis eius trigesi

trigesimosecundo. Atq; regnum Romanũ prorsus tunc a posteris & cognatis Augusti atque Liuiæ translatum est.

Ab hoc tyrãno Roma incẽsa per 6. dies ardet. Tac. Hic Cæsarũ primus ecclesiã grauissimè psequitur, adeo ut Christiani in latebris et speluncis quandoq; conuenientes conuenticula potius celebrarent quàm concilia. Eus.

Festus Felici in præfectura Iudææ succedit anno Christi, 57. & Albinus Festo, anno 60. Seneca Philosophus pius claret. Hier. in Cat.

S. Paulus an. 2. Neronis Romam captiuus perducitur. Act. 28.

Euodius primus post Petrũ Antiochiæ Episcopus claret. Eus.

S. Iacobus frater domini dictus, primus episcopus Hierosolymis lapidibus obruitur, inque eius locum Simon Cleophæ filiꝰ ecclesiæ præficitur. Euse.

S. Philippus in Scythia martyrij coronam sortitur. Vola.

S. Marcus Alexãdriæ præsul 8. Neronis anno interficitur, succedente sibi Aniano. Hiero. & Euse.

Cerinthus circũcisionem necessariã esse docet, et Christi regnũ post resurrectionẽ terrenũ futurum. Eus.

Neronis ultimo anno Diuꝰ Petrus cruci suf Petrꝰ crucifixus est Romæ, eodemq; die (teste Eusebio) ca cifixus.

pite truncatus est Apostolus Paulus. Et si supputes annos Pauli, prædicauit Euãgelium circiter annos triginta quatuor.

Cometa tẽporib⁹ Neronis uisus.

Temporibus Neronis apparuit cometa mẽses sex, præter morem cometarũ, qui tanto tẽpore uideri non solent. Antea quoq; sub Claudio uisus est cometa et soles tres, qui haud dubiè portẽdebãt tres propter principatum imperij breui concertaturos. Equidem ad eundẽ modum arbitror ingentem cometam illum significasse non solùm seditionem, sed immutationem in toto imperio Romano, & in primis lamentabile excidium regni Iudaici.

Anno Christi 71. Linus Tuscus post Petrũ Apostolum Papa Romæ constituitur, sedetq; an. 10. Iren. lib. 3. cap. 3. Constituit ne qua mulier nisi operto capite templum ingrediatur. Plat. Sab. Hic Petri acta conscribit, digladiationem eius cum Simone mago aperit. Euseb.

Hic à Saturnio Cos. Cui filiã a demonio uexatã curauerat, obtruncatus est. Valer. Ansel.

Sergius Galba 7. Cæsar.
Otho Sylurus 8. Cæsar.
Vitellius 9. Cæsar.

Sergius Galba. Otho. Vitellius.

INter hos tres concertatio fuit ob imperium post obitũ Neronis. Cæterũ Galba postquã 7. mẽsibus imperasset, insidijs Othonis in foro Romano iugulat⁹ est. Postea in Germania ab exercitu Vitellius Imperator creatus est, et co

pias

pias aliquot in Italiã trãsmisit, quibus obuiã profectus Otho, quatuor cũ illis pugnas cõmisit. ter uictor extitit, sed in quarto prælio fusus est eius exercitus. Et quãquã ultrò ad eum confluerent milites, tamẽ bellari diutius nõ uolebat. Etenim dixisse eũ ferunt, se publicã pacem priuatæ suæ uitæ & gloriæ anteponere. et quarto mense post mortuũ Galbam, seipsum pugione interfecit. Interea in Oriẽte in Iudaicis castris à militibus Imperator creatus est Vespasianus. misit is exercitũ in Italiã, à quo Vitellij copiæ fusæ sunt. Inde tumultus exorti sunt Romæ, & captus Vitellius religatis post tergũ manibus, & laqueo ceruici iniecto, in luto per plateas distrahitur, & tandẽ, ut cõmeruerat, mense 8. postquã est imperio potitus, occisus est. Nam talis erat, qui ferocis bestiæ magis quam hominis appellationem merebatur. Primus hic tumultus fuit, qui propter electionẽ in imperio post Augustum contigit.

Vespasianus 10. Imperator.

ANno mũdi 4032. Romæ 824. Christi 71. Vespasianus 10. Imperator creatus regnauit annos nouem, mẽses 11. dies 2. sapientiæ & honestate clarus, & dignissimus imperio princeps. Nam cum Caligula, Claudius et Nero non solùm omnem intemperantiam supræ modum in alijs toleraßent, sed ipsi etiam exercuißent, hic cõtrà uir Romæ modestiæ discipli-

nã, & honestas leges restituit. Auxit quoque non mediocriter imperium omnis generis cõmeatu, & in prouincijs necessaria subsidia recte dispositit. Præter hæc & medicis, & aliarum artium professoribus stipendia publica constituit Romæ.

De ultima deuastatione Hierusalem.

Titus Vespasiani filio, Hierusalem obsidet.

SEcũdo anno Vespasiani, Titus Vespasiani filius obsidere cœpit urbem Hierosolymitanam, cum pascha celebraretur mense Aprili, & postea diripuit atque exussit mense Septẽbri. Interea aũt temporis tanta calamitas fuit in urbe præ fame, seditionib⁹, et intestinis cædibus, quanta nũquam ulla in ciuitate fuisse legitur. Matres præ magnitudine famis coxerũt proprios filios, sed frustra, nam eos mili tes per uim auferebat, & deuorabãt, & matres interim inedia peribãt. Extiterũt multi, qui sibỹpsis mortẽ intulerũt. Scribit Iosephus fuisse in urbe circiter decies centena millia hominũ. Nam cum Pascha esset, magna admodum in urbem multitudo conuenerat. Adhæc quoq; qui in pagis passim habitabant per totam Iudæam, confluxerant simul in urbẽ Hierosolymam, non alia de causa, nisi quòd propugnaculo tam munitæ ciuitatis certissimã sibi salutis spem promittebant. Intã ingenti multitudine hominum maxima propemodũ pars fame,

fame, peste, ac gladio perijt. Titus sedecim millia Alexandriam misit ad seruilia opera facienda, non aliter atq; mancipia. Duo millia secum abduxit, quos in triumpho ostentauit, et in spectaculis publicis ferocibus bestijs lacerãdos obiecit. Sed quid multa? nullius hominis oratio satis esse potest ad tantam calamitatem exprimendã. Voluit enim Deus nouum quoddã & singulare exemplũ proponere hominibus, in quo cerni posset magnitudo iræ diuinæ aduersus cõtemptores pietatis. Etenim ferreum planè & adamantinum pectus esse oporteret, quod ad horrẽdum adeo exẽplum non exhaueresceret. Est autem omnino expendendum in hac historia, quòd si nulla erga hũc populum clemẽtia usus est Deus in puniendo propter impietatem, quem sibi peculiarem uocauit, quiq; extã sanctis & magnis patribus ortus erat, multo minus gentibus parcet. Et dum hæc minatur Deus, etiam misericordiæ & beneuolentiæ diuinæ significationem in eodem exemplo declarat, nimirum ut nõ dubitemus post euersum Iudaicum regnum, nos qui gentes sumus, reuera populum electũ, & filios Dei esse, si uerè in Christum credimus.

Exẽplũ magnitudinis iræ diuinæ.

Contigit hæc deuastatio Hierosolymæ anno secũdo Vespasiani, id uerò fuit post natũ Christum anno septuagesimo secundo, post passum Christum anno quadragesimo: à condito uerò

mũdo anno quater milleſimo trigeſimoquĩto. Et ſteterat hoc tẽplum poſt ſecundum Lõgia mani annum, quingentos uiginti ſex annos.

Portenderunt hoc excidium multa horribilia ſigna, quæ referre nos breuitatis ſtudiũ nõ ſinit. Toto fermè anno ſupra templum ardens gladius uiſus eſt. Id uerò ideò adiecimus, ne qs temere contemnat ſigna quæ diuinæ indignationis teſtimonia præ ſe ferunt, quibus ad pœnitentiã inuitamur, ut uel auertatur uel mitigetur diuina ultio: id quod ex miſericordia Numinis diuinitus contigit.

Circa hæc tẽpora Titus, Timotheus, Creſcentius diſcipuli Pauli Chriſtum prædicant. Euſe.

S. Maternus, Encherius & Valeri⁹ in Alſatia (ut quidã uolũt) Euãgelium annũtiant Möſt. Menander magus Simonis diſcipul⁹ oĩs fitiẽtes ſalutẽ in ſuo nomine baptizãdos cẽſet, xp̃m nõ uerũ hominẽ fuiſſe docet. Euſ. 3. ca. 26.

Titus undecimus Cæſar.

Titi Veſpaſiani humanitas.

ANno mũdi 4041. Romæ 833. Chriſti 80. Tit⁹ 11. Cæſar regnauit annis 2. Veſpaſiani filius fuit, p̃ditus omni genere heroicarũ uirtutũ, quare cõmendatus ab omnibus nominari ſolebat Amor et deliciæ humani generis. Porrò cũ ſenſiſſet machinari quoſdã cõtra ſe ut Cæſarẽã dignitatẽ conſequerẽtur, eos amicè moneri iuſſit ut ab inceptis huiuſmodi abſtinerent.

tinerent: nã ea in re omnes conatus uanos esse, et imperiũ Dei donũ esse, et illi cõtigere cui ipse largiatur. aliud nihil in eos tẽtauit asperius. Titus obiit, ut quidã putãt, ueneno necat⁹.

Post mortuum Linum tertius Papa factus est Anacletus Græcus Athenien sis.

Hunc Anacletũ quidã Cletũ uocãt, & anno 21. ecclesiæ. R.o. præfectum fuisse. Sedit aũ annis 12. Sunt tamen qui Anacletum alium à Cleto faciunt, qui Apostolicã benedictionem salutationis uice literis & populis offerre cœperit, & defunctorum sanctorum uisitationibus approbatis, Rom. Petri & Pauli uisitationẽ duorum annorũ ieiunio prætulerit, cui⁹ impeditores cẽsura notarit, et hũc Clemẽti de mũ substituunt. At nos (inquit Hẽricus Pãtaleon) S. Irenæum & Eusebium, qui apostolis mox successerunt, sequimur.

Hoc ferò tempore Achaia, Lycia, Rhodus & Thracia in puincias redactæ. Eus. in Chron. S. Lucas in Bithynia moritur. Hiero. in Cat. S. Bartholomæ⁹ in India, Mathias in Iudæa, Andreas in Scythia, Matthæus in Aethiopia, Thomas ĩ Bragmania hoc tẽpore coronã martyrũ pro magistro suo nãcisc̃tur. Sabellicus.

Ebionitæ a quodã Ebione facundo uiro orti, Christum ex uiro & muliere purum hominem natum docent, legẽ Mosaicam necessariò seruandã esse statuunt. Hilarius lib. 1. de trini.

Domitianus 12. Imperator.

Anno mundi 4043. Romæ 835. Christi 83. Domitian⁹ 12. Imperator Titi frater, regnauit annos 15. In Germania bella gessit, & potissimùm quidē contra Cattos, quos hodie Hessos appellamus. Incredibili intēperātia et [illegible]ānide magna usus est Romæ: quāobrem octauus est tandem anno ætatis quadragesimoquinto à Stephano quodā Domicillæ procuratore. Sueto. lib. ult. Expulit ex urbe Roma Mathematicos et Philosophos, persequutus est Christianos secūdus, eosque morte affecit Neronis exemplo. Euse. 3. ca. 26.

Hic Domitianus, deus & dominus primus à suis appellari uoluit. Eutrop. lib. 6.

Iosephus gentis Israēliticæ antiquas historias, et bellū Iudaicū cōscripsit. Hiero. in Catal.

Flauia Domicilla neptis cōsulis Flauij Clemētis Christianā se confessa, proscribitur. Eus.

Silius Italicus & Iuuenalis poētæ clarent. Volat.

S. Ioānes in Pathmon insulā relegatus, Apocalypsin uidet. Oros. 7. ca. 10. Eus. Idē Apostolus rogatus à fratribus Ephesi, conscribit suū euangelium cōtra Cerinthum, Menādrum et Ebionitas maximè.

Corinthiorum quidā noua fingentes, turbas dant in ecclesia. Iren. lib. 3. ca. 3.

Anacleto mortuo factus est Papa 4. Clemēs

Romanus

Romanus huius nominis primus, an. 93. sedit annos 9. menses 6. dies 7. usque ad diem 23. Nouemb. anno domini 102. uacat tũ sedes dies 21. Is Clemẽs Canones 30. apostolorum (ut uocant) cõscripsit, regiones urbis in octo Notarios diuisit, ut res martyrum diligenter conscriberẽt. tandem ad anchoram alligatus sub Traiano in mare proijcitur. Hiero. in Catal.

Nerua 13. Imperator.

ANno mundi 4058. Romæ 850. Christi 98. Nerua 13. Imperator electus, regnauit annum unum, menses quatuor, & dies nouem. Adoptauit Traianum, qui tum in Germania dux erat apud Coloniẽses. Obijt annos 65. & menses 10. natus.

Traianus 14. Imperator.

ANno mundi 4060. Romæ 851. Christi 100. Traianuus 14. Imperator regnauit annos 19. & menses sex. Primus hic inter alienigenas Imperatores fuit, erat enim non Italus, sed Hispanus genere, à Nerua adoptatus. Probitate adeò spectata fuit, ut postea semper quoties Imperator designaretur, publicis uotis optari soleret, ut felicitate Augustum, & probitate Traianum adæquaret. Cùm præfectum prætorio designasset, gladiũ ei in manum porrexit, hæc uerba subijciens: Vtere hoc gladio aduersꝰ hostes meos in iustis causis. Sin minus iustè egero, tũ in meipsum stringito gladium.

Traiani dictũ cũ ius gladij præfecto commendaret.

dium. Nunquam amplius patuit regnum Romanum atque Traiani temporibus, & præter exempla Cæsarum reliquorum unus latißimè Orietales regiones occupauit. In Hungaria et Germania maxima bella gesßit.

Ioãnes Apostol⁹ ex Pathmo rediens.

Traiani temporibus Ioannes Apostolus, qui pulsus erat à Domitiano, Ephesum redijt ex Pathmo insula. Si amorum numerum supputes, reperies docuisse Ioannem plusquàm annos 60. Deus bone, quantas calamitates uidit Ioannes tanto tempore, inter quas uel maxima fuit, excidium patriæ suæ urbis Hierosolymitanæ, ut interim præteream quàm grauiter cum multis iísque peruersis hæretics depugnârit. Etenim legitur, uenisse aliquando in balneum Ioannem, & reperisse Cerinthum hæreticum unà cum cõsortio suorum sedentẽ, inter quos Cerinthus acerrimè disputabat, impudentérque blaſphemus negabat Christũ Deũ esse. Atque surgẽs Ioãnes, monuit amicos suos, qui asidebant, ut unà secum abirent, nam nõ uelle Deũ amplius ferre blaſphemias tam impudentes. Ilicò uerò cum egressus esset, collapsa domus Cerinthum cum sua cohorte extinxit. Exemplum horrendũ est iræ diuinæ in eos qui manifesta impietate nomen Dei blaſphemãt, quàm illos non patiatur tandem inultos.

Cerinth⁹ hæreticus ruina dom⁹ oppress⁹. Exẽplũ ultionis.

Nerua senatus decreto inter deos relatus.

Dacia in prouinciam redacta. Eutrop. 8.

Terræmotꝰ quatuor urbes Asiæ, tres Galatiæ, duas Græciæ subuertit. Oros. lib. 7. ca. 12.

Imperator Armeniam, Assyriam & Mesopotamiam prouincias facit. Cassiod.

Philo Iudæus Alexandrinus illustris habetur. Hieron. in Catal.

S. Ignatius discipulus Ioannis apostoli præsulem Antiochiæ agit. Inde Romam perductus Anno Christi 109. bestijs obijcitur. Euseb. lib. 3. cap. 37.

Eustachius militum magisterio functus, ob Christi nomen cum uxore & liberis interficitur. Euseb. in Chron.

S. Simon consobrinus Iesu, præsul Hierosolymitanus anno ætatis suæ 120. martyr sit. Hieron. in Catal. Huic Iustus in officio succedit. Euseb. lib. 3. cap. 32.

Papias Hieropolitanus episcopus discipulus Ioānis floret. Hier. in Catal. Eus. 3. ca. 35.

Sabina Romana & Sapphira Antiochena pro Christo animam effundunt.

Mortuo Clementi succeßit 5. papa Euaristus in Græcia patre Iudæo natꝰ, anno Christi 102. quem alij Eucharistum uocant: præfuitque an. 8. Iren. lib. 3. cap. 3. Is titulos urbis presbyteris diuisit. Plat. Tandem sub Traiano martyrizatur. Euseb.

Euaristo defuncto sextus papa Alexan-

der

der patria Romanus primus huius nominis fa-
ctus est. Is impedientes legatum sacris interdi-
xit panem azymum, id est non fermentatum
in eucharistia sumi præcepit, aquam lustralem
profugandis dæmonibus instituit. Gratianus,
Platina, Sabellicus.

Christia-norũ per-secutio sub Tra-iano.

Sub Traiano iam tertiùm multi Christia-
norum adflicti sunt. Cæterùm decretũ postea
est, ut non protraherentur in iudicium, nisi ac-
cusarentur publicè prius, et tum pœnæ darẽt,
atque id contigit Plinij secundi imperij præfe-
cti beneficio. Periit Traianus prosluuio uen-
tris apud Seleuciam Isauriæ.

Adrianus 15. Imperator.

ANno mundi 4070. Romæ 871. Christi
119. Adrianus prænomine Aelius, 35.
Cæsar, annos uiginti regnauit. adoptatus est
à Traiano. Princeps magnæ prudentiæ fuit.
non bellis gerendis Traiani exemplo, sed publi-
cæ paci quæcũque occasione studuit, utque hoc
modo in optimam formã imperium restituit,
quare & summam apud omnes laudẽ meruit.

Adrianꝰ Cæsar as-tronomiæ peritus.

Post Augustũ nõ fuit alius Imperator proinde
utilis Romano regno, atque hic Adrianus. As-
tronomiæ eruditissimus fuit, et quotannis si-
bi ipsi prognosticon cõscribere solebat. Indoctos
literarũ professores exautorauit, sed suis bene-
ficijs aluit interim ne egerẽt, et eruditos ac uti-
les ad docendum in locũ eorũ substituit. Biblio-
thec.

thecas quoque insignes instruxit. in utraque enim lingua eruditissimus est habitus.

Adriani temporibus regnum suum restaurare cœperūt Iudæi, Messia etiam quodam ex suis reperto, sed uicit eos Adrianus, quanquam non sine magno negotio. Postea Hierusalē iussit reparari, & à suo nomine Aeliam dici. Iudei Messia quodā reperto sedition em.

Christianis grauiter primū aduersatus est, cōcitātes & adfligi eos præcepit. sed postea cùm eruditi quidam Christiani libellos scripsissēt ad Cæsa. clementem, qui etiammū hodie extat, commotus est, ac iussit neminem deinceps religionis causa cōprehendi. Adriani tia erga Christia nos.

Ptolemæus insignis Mathematic⁹ & Pha uorinus philosophus florent. Volater.

Imperator omnes ferè Imperij prouincias armata manu lustrat. Sabel.

Aristides pro Christianis scribens Imperatori apologiam tradit. Oros. 7. cap. 13. Hieronym. in Catal.

Basilides Alexandrinus Christum non in substantia carnis, sed phantasmate ab Araxa quodam uisum, & Simonē quendam eius loco crucifixum, impiè asserit, anno 124. Euseb. lib. 4. cap. 6. Augustin Catal. Hæret.

Alexādro succeßit septimus Pontifex Xistus Romanus primus huius nominis, Anno Christi 111. Sedit annis 9. Hic cani, Sanctus, in ecclesia instituit. Euse. 4. cap. 4.

Suetonius

Suetonius, Aulus Gellius & Plutarchus Cheronæus florent. Volat.

Traianus deus à Senatu censetur. Euseb.

Rufus Iudææ præses magnum numerum Iudæorum trucidat. Ioseph.

Cæsar Adrianus quartus ecclesiam persequitur. Euseb.

Barchochabas Iudæorum princeps Christianos permanẽtes in confessione fidei ad supplicia trahit. Euseb. eccle. hist. lib. 4. cap. 6.

Adrianus expulsis Iudæis Hierosolymam Aeliam à se nocatam Christianis habitãdam concedit. Euseb. 4. cap. 6.

Quirinus cum 10000. militibus Romæ pro Christi nomine moriuntur. Euseb. Anno Christi 130.

Agrippa Castoris cõtra Basilidẽ pro humanitate Christi 24. libros scribit. Hier. in Cata.

Aquila Põticus & Theodotion Ephesius ex Iudaismo ad fidem conversi, Biblia de nouo interpretantur. Hieron. in Catal.

Saturninus Antiochenus Menandri hæresim instaurat. Euse. 4. c. 6. Tertul. in hæret.

Xistus instituit ne sacra uasa à prophanis attingerentur, ne Episcopi à Pontifice uocati recipercntur à suis, nisi literas secũ ferant põtificias. Plat. Sab.

Valentinus, Cerdon & Marcion hæresim Basilidis approbant, uetus testamentum contemnunt,

temnunt, duos deos, unum iustum, alterum in iustū statuunt, à quibus bona & mala prouenire omnia. Hilar. lib. 6. de trinitat. Iren. lib. 3. cap. 2.

Post Xistū successit in Papatū Telesphorus Græcus, octauus, anno 130. hunc ferunt autorem fuisse ieiunij quadragesimalis. Sedit annis 10. Hic instituit ut die natali domini ter sacrificetur. Aegesi. Euseb. in Chron. Sab.

Telesphoro pontifici octauo defuncto succedit Hyginus Græcus nonus pontifex, Anno 141. qui sedit ann. 4. menses 3. hic Chrisma instituit, cum tres ad baptismum inuenit, templa solennibus cæremonijs dedicari uoluit: ne possent augeri uel minui nisi autore metropolitæ no antistite, decreuit. Ne metropolitanus præsul rem quenquam faceret, aut factum damnaret, nisi prouinciæ antistitibus prius iudicio admotis decreuit. Eusebius 4. cap. 10. Sab.

Anno Christi 140. Antoninus.

ANtoninus Pius 16. Imperator, adoptatus est ab Adriano, regnauit annos 23. et tanta quidem modestia ac studio pacis, ut sæpe feratur dixisse, Honestius esse à Cæsare unum ciuem seruari, quàm mille hostes occidi.

Idem Faustinam uxorem uita functam diuinis honoribus coli mandat.

Hoc tempore Galenus Pergamenus medicus doctissimus agnoscitur. Volat.

Polycarpus discipulus B. Iohannis episcopus Smyrnēsis cognoscitur. Iren. Iustinus uir doctissimus pro fide Christianorum librum componit. Hieronym. in Catal.

Aegesippus historiam ecclesiasticam contexit. Hieronym.

Marcus primus Episcopus Hierosolymorum ex gentibus. Euseb. lib. 4. cap. 6.

Crescens Cynicus Iustino Christiano philosopho persecutionem suscitat. Euseb. in Chron.

Pius Aquiliensis Hygino Pontifici nono decimus succedit anno. 144. Sedit ann. 11. mens. 4. Hic baptismum & Eucharistiam sacramenta decoranda cēset, ne panis sacratus terram, lignum, aut linteum attingeret uetuit: uirgines sacrari ante ann. 25. & extra diem Epipha. prohibuit. Pascha ad diē dominicam celebrari decreuit: sacrilegij qui fundos aut homines ecclesiæ attingerent notauit. Plat. Volat.

Imper. Antoninus prouincialibus Asiaticis scribit pro Christianis. Euseb. historiar. eccles. 4. cap. 13.

Photinus Episcopus Lugdunensis claret. Hiero. in Catal. Felicitas cū septem filijs fortiter pro Christo animam efflat. Sab.

Polycarpus Romam uenit, Christianos confirmat. Euseb. 4. ca. 14. Idem Philippenses epistola animauit. Iren. lib. 3. cap. 3.

Antoninus septuagenarius febricitans obijt in

in villa sua Loro.

Pio pontifici 10. Anicetus Syrus succedit 11. Anno 154. sedet an. 11. mens. 4. Euseb. 4. cap. 11. Hic comam & barbam primus Clericis interdixit: ne antistes ullus à paucioribus quam tribus sui ordinis sacraretur uoluit: utq; metropolitano consecrando ex tota prouincia episcopi adesent, decreuit. Plat. Sabel.

Necdum Christiani conuenire & publicitus religionis controuersias componere ausi fuerunt.

Anno Christi 163.

MArcus Antoninus philosophus decimus septimus Imperator, regnauit ann. 19. Is cum fratre Lucio Vero æquo iure administrauit Imperiũ, & duo hi primùm simul Imperatores fuerunt. At Verus non multo tempore uixit in imperio. Marcus & uirtute & eruditione iuxta fuit insignis. Bella quoq; gessit in Germania cõtra illos qui Morauiam & Sileſiam inhabitabant, et aduersus Vandalos quoq;. Multas præclaras leges conscripsit, quæ adhuc extant in Pandectarum libris. integros quoque libros edidit, quos uidimus nos. Marcus Anton.

Porrò huius temporibus Ptolemæus astronomus uixit, cuius meritò hic mentionem faciemus. Nam Deus uoluit tam insignes disciplinas per hunc uirum usque in hæc nostra tempora conseruari. Neq; uerò Ptolemæus hic rex Ptolemæus astronomus.

Aegypt⁹ ornata disciplinis Mathematicis.

erat (nam tum desijt Aegyptus habere reges) sed in Aegypto apud Alexãdrinos philosophos erat. Ornauerat enim Deus Mathematicis disciplinis Aegyptum iam inde à Iosephi Iacob Patriarchæ filij temporibus, per quem eas primùm accepit Aegyptus & retinuit usque ad hunc Ptolemæum: id uero est circiter duo millia annorum. Nam primùm Alexander, deinde & Romani summo in pretio habuerunt Aegyptum hoc nomine: & ne perirent tã præclaræ artes, maximos sumptus impẽderunt ad conseruandam scholam, quæ tum demum extincta quoq; est, quando translatum à Romanis regnum Aegypti, à Mahomete miserè desolatum est. Cæterùm ut relquiæ saltem aliquæ restarent artiũ tam necessariarũ, uoluit haud dubiè Deus per hunc uirum eas ueluti in ordinem redigi, ut conseruarentur apud posteritatem, quo nomine summæ à nobis gratiæ debentur Deo. Mahomistæ uerò quàm nihil habeãt in se dignum humanitatis uocabulo, imò uerò quod bestiæ magis quàm homines dici mereantur uel inde apparet, quod tam uetustum gymnasium, quod iam supra duo annorum milia floruerat, conseruatum à tam præclaris principibus, in quo omnis generis sapientia & disciplinæ non sine summo beneficio diuino tradebantur, aboleri & perire uolebant.

Schola Alexãdrina.

Mahometistæ.

Antoninus quintus persequitur Christianos,

nos in Asia & Gallia maximè habitantes. Eusebius.

Germaniæ bellum à Romanis infertur. Herodotus.

Polycarpus, Iustinus, Papilus in Asia, Photinus sanctus, Maturus, Attalus, Blandinæ & multi alij in Gallia martyrij coronam reportant. Eusebius libro 4. capite 15. & 5. capite 1.

Irenæus Polycarpi discipulus in sacerdotio Lugdunensi Photino martyri succedit. Euseb. libro 5. cap. 3. Syrenus tres naturas & principia fingit. Augustinus. Alcidiades dum solo pane & aqua uiuere uolebat, ab Attalo martyre castigatus ad uiam redijt, creaturisq; Dei usus est. Eus. 5. cap. 3.

Carpocrates Christum non ex Maria uirgine, sed ex semine Ioseph purum hominem natum docet: uirum quidem bonum & sanctum fuisse affirmat, cuius anima post crucifixũ corpus in cœlum sit recepta. Euseb. 4. cap. 7.

Aniceto pontifici 11. succesſit Soter Fundanus ex Campania ortus, pontifex 12. Anno Christi 173. sedit annos nouem, mens. 3. Hic statuit desponsatos in matrimonium publicè coram ecclesia copulari, & nuptias in celebritate fieri ac benedici. Ne ministerij causa thus acerræ imponeretur, dum res diuina fieret, statuit. Volater. Sab.

Soteri defuncto Eleuterius Nisopolitanus pontifex 13. anno 182. suffectus, rexit ecclesiam Romanam ann. 15. Iren. libro 3. capite 3. Statuit hic contra Seuerianos, ne quis Christianus aliquem cibum quo uescerentur homines, superstitionis causa abominaretur: ne quis priuaretur sacerdotio, nisi accusatus & criminis conuictus: & ne reo absente secundum accusatorem ullum fieret decretum. Euseb. lib. 5. cap. 6. Volater. Sab.

Britanniæ pars omnium terrarum prima publicè fidem Christi suscipit anno 180. Euseb. Sab.

Montanus & Apelles Cataphrygarum hæresim spargunt: docent Christum non uerum fuisse hominem: matrimonium dissoluunt: legem primi Testamenti ponunt 6. Euseb. lib. 5. capit. 15. & cap. 18.

Antoninus philosophus in Pannonia morbo interit. Herod. lib. 1.

Anno Christi 181.

Cõmod° COmmodus filius Antonini 18. Cæsar, imperauit annos 13. & crudelitate plurimùm Noronem adæquauit.

Iulius Pollux claret.

Apollonius orator & Senator Romæ pro Christiana fide decollatur. Eusebius lib. 5.

Perennius præfectus Commodi imperatoris obtruncatur. Herod. 1.

Impera

Imperator Colossi capite sublato suæ imaginis caput imponi iussit. Lamprid.

In ecclesia passim quæstiones oriuntur de obseruatione Paschatis. Euseb.

Cõmodus Imper. nunc Hercules, nunc Deus uult uocari: tandem uerò à suis in domo Vestiliani strangulatur. Herodotus 1.

Victor Apher, Eleutherij in papatu successor fuit 14. anno 193. (ut aũt uolunt, anno 197.) sedit ann. 10. Hunc quidem sub Commodo martyrem faciunt. Sanxit hic, ut omnibus indifferenter baptisma adhiberetur, utq; Pascha à 14. luna Martij ad 22. (contra morem Iudæorum) celebraretur, idque die Dominica.

Victorem hunc in [illegible] causus est Irenæus, quia fratres in Asi[illegible]atis celebratione à se dissentientes excommunicare, atque à sua ecclesia diuidere statuerat. Euseb. lib. 5. cap. 20.

Anno Christi 194.

AElius Pertinax 19. Imperator iam septuagenarius creatus, bene regnauit mẽses sex. Confossus est à Iuliano, qui Cæsareum nomen à militibus emit. Aelius Pertinax

Anno Chrsti 194.

DIdius Iulianus 20. Imperator regnauit menses septem. Iuris doctissimus fuit, oc Iulianus. Didius cisus est à Seuero.

Anno Christi 195.

Seuerus Imper.

SEuerus II. Imperator sublato Pescenio Nigro regnauit annos octodecim. Hic uarijs periculis restaurauit collapsum imperium.

Hic Seuerus persecutor Christianorum sextus Arabiam felicem uastat, Parthorum regem fugat. Herod. 7. cap. 17.

Zepherinus Romanus pontifex 15. anno Christi 207. sedit an. 8. Hic calicem ad sacrificia qualis est instituit initiatis & prophanis (sic laicos uocarunt) astantibus. Leuitas & sacerdotes ordinari noluit: omnes Christianos pubertatis annos egressos ad minimum semel (utpote Paschali die) in anno eucharistiã sumere præcepit. Euseb. 5. cap. 28. Platin.

Persecutio Christianorum ingens in hæc tempora Alexandriæ incidit. Oros. 7. capite 17.

Leonides pater Origenis cum multis Christianis Alexandriæ obtruncatus, atque à filio puero adhuc per epistolam in uinculis confortatus. Euseb. 6. cap. 3.

Hierarchas lucernam de lucerna, & lampadem de lampade in duas partes distinguẽs, errat in nauitate filij in diuinis. Hilar. libr. 6. de trinitat.

Albino qui se in Gallia Cæsarem fecerat, superato, Seuerus in Britannos bellum transfert, in qua expeditione Eboraci moritur septua

ptuagenarius. Herod. lib. 3

His temporibus Origenes fuit, qui Alexandriæ sacras literas professus est, cuius libri posthea reiecti sunt, quòd disputationes inutiles & allegorias superuacaneas inuexit. Postea receptum est uulgo philosophiam Platonis sacris literis immiscere, unde plurima incommoda in Ecclesiam irrepserunt. Nam Platonis philosophia planè remota est à communi usu & contra, Aristotelis philosophia pulchro et recto ordine constat & si uere usurpetur & intelligatur, plurimùm sanè utilitatis adferre potest Christianis qui eruditi sunt.

Origenes professor Alexandriæ.

Platonis philosophia.

Aristotelis philosophia.

Anno Christi 213.

ANtoninus Basianus Caracalla 22. Cæsar regnauit sex annos. Fratrem germanum suum Getam in gremio matris occidit: nouercæ suæ coniugio cupidus est. Postulauit à Papiniano Iurisconsulto, ut parricidium in fratre admissum excusaret, ad quod responsum à Papiniano est, Nō perinde facile esse defendere parricidiū, atque perpetrare. Quamobrem & occidi iussit Antonius Papinianū, qui dignus erat Iurisconsultus haberi, nimirū qui iustitiæ & honestatis nomine, uitæ periculum maluit subire, quàm factum inhonestum probare. Non multò pòst tēpore cùm uicissim Vltionis quoq; occideretur Cæsar Basianus, meritas exēplū suæ tyrannidis pœnas dedit.

Antonius Basianus Caracalla.

Papinianus.

Antoninus Persas prælio uicit. Herod. Circa hoc tempus Clemens Stromatum author Alexãdriæ Christum docet. Hieron. in Catal. & Antoninus omnem iuuẽtutem ibi propter dicacitatem interfecit. Herod. lib. 4.

Zephyrino successit in Pontificatu Calistus Romanus decimus sextus Pontifex, anno Christi 214.

Sedit an. 6. Hic frumẽti, uini, & olei gratia, quatuor temporum (quæ Angariæ dicuntur) ieiunia ordinauit. Eos hæreticos iudicauit, qui negarent sacerdotibus post crimen admissum patere ad dignitatem reditum. Idem cœmiteria instituit. Pla. Sab.

Hoc tempore Berillus Bostrenæ urbis in Arabia episcopus Christum non ante carnis natiuitatem fuisse, & patris deitatem in eo tãtum habitasse impiè asserit. Hunc Origenes deuicit, atque ad ecclesiam reduxit. Euseb. lib. 6. cap. 21. & 33. Hieron. in Catal.

Anno Christi 220.

Macrin. OPilius Macrinus 23. unà cũ filio Diadumeno regnauit nõ amplius unũ annũ, mẽses duos. Vterque obtruncatus periit.

Anno Christi 221.

Varus Heliogabalus. MAreus Aurelius Antoninus Heliogabalus 24. Imperator, imperauit annos quatuor, nullã de se nisi fœdissimæ bestiæ memoriam reliquit, tandem à militibus necatus est.

est. erat is filius Caracallæ notbus.

Anno Christi 225.

ALexãder seuer⁹ 25. Imperator, Mameæ filius, regnauit an. 13. clementissime. Bassiani filium fuisse tradũt. Cæsar creatus est nõ amplius anni [illegible]s, designatus per milites, & id ratũ suo consensu Senatus fecit. Ob uirtutis studium magnæ eius laudes prædicatur. In rebus omnibus unius Vlpiani Iurisconsulti consilio usus est, & præter hunc unum neminem solum in colloquium admisit. Id ueró indigne ferebant milites, uel ea potissimum causa, quòd ex huius uiri consilio a Cæsare in officio retinebantur durius. Et cùm hoc nomine irruentes semel in Vlpianũ mortem illi minitarẽtur, prosiliit Cæsar, & suum corpus periculis Vlpiani interposuit, & suo eũ pallio texit: ut intelligerent milites, salutẽ Vlpiani Cæsari curæ esse. Insigne hoc erat uirtutis imperatoriæ exemplum, quo significatur clare, maximos principes uitã & corpus suũ pro iustitia & æquitate conseruanda postponere debere. Alexander Severus. Vlpianus.

Optimus hic imperator, præter Vlpianum, alios etiam optimos uiros, Pomponium, Hermogenem, aliósque doctissimos Papinianı discipulos secum in aula habuit: primusq; imperatorum erat qui bene de Christianis sentire cœpit. Lamprid. in Alex.

Hoc tempore Tertullianus Apher illustris hab-

habetur: cuius insignis pro fide labor ad nos usque peruenit. tandem uerò in Montanam hæresim collabitur. Hiero. in Catal. Aliam porrò hæresim tum pullulantem, quæ animam cum corpore interire statuebat, Origenes expulit. Euse. 6. cap. 34.

Alexander Imp. Artaxerxem Persarum regem fudit, uicit, ac cecidit. Lampri. Disciplinarum professoribus annua constituit Romæ salaria. Sab.

Origenes Alexandrinæ ecclesiæ doctor & successor Clementis constituitur. Ab hoc ecclesiæ collegiatæ ortæ sunt. Euse. lib. sexto, capite tertio. Hieron. Is Origenes inæqualitatem trinitatis filij & spiritus sancti docet, & diabolum aliquando saluandum arbitratur, erroneè. Augst. Hieron.

Alexander in Germaniam profectus, Moguntiæ militari tumultu occiditur.

Calisto successit papa 17. Vrbanus Ro. sacerdos huius nominis primus, anno Christi 220. sedit annos quatuor. Hic ecclesiæ uasa aurea & argentea esse uoluit: fundos & agros à fidelibus ecclesiæ oblatos accipiēdos statuit. prædia clericorum communia, atque fructus uirtim diuidantur, constituit. Plat. Sab.

Anno Christi 237.

Maximinus Germanus

MAximinus 26. Imperator regnauit an. 3. Is cū iuuenis esset, in Thracia pastor fue

fuerat, postea militiam sequutus est, & ob inusitatam magnitudinem corporis, quam cum singulari audacia coniunctã habuit, eò sensim progressus est, ut Cæsar ab exercitu sine omni autoritate Senatus electus sit. Is itaq; cum filio tribus annis regnat. Septimus piorum persecutor. Germaniã domuit usq; ad Hercyniã syluam, & superiorem eam partem usque ad Francos. Magnam tyrannidem exercuit, quã obrem & contra eum alios Imperatores designauit Senatus Romanus. Et hoc nomine aliquoties inter ipsos Romanos pugnæ commissæ sunt, in quibus iunior Gordianus trucidatus est, & natu grandior Gordianus laqueo sibi ipsi uitam abstulit. Postremò autem Maximinus unà cum filio suo trucidatus est Aquileiæ à militibus.

maniam domuit.

Hoc tempore Ammonius Philosophus pius Alexandriæ floret. Hieron. in Catal.

Vrbano Pontifici successit P. 18. Pontianus Ro. sedit an. 9. Hic statuit ut psalmi die noctuq; per omnes ecclesias decantarentur: & ut ante missæ celebrationem sacerdos, Confiteor deo omnipotenti &c. præmitteret.

Pontianum secutus est Antherus Græcus P. 19. anno Christi 234. sedit annis 5. Is statuit nullum posse fieri Romanum antistitem, nisi prius episcopus fuerit: & quòd episcopi utilitatis aut necessitatis gratia (si consentiat Ponti

fex)

fex) poſsint ad alios epiſcopatus trãsferri. Notarios inſtituit ad res martyrum ſcribendas. Volat. Sab.

Anno Chriſti 241.

Gord'. GOrdianus iam octogenarius 17. Imperator regnauit unà cum filijs annos ſex. Imperator à Senatu deſignatus eſt unà cum Pupieno & Balbino aduerſus Maximinum. Pupienus & Balbinus cùm recuſarent omnia indulgere militibus quæ poſtulabant, ab ipſis trucidati ſunt Romæ, atq; hac occaſione Gordianus iunior imperio ſolus potitus eſt. Victoriam à Perſis in Oriente reportauit, & pleraſq; urbes imperio reſtituit. Cæterùm cùm inedia pateretur exercitus, Philippus Imperator factus eſt, cuius iuſſu trucidatus eſt Gordianus.

Eclipſis ſolis maxima.

Gordiano Imperatore facto tantæ magnitudinis Eclipſis ſolis contigit, ut interea dum duraret, lumimbus incenſis uti neceſſe fuerit. Quin etiam terræ motus fuerunt, quibus perierunt & urbes nonnullæ.

In papatu ſucceſsit Anthero FABIANVS Romanus P. 20. anno Chriſti 239. ſeditq; annis 13. Ab hoc primus imperatorum baptizatus Philippus, Chriſti fidem amplexus eſt. Oroſ. 7. cap. 20. Euſe. 6. cap. 34.

Fabianus ſtatuit ut omnis Chriſtianus ter in anno Euchariſtiam ſumeret: ut quotannis chriſma inſtauraretur, uetere cõſumpto:

ut

ut sacerdos in sacro non prophano foro accusa
retur. Vetuit ne quis consanguineam ad quin-
tam sobolem usque uxorem ducat. Euse. cap.
29. Plat.

Hoc tẽpore Helchesaitarũ hæresis irrupit,
quæ scripta S. Pauli, & alia quædam à Spiri
tu sancto tradita negat. & hãc Origenes de-
uicit. Euse. 6. cap. 38.

Primum schisma ecclesiæ à Nouato hæreti
co ortum Romæ, à Fabiano & 60. episcopis
tollitur, anno 249. Euseb. Sab.

Anno Christi 247.

PHilippus 28. Cæsar regnauit annos quin-
que. Genere Arabs erat, & multis annis
exercitui præfuerat. Euexit hic ad imperij ad
ministrationem simul filium suum Philippũ.
Vterque autem Decij opera interfectus est ob Philipp⁹
susceptũ baptismũ, & professionem Christiæ Cæsar,
ni nominis. Ita enim mutuis inter se cædib⁹ sæ primus
uierũt Imperatores permittẽte Deo, ut meri- inter Cæ
to nobis metũ terroris diuini incutere debeat. sares bap
Agitur sub horum Imp. anno secũdo, Chri tismo in-
sti annus 248. millesimus annus conditæ Ro- signitus.
manæ urbis, qui magnificentissima pompa
ludorum secularium celebratus est.

Anno Christi 252.

TDecius, 29. Imperator interfectis Phi- Decius.
lippis regnauit duos annos, octauus ec-
clesiæ persecutor. Fuit is alioqui nõ minus pru

dens

dens princeps, q̃ miles strenuus, filium quoque secum una in imperiũ euexit, ambo cæsi sunt à Gothis postquam in Thraciam irruperant, & deinde Hungariã uersus sese conuerterãt. Etsi aũt & antea quoq; cũ Gothis barbaris res fuerat Romana, tumẽ hîc libet initia historiæ Gothorũ auspicari. Etenim habuerũt tũ exercitum circiter trecenta millia, & memorabile facinus perpetrarũt in Decio uincẽdo principe adeò strenuo. Sed Deus ulcisci tandem uoluit eam tyrannidem, qua publico edicto proposito omnes Christi cultores necari iussit. Fabianum Pontificem, & Cyprianum in Africa, et multos alios sanctos uiros morte adfecit. Proinde Gotthi aliæq; peregrinæ gentes, irruptione facta totum regnum Romanum dilacerunt, ob effusum sanguinem Christianorum. Et hæc futurã esse uaticinata Sibylla est. Ad hæc clare quoque in Apocalypsi expressa sunt.

Gothicæ historiæ initium.

Vltionis exemplũ.

Cyprianus martyr.

Fabiano successit 21. Papa Cornelius Romanus, qui damnauit hæresim Nouati de peruersa doctrina pœnitentiæ. Docebat enim Nouatus, post baptismum acceptũ relapsos in peccatum, redire ad salutem non posse, & errore hoc impio multos ad desperationem adegit, & Ecclesiarum concordiam disiipauit.

Nouatiĩ hæresis dãnata.

Cornelius pontifex anno sedis tertio à Decio occiditur. Statuit is pontifex ne quis à sacerdote, nisi pro fide, exigeret iuramentum.

Hic-

Hieron in Catal.

Serapion, Metranus, Iulianus, Maccarius, Isidor⁹, Zenon, Theophil⁹, Apollonia et Dionysia, & multi alij martyres fiũt. Eus. li. 6. ca. 41.

Anno Christi 254.

Vibius Gallus Hostilianus 30. Imperator regnauit annis duobus unà cùm filio suo Volusiano. Decio enim in uoragine paludis absumpto, Gall⁹ ab exercitu Cæsar salutatus est. Fuit & hic Christianorum persecutor. Postea à militibus ambo interfecti sunt. Vibius Gallus. Volusianus.

Post Cornelium põtifex 22. factus est Lucius. sedit is an. 3. & statuit ut duo presbyteri, tres diaconi Episcopũ sequerẽtur, ut uitæ illius testes essent. Hunc Valerianus martyrio affecit.

Anno Christi 256.

Valerianus Cæsar 31. præfuit cum Galieno filio imperio an. 15. in Germania superiori Cæsar ab exercitu electus est, & id Senatus confirmauit. Erat enim ex nobilissima familia Romæ natus, & strenuũ se in Germania gesserat. Tandem apud Persas à rege Sapore capt⁹ est, et in turpissima seruitute uixit. Erat enim rex barbar⁹ tanta insolẽtia et inhumanitate, ut capto Cæsare sellæ loco uteretur, & Valeriani prostrati tergum calcaret equũ ascẽsurus: cæterũ dignas uicissim pœnas dedit Sapores Odenato duci Romanorũ. Valerianus Cæsar. Sapores Persarũ rex. Insolẽtiæ magnæ exẽplum. Odenatus.

Sub Valeriano noua persecutio Christiano

rum recrudescit. Itaque multi Christiani hoc tempore metu mortis fidem abnegãt, quos postea pœnitentes ad Christum catholici receperunt. Euſ. 6.

Lucius papa à Valerio martyrio coronat° eſt.

Sabellius Pentapolitanus filium dei negat fuiſſe Chriſtum, nec primogenitũ omnis creaturæ. Idem S. Spiritus omnẽ tollit intellectũ. Euſ. lib. 7. ca. 4. & 5. Hilar. lib. 6. de trinita.

Galien°. Galienus Valeriani filius occiſis undique Cæſaribus, Macrino, Valente, Odenato, Victorio, pace iam tãdem Chriſtianis data, poſt captum patrem ſolus regnauit annos nouem. Eruditus in bonis artibus fuit, ſed immodico luxu & crapula diſſluens, ſeguiter adminiſtrauit regnum, unde plurimis regionibus ſub eo diminutũ eſt. Interea in Germania exercitus Præfectus Poſthumus erat, qui ob ſingularem in officio ſuo faciendo ſedulitatem ab exercitu Cæſar creatus eſt. Cæterùm cùm copias ſuas miſiſſet Galienus cõtra Poſthumũ, parauit inter cæteros in expeditionẽ Francos, atque ex hac occaſione primum omnium ad bellum concitati ſunt Franci, qui poſtea etiã cùm per inſidias & proditionẽ perũſſet Poſthumus ſemper in armis manſerunt, id quod infrà dicemus, quando de Carolo tractatio incidet. Obiter autem indicare hæc uoluimus ſub compendio, ne ignorare poſſit Lector qua

Poſthumus.

occa

occasio fuerit Francis propter quam Romanis se opposuerunt primùm, & postea & in Germania & Gallia facti sunt potentiores. Itaq; ad hunc modum primùm Gotthi cœperũt devastare regnum Romanum, postea Franci, ac deinde alij etiam populi, ut interim taceam de ea clade, quæ à Persis orientalibus est illata.

Anno Christi 271.

FLauius Claudius occiso Galieno Mediolani imperator 32. electus, regnauit annos duos. Hic maximas laudes ob insignes & uerè heroicas uirtutes meruit. Quare simul ei à Galieno ante obitum, deinde ab exercitu, et a Senatu pari cõsensu delatum est imperium: cui omnis duobus præfuit. Incredibiliter contra Gotthos in Hungaria & Maecedonia pugnauit, & uictoria semper potitus est etiam Germanos qui in Italiã irruperãt, superauit. Restituit & Aegyptum imperio. Verũ inuiderunt fata uitã lõgiorẽ Claudio, fortasse quòd indigni erant Romani tanto principe. Nã colabi iã debebat sensim Imperiũ Romanũ, qđ nõnihil reparatũ & restitutum est per Claudium, et tres ac quatuor alios successores eius. Ex genere huius Claudij Constantinus Magnus natus est, id quod postea ostendemus.

Lucio in papatu successit Stephan⁹ prim⁹ huius nominis, Romanus, papa 23. Anno Christi 257. & sedit an. 8. Hic pœnitentes non re-

baptizãdos censet. Contrà Cyprian⁹ Carthagine conuocatis Episcopis Aphricæ, concludit Hæreticos rebaptizandos esse, anno 260. Eusebius 7. capite 3. & 5.

Stephani successor fuit 24. Papa Xistus (q & Sixtus) Athenien sis, secundus huius appellationis, an. 265. & sedit an. 2. Hic constituit ne sacerdos aut leuita sacra ueste nisi in sacro loco uteretur. Rebaptizandos censebat hæreticos. Dum ad supplicium traheretur cum sex diaconis, S. Laurentio thesaurum pauperibus dispensandum tradidit. Volaterranus, Sab.

S. Laurentius diaconus, Claudius, Seuer⁹, Crescentius, Hippolytus & Romanus martyribus adduntur. Sab.

Xistium secutus est 25. Papa Dionysius Romanus, anno 267. Is instituit ne insanus aut hæreticus quenquam incusare posset. Volater. Hoc tempore Nepos episcopus Aegypti, regnũ Christi mille annorum terrenũ & Epicureũ futurum docet. Eus. 7. cap. 24.

Dionysiũ Felix papa 26. secutus est. Eus. 7. ca. 30. Hic altarium consecrationem instituit: in loco tantũ sacro sacrificari uoluit: & ne is nisi initiatus sacrificaret, uetuit. Si templi dedicatio ob uetustatem in dubiũ ueniret, iterũ dedicandum censuit. Idem annua sacra martyribus excogitauit. Plat. Sab.

Anno

Anno Christi 273.

AVrelianus 33. Cæsar, regnauit annos quinque, & menses sex. Propter excellētes uirtutes in re militari à Claudio ad imperium euectus est. Francos graui pugna non longè à Moguntia uicit, postea & Gotthos similiter in Illyrico. Ad hæc quoque in Oriente reginam Zenobiam superauit, & in triumpho Romam duxit: quæ supra naturam muliebrem maximas res gessit, & magna bella intulit Romanis.

Aurelianus.

Franci pugna uicti.

Zenobia regina.

Meretur & inde non uulgarem laudem, quòd in exercitu & inter milites modestiā et disciplinam militarem firmiter semper seruatam uoluit. Accidit enim ut miles per uim stuprum inferret hospitæ suæ: quod ubi resciuit Aurelianus, grauissimo supplicij genere adulterū puniri uoluit. iussit arbores duas è summo curuari in terram usque, & utriusque ramis stupratorē alligari, ac deinde solutis magna ui iterū sursum tēdētibus discerpi iuuenē. Fuit & hic Aurelianus decimus acerrimus Christiani nominis persequutor. Eus. 7. ca. 30.

Stupri grauis ultio.

Quintilius frater Claudij à Senatu augustus dictus, occiditur. Eus.

Paulus Samosatenus præsul Antiochenus Artemonis et Ebionitarum hæresim reuocat: negat filium dei è cœlis descēdisse, sed Christū à Maria in terris ortū. August. in Catal. Hæ-

ret. Sed hæc hæresis cũ suo authore Antiochiæ omnium episcoporum suffragijs damnatur. Anno 274. Euse. Sab.

Cæsarius, Eusebius, Iulianus, Tyrasius, Felix, Maurus, Quirinus tribunus, Valentinus presbyter, Theodora, et Cyrilla Decij imperatoris filia martyrij coronã nanciscuntur. Euse.

Marcion Mõtani & Apellis hæreses restaurat, Christum non uerum hominem esse asserens. Euse. Aug.

De Manichæis Hæreticis.

STatim post prædicatum Euangelium sectæ et dissensiones inter Christianos exortæ sunt. Verùm in hoc libello animus non fuit singulorum erroneas opiniones referre, sed tãtũ maximas hæreses uolui cõmemorare, quæ multas magnasq; regiones & urbes infecerũt sua cõtagione et conturbarũt, ut cognoscat lector pius, nihil in rebus humanis pestilentius esse praua doctrina, atque adeò etiam omnes hæreticos seditionis cupidos esse, neque affectare aliud, quàm ut errorem suum seditione & tumultu publico tueantur, & latissimè propagent. Nam Sathan autor eorũ mendax pariter & homicida est. Vtrunq; enim in omnib⁹ schismaticis palam est qui simul falsa docent, & cædem per seditiones & perturbationem rerumpublicarum excitare solent.

Hæretici seditionis cupidi.

Manes ex Persia.

Aureliani tẽporibus Manichæi hæretici primùm cœperunt, & horũ autor Manes fuit, ex

Persia oriundus. Latissimè hic primum apud Arabas, deinde in Aphrica virus suũ sparsit, quod tanto successu propagatum est, ut postea per annos ducentos sopiri nõ potuerit. Caput doctrinæ eorum erat, duos Deos esse, alterum bonũ, alterũ malum, & utrumque iuxtà æternũ. Probabilis visa est hæc doctrina rationi humanæ. Nam cũ Deus natura bonus sit, & interim malum tantã uim habeat: necessariò et Deũ esse peculiarẽ, qui malorum autor esset, potẽtia & æternitate alteri Deo æqualis. Præter hæc & alias habuerũt opiniones quas docebant, Christum non esse uerum Deum: neq; etiã recipiebãt Apostolorum libros, sed sua dogmata singularia cõminiscebantur, quæ Christi Euangelium quoque uocabant. Gloriabantur et de peculiaribus illuminationib⁹ è cœlo, dicebãtq; se donare spiritũ sanctũ. Instituerũt & cerimonias peculiares, ut sunt ci ciborum delectu, matrimonia interdixerũt, affirmãtes per hæc cõtingere spiritũ sanctũ. Docuerũt & reiciẽdã esse ciuile potestatẽ nã matrimoniũ, & rerũpublicarũ gubernationẽ ex malo Deo prouenisse, non à bono Deo esse cõstituta. Nostra ætate in hanc hæresim planè prolapsus erat Thomas Monetarius apud Thuringios. Manichæorum doctrina. Thomas Monetarius.

Anno Christi 279.

TAcitus occiso in Græcia Aureliano 34. Imperatõr regnauit mẽses sex, optimè. Tacitus.

A. Florianus frater Taciti, 25. imperat, mēs. 3.

Probus.

PRobus 36. Imperator imperauit annos sex, & mēses quatuor. Commemoratur hic inter laudatißimos principes. electus à militibus est, & confirmatus à Senatu. Francos & Thuringios uicit, & in huius imperatoris annalibus prima Thuringicæ gentis mētio facta est.

Thuringiorū prima mentio.

In Gallia 40000. Barbarorū trucidat. Germaniam uastat. Oros. in Illyrico Sarmatas superat. In Thracia Geticos populos in deditionem accipit. Euſ.

Vinearum cultus Gallis & Pannonijs permittitur. Euſe.

Felici pontifici Eutychianus Tuſcus papa 27. succedit. Is 300. martyres ſuis manibus ſepeliuit. Plat.

Caius Dalmata 28. locum ſanctū poſt Eutychianum aſcendit anno 283. ſedítque an. 15. Volater.

Is Oſtiariū, Lectorem, Exorciſtā, Acoluthum, Subdiaconum, Diaconum, Presbyterū, Epiſcopum ordines ſacerdotales conſecrari iubet. Vetuit ne hæreticus aut gentilis ſacerdotem accuſare poßet, ne clerus ad ciuilem iudicem uocaretur. Volat. Sab.

Anno Chriſti 286.

Carus.

CArus 37. Cæſar, regnauit annos duos. Filios ſuos Carinum & Numerianum ſecum

secum imperatores fecit, Numerianus & probitate & eruditione clarus fuit, Carinus ob nequitiam Neronem adæquauit. Carus autē anno altero peracto in Parthia fulmine ictus interijt. Euseb.

Anno Christi 288.

Diocletianus 38. Imperator regnauit annos uiginti. Matura aliàs sapiētia princeps fuit, & multis præclaris factis exornatus, Aegyptum restituit ad imperiū: cæterùm Christianæ professionis undecimus, adeoq; acerrimus hostis erat. Nam pristinum statū imperij, uetereméq; reipublicæ formā studebat reuocare et cū ex rationis iudicio ageret omnia, ferre nō uoluit dissentientes opiniones de religione. Itaque sicut deū adorari præcepit. Sed cum cognosceret in tanta uarietate circunstrepentium bellorum, se solum nō posse tanti imperij magnitudinem cōseruare, præterea quòd acciderat sæpe, alios per seditiones imperiū affectasse, & imperatores factos esse, ipse ultrò iuxta se Maximianū pari potentia uoluit imperare. & is bellum in Gallia gessit. Diocletianus. Maximianus.

Porro pares hi duo in imperio Augusti appellati sunt. Hi Augusti elegerunt & alios duos, qui non potentia pares, sed ueluti successores erāt: neque uerò illi Augusti, sed Cæsares dicebātur. Diocletianus Galerium, Maximia Galerius Constantiū elegit. Persecutio itaque Chri

 stiano

stianorum maxima anno 18. imperij ab impijs his imperatoribus in omnibus prouincijs inchoatur: pijs honores auferuntur: ecclesiæ subuertuntur: intra 30. dies uarijs in locis 17000. Christianorum trucidantur: adeoq; in nostros sæuitur, ut carnifices delassati, sibi inuicē succederent. Porrò anno 10. persecutionis Maxentius & Maximinus crudeli morbo oppressi edictum persecutionis reuocāt. Oro. 7. & Eus. 8. Tandem autem uterque Augustus, Diocletianus & Maximianꝰ, postea depositā administratione imperij, ad priuatæ uitæ tranquillitatem reuersi sunt ultrò. Verùm Maximianus iterum libenter redijsset ad imperium, ut ea occasione Maxentium filium suum in regnū promoueret, & hac de causa eum Constantiꝰ gener ipsius trucidari iussit. Ita ferè accidere solet, ut quoties ruitura sunt magna imperia, omnia seditionibus & intestinis simultatibus prius repleātur, id quod hoc exemplum testatur. Diocletianus multos ānos Nicomediæ priuatus uixit, tādem seipsum furijs agitatus interemit, cùm à Licinio & Constantio timeret sibi, quibus suspectus erat, quòd Maxentij hostis eorum partes esset sequutus.

Maxentius. tā tiu

Constantius & Galerius inter se diuidunt orbē: Constantius Occidenti, Galerius Orienti præest. Fames ingens hisce temporibus in orbe terrarum orta.

Caio

Caio Dalmatæ pontifici Rom. defuncto succedit Marcellinus natione Romanus Pontifex 29. anno Christi 295. sedétque an. 14. Hic titulos 25. in urbe constituit. Idem metu supplicij Christū negat, idolis sacrificat: postea uerò in Sinuessa urbe cōgregatis 180. episcopis errorem suum fatetur: pœnitentiam agit: ad ecclesiam redit, & martyrio coronatur. Plat.

Marcellino pontifici successit Eusebius Græcus, sedit an. 1.

Eusebio successit Miltiades Apher pontifex 31. an. domini 311. qui alijs Melchiades aut Meleiades dicitur, sedit an. 4. hic ieiunium prohibet die dominico, & die Iouis, quia sacri dies Ethnicis. Volat.

Anno Christi 308.

CONstantius 39. Cæsar regnauit unà cum Galerio Maximiano, magnáque cū laude uterque Cæsar fuit. Constantius defuncto Diocletiano imperauit annos 4. Gallarum, & Germaniæ regiones subiectas habuit, & pacatas eas reddidit. Francos & Alemanos uicit. Germa Nam in hunc modum partita Germania est: nia diui- Fráci eam sibi Germaniæ partem usurparūt, sto. quæ circa Rhenum sita est: Alemani dicti sunt Franci. Germani superiores. Constantius apud Angli Alemanos obiit, cui suffectus est in imperium Constantinus filius.

Anno

Anno Christi 310.

Constãtinus.

CONstantinus cognomine Magnus, Constantij filius cum Maxentio & Maximino quadragesimus Cæsar imperauit triginta annos, restituit in quietem & tranquillitatem pristinã imperium. Nam cùm crudeliter tyrannidẽ exercuisset Romæ Maxẽtius, victus à Constãtino in Tybri fluuio submersus est inter fugiendum, deditq; dignas suæ tyrãnidis pœnas, quam cũ in alios homines, tum in Christiani nominis pfessores maxime exercuerat. Itaque annis aliquot Constantinus & Licinius unà imperiũ administrarunt in summa concordia, & tradidit Constãtinus sororẽ suam Licinio in matrimoniũ. Cæterũ usu sæpe euenire uidemus in maximo imperio huiusmodi causas incidere plerunque, de quibus inter duos rarò conuenire solet. Tradunt dissensionis causam inter Constantinum & Licinium fuisse inde exortã, quòd Licinius Christianis infestus erat, & petijsse sæpe Constantinũ, ne quid huiusmodi amplius moliretur: tandẽ coactus magna necessitate Constãtinus uicit Licinium, sed uitã reliquit hac lege, ut deposito imperio priuatus uiueret. Et hic, literarũ omniũ hostis, à militibus suis tandẽ interficitur. Proinde Constãtinus postea solus imperio præfuit, & omnia in pace & honestas leges redegit. Primus hic Cæsar Christiani nominis professor

feßor fuit: neque dubiũ est, quin uere pius fuerit princeps. nã tanto in honore sacrosanctum Euangelium habuit, ut in publicum suæ fidei testimoniũ, palam Euangelicũ codicem semper uoluerit sibi præferri. Mandauit & priuatis sumptibus sacra Bibliorũ uolumina describi, eáque curauit in omnes paßim regiones mitti. Effecit et ut sanctũ & utile pariter Nicenũ cõcilium cogeretur, ut hoc modo suis temporibus ecclesiæ statũ tranquillũ redderet. Ea demũ facta sũt digna bono principe quæ longè ampliorẽ commẽdation[illegible]ẽtur, quam quod summo pontifici multa beneficia dicitur contulisse. Quãquam & hoc nomine laudem meretur optimus imperator, q̃ eleemosynas et beneficia cõtulit ad doctrinæ Euãgelicæ & ministrorũ ecclesiæ conseruationem. Cæterũ ea fuisse Constantinum liberalitate in summum pontificem, ut in eius usum urbem Romam, & mediam imperij partem donauerit, ut est in Decretis Gratia. distin. 96. ca. Constantinus. id apud quosdam controuersum est.

Constantini studium in conseruãdo Euangelio.

Nicenum conciliũ.

Constantinopolis urbs ab hoc Cæsare ædificata est, & ab eo nomẽ habet, cùm antea eodem in loco urbs mercimoniorum frequentia insignis Bizantium diceretur. Constantinopolim postea imperij sedes translata est, id quod sequentes historiæ testantur.

Constãtinopolis.

Bizãtiũ.

Constantinus ecclesias constituit, ac stipẽdijs

di[illegible]otat, ministros ecclesiarũ ab oneribus publicis liberos esse decernit, & certũ ijs uectigal constituit. Scythas, Sauromatas & Barbaros subiugat. Et tandẽ omnibus suis hostibus deuictis, filios suos in imperij consortes recipit. Edicto publico gentilium templa subuertit.

Scotia hoc tempore ad fidem Christi conuersa est.

Constantinus anno ætatis suæ 65. ab Eusebio Nic[illegible]diæ (Ariano ut quidam uolunt) episcopo baptizatur, ibidémque moritur. Oro. Hist. trip. 1. cap. [illegible] f. 2. Eius mortem Cometes ingens mensibus aliquot antecessit, qui luctuosum bellũ & motũ qui secutus est mortem Constantini, portendit.

Porrò cùm dubiũ non sit, fuisse hunc principem unum, eúmque nõ uulgarem, ex illorum heroum numero, quos magnis uirtutibus exornauit Deus, originem generis eius meritò hic recensebimus, ut cognoscatur, summas illas te heroicas uirtutes peculiariter in magnas & nobiles familias à Deo conferri.

Claudius laudatissimi nominis Imperator fratres duos habuit, Quintilium & Crispum. Crispi filia Claudia in matrimonium tradita est generoso principi Eutropio. Atque hi sunt origo generis Constantini.

Constantini maiores.

Eutropius primarius princeps Romæ.

Claudia, Cæsaris Claudij fratris filia.

Constantius

Constantius Cæsar habuit

Helenã, huius filius erat Theodoram priui-
Constantinus Magnus, e- gnam Maximiani:
ius uxor Fausta Maxi- huius filius Con-
miani filia, quorũ filij sue stantius: & huius
runt Constãtius, Constan filij erãt Gallus &
tinus, & Constans. Iulianus.

De Ario

TEmpore Cons[illegible] prabuit qu[illegible]uixit. Pro-
fessor hic erat, sed alios etia[illegible]ndrie a-
pud Aegyptios, cuius hæ[illegible]entium [illegible]re miserabi-
biliter Ecclesiæ concord[illegible] Iuliana est. Docuit
enim Christum non esse [illegible] & naturaliter
Deum. Cæterùm quibus ad hunc errorẽ con-
firmãdam persuasionũ lenocinijs usus sit, lon- Arij do-
gum nimis est hic commemorare. Ita autẽ pla gma.
cuit hic error orbi, ut doctissimi Episcopi, &
uniuersa ferè Orientalis Ecclesia, plurimi etiã
in Occidente eum amplexi sint. Interim tamẽ
duo pietate insignes Episcopi restiterunt huic
hæresi nauiter. Primus Alexander erat, qui Alexan-
impetrauit à Constantino, ut Nicenum con- der Epi-
cilium cogeretur, in quo damnata est hæresis scopus.
Ariana. Proinde proscriptus & eiectus è re-
gno est Arius. At mortuo Constantino, pres-
byter quidam apud Constantium summa fa-
miliaritate, & cui omnia sua cõsilia credidit,
effecit suo suasu apud imperatorem, ut reuoca-
tus Arius pristino suo officio fungeretur. Sopi-

tum

tum ut cunque incendium antea, iterum iam exardescere cœpit uehementius, adeò ut Cæsar Constantius etiam hãc errorem Arij amplecteretur. Cæterùm statuto tandem die a Constantio quo Alexander & Arius inter se publicè conferrent de scripturis, totam noctem in orationibus consumpsit Alexander in templo, orãs Deum ecclæ contagium serperet latius, sub constitutã dispu tationis ho auditorium pergeret Arius, cæpi dum uetris dolore labo rare, & exone i causa cloacam ingres sus est, ubi præte nitiũ opinionem fataliter illicò perijt. Verũ extincto in hunc modũ Ario, non desijt tamen pestilens eius doctrinæ semen latius diffundi, utpote quod coniurati eius sectæ cœperũt multo etiam uehementius propagare. Tandem & Alexandro mortuo, Athanasius opposuit se Arianis, sed hic proscriptus a Constantio, ex Aegypto ad urbem usq; Treuirum profugit. Et quanquam longissima hæc fuga erat, tamẽ coactus est exul ela delitescere in occiduum usque annum apud Treuiros. Interea magna ui auctа hæc hæresis, serpsit per totam Orietalem Ecclesiã, adeò etiam ut maxima pars Christianorũ ad tempus Arianorum sectæ adhæreret: atque ex hac hæresi aliæ plures sectæ suppullularunt sensim. Tandẽ uero ubi multorũ Conciliorum decretis nomen

Arij mors.

Athanasii proscripti fuga.

Arianorum

Arianorum extinctũ eſset, tamen ſubinde iterum ſub aliorum nominibus eadem ſecta renouata eſt in eccleſia. Erant una in urbe uariæ opiniones, & ſectæ diuerſæ perſequebãtur ſe mutuò, adeò ut alij in aliorũ templa irruentes, tumultuarentur, & cladem committerẽt. Miſerabilis omnino & calamitoſa tũ erat facies Eccleſiæ: quæ merito offendiculi occaſionẽ non tantùm Gentibus præbuit quo minus amplecterentur uerbum, ſed alios etiam offendit, ut à Chriſtianiſmo ad Gentium idololatriam deſciſcerent, inter quos et Iulianus Cæſar fuit. In hæc ipſa tempora huius tam pernitioſæ hæreſeos incidit Mahomet tandem, cui commodè per Ariũ ueluti feneſtra patefacta erat, fuitq; huius crudeliſsimi Antichriſti præcurſor. Nam cùm in tanta diſſenſione opinionũ, mentes hominum uagæ ferrentur, uenit Mahomet, & tertiam uiam ualde aſtutè excogitauit, qua mederetur errorum uarietati. Suſtulit enim omnes diſputationes, id quod probabant homines. Sed de his poſtea dicemus, & hæc ſatis ſit retuliſſe de Arianorum errore, alijsq; ſimilibus hæreſibus: quarum ideo mentionẽ hic fecimus, ut uideatur, quanta incommoda, clades, ſeditiones & perturbationes, & reipublicæ & eccleſiæ ab hæreſibus ſemper pariantur.

Arius p̃curſor Mahometis.

Syluester Romanus anno Chriſti 315. Eccleſiæ præeſt P. 32. an. 23. Reſpuit hic diadema

aureum sibi oblatum à Constantino, ut minus religioni aptum. Sab. Constituit ut quisq; sit uno ordine contentus, unius uxoris maritus. Confirmationem puerorum inuenit, chrisma episcopis attribuit, albas & corporalia dat altaribus. Plat. Sab.

Helena mater Constantini magni crucem domini inuenit. Ruf. 1. cap. 7.

Nicena synodus uniuersalis prima 318. episcoporum contra Arium celebratur, in qua præcætera symbolum apostolicum editur. An. 320. Hist. trip. lib. 1. cap. . Ruf. 1. cap. 6.

Paphnutius cõfessor Aegypti sanctissimus resistit in Concilio Niceno osoribus matrimonij. Ruf. 1. cap. 4.

Donatus Apher filium patre minorem, & filio Spiritum sanctum, impiè asserit: Catholicosq; rebaptizat. Hieronymus in Chro.

Concilium Arelatense sub Constantino & Syluestro peragitur. Hist. trip.

Marcus Romanus pontifex 33. sedet annis duobus. Hic symbolum fidei à populo & clero cani præcipit.

Lactantius gẽtilium fidem eruditione sua uanam esse ostendit. Hiero.

Iulius Romanus huius nominis primus ad pontificatum 34. peruenit anno 341. sedetq; annis 15. Sub hoc sene Histor. trip. Nicenum concilium ponit, forte quia & ipse interfuerat alter

alterius episcopatus nomine. Satis cõstat quòd Constantini ultima ætas à Hieronymo ad Iulij episcopatum referatur, à Platina ad Marci prioris pontificis.

Iulius quoquo modo initiatum, ecclesiastico iudici tãtùm subijcit. Tria cœmiteria & duas basilicas in urbe constituit. Plat. Volat.

Macedonius episcopus Constantinopoli spiritum creaturam non deum esse statuit. Ruf. 1. ca. 25. Augustin. de hæres.

Anno Christi 340.

CONstantinus secundus Cæsar 21. regnauit annos 24. Cæterũ à patre sic erat statutum imperium, ut fratres tres simul imperarent: Constantinus in Gallijs, Hispania, et Germania: Constantius in Oriente: Constans in tres Italia & Illyrico. Atqui iunior ætate Constantinus ditione imperij sui contentus non erat, tes. sed solus regnare uolebat. Profectusq; est in Italiam aduersus Constantem fratrem suum, fretus nimirum fortitudine sua, quòd strenuio res milites habebat. Sed temeritatem hanc nõ passus est Deus inultam diu. nam Constantinus hic non multò pòst cæsus est: atq; ea occasio exemplũ ne potius est Constans totius Occidentis imperio, quod non infeliciter administrauit. Porrò Magnem ducem Augustæ habuit Magnentiũ, cui uitam tius in periculo seruauerat semel. hic humanissimũ gratus et suum dominum in Hispanijs trucidauit, & perfidu.

sese imperatorem Augustoduni à militibus salutari fecit, & expeditionem parauit aduersus Cõstantiũ. Constantius Orientalem Cæsarem creauit Gallum nepotem suum, & profectus cum exercitu aduersus seditionis autore, uicit eum. Ea clade (ut legitur) tantopere tum sunt debilitatæ uires imperij, ut multis postea annis ad pristinum robur redire non potuerit, optima & selectissima nimirum populi parte prostrata: aut multo tempore etiam barbaris resistere non potuerit imperium. Post hanc eadem commissam flagitiosissimus uir Magnentius seipsum interemit, atq; ita ultus est Deum cædem in Constantem optimum principem perpetratam.

Magnentius seipsum interemit.

Iulius papa.

Porrò mortuo Iulio factus est 35. pontifex Liberius an. dom. 357. qui quòd restitit hæresi Arianæ, profligatus est à Constantio, & suffectus in eius adhuc uiuentis locum est Felix P. 36. qui ob metum imperatoris dissimulauit errorem Arianorum. at post an. 1. mens. 6. Liberij seditione interficitur, & Liberius in sedem reponitur. Celebratæ Synodi sunt eo tẽpore Mediolani & Arimini, planè diuersæ à decretis concilij Niceni, sed & illarum sententiæ postea statim reiectæ sunt. Hæc exempla testantur calamitosum eo tẽpore extitisse in ecclesia statũ.

Photinus Christi diuinam natiuitatem negat, eumq; natũ penitus ex Maria docet. Hist. trip.

trip.lib.5 cap.5.

Is paulò pòst in concilio Syrmij congregato damnatur. Histo.trip.2.cap.30.

Iuuencus presbyter & poëta Hispanus euangelia carmine conscribit. Hiero.

Didymus Alexandrinus cæcus scripturam enarrat. Auxentius hæresiarcha Mediolanensis ecclesiam turbat. Hilar.

Marcellus Galatarum Ancyræ episcopus regnũ Christi finẽ habiturũ docet. Sozo.3. ca.33.

S. Hilarius præsul Pictauiensis opera sua doctissima conscribit. Hiero. in Catal.

S. Antonius eremita ignarus literarum uita & miraculis in ecclesia lucet. Histo.trip.1. cap.21. Ad centesimum ætatis annum peruenit.

Lucifer sola ambitione motus suam hæresim populo obtrudit. August.

Anno Christi 365.

IVlianus Apostata à Constantio adoptatus Imper.42. regnauit an.1. mens.7. Constantij nepos fuit, & frater Galli, id quod suprà monuimus. Eruditione tanta erat, ut adolescẽs in ecclesia Nicomediana publicè sacras literas p̃legerit. postea Athenas profectus Philosophiã didicit. Cæterùm occiso eius fratre Gallo missus est à Constãtio in Gallias et Germaniã, & nõ procul ab Argentorato triginta millia Alemanorũ prostrauit, qua de causa Argentorati subitò militũ fauore imperator est designatus.

Iulianus Apostata

Iulianus Argentorati imperator designatus.

Porrò cùm ob uarietatẽ opinionũ summæ ĩter Christianos dissensiones essẽt, propter quas alij desperabãt, alij prorsus à religione Christiana ad idolorũ cultũ desciscebant, Iulianus quoq; apostata factus est, erat enim ætate iuuenis, et rhetorũ ac philosophorũ cõsuetudine utebatur, qui ex rationis humanæ captu de Deo disputabãt. Bellorũ itaq; successu ferox effectus, crudeliter, duodecimus, persequitur Christianos. Interim tamẽ manifesta ui eos nõ est persecutus, sed calliditate potius abolendos censuit. Nam scholas publicè interdixit, ut nõ instituerẽtur, existimans (id quod res erat) eruditione summota, religionis doctrinã facilè interituram. Quin et hoc uetuit, ne Christiani nominis professores ius militandi haberent cum Romanis, ne qua occasione ad reipublicæ gubernationem peruenirent. Ecclesiarum bona abstulit, per risum inquiens officium se facere Christianis, nimirum ut pauperes facti citius regnum cœlorum intrarent, cùm Euangelium promittat regnum cœlorum pauperibus. Vehementer sanè scriptis etiam editis Christianorum fidem oppugnauit. aduersus ea Cyrillus scripsit diligẽter, cuius liber etiamnũ in oppido Phorzensi inter Ioannis Reuchlin monumenta reperitur, non inutilis profectò qui legeretur. Respondit & Nazianzenus Iuliano, sed parum fortiter. Nam non satis efficax erat ad eas calumnias dilu

Iulianus Christianis ius militãdi ad emit.

Cyrillus & Nazianzenus Iuliano responderunt.

diluendas quibus in Euangelio confutando usus est Iulianus. Vrgebat hoc potissimum, cùm doceat Euangelium non esse uindicandum, prohiberi & tolli ciuile ultionẽ in iudicijs, & gubernationẽ rerum publicarum, sine qua ne stare quidem possent res humanæ ullo modo, & hanc ipsam calumniam multis uerbis tractat, cùm tamẽ non ignoret uerę pietatis studiosus, non eam uindictam prohiberi in Euangelio, quam magistratus exercet, sed studiũ priuatæ tantùm ultionis, quæ sine autoritate magistratus sit. Graues admodum fuerunt Christianis callidæ & contumelioſæ cauillationes Iuliani, adeò ut publicæ aduersus tam pernitiosum Euangelij hostem orationes ac supplicationes fierent. Itaq; cùm in Persiam esset profectus, in solitudine quadam trucidatus est. Tradunt tũ ex inflicto uulnere cùm iaceret, & animam ageret, manũ sanguine plenã ad cœlũ proiecisse, & dixisse: Vicisti tandẽ Galilæe. Christũ significare uolentẽ, quẽ Galilæũ appellabat. Pro inde factũ est impietate Iuliani, ut Imperiũ à nobilissima Cõstãtini familia trãslatum sit.

Vindictæ quæ prohibeatur in Euãg.

Iuliani mors exẽplum ultionis.

Porrò Iuliani tẽpore Iudæi ipsius nutu atq; adeò fauore sceti templum Hierosolymitanum ædificare conantes in odiũ Christianorũ, terræ motu et igne prohibentur. Ruf. 10. ca. 38. et 39. Terræmotu per totũ orbẽ facto mare littus egreditur, & Siciliæ multarumq; insularum

urbes & innumerabiles populos oppreſſit. Io. Luc.

Hoc tempore Hilarion Anachoreta *in ſalebus* Thebaidis *floret.* Sozo. 5. cap. 10.

Orientales ſynodum in Nicomedia Bithyniæ, *deinde in* Seleucia Syriæ, *tandem* Antiochiæ *pro* Ario *conuocant.* Hiſto. trip. libr. 5. ca. 16. & 34.

Cyrillus Hieroſolymitanus *præſul illuſtris habetur.* Hiero.

Ariminenſis ſynodus, anno 361. *ab Occidentalibus indicitur, in qua probantur decreta* Concilij Niceni. Trip. hiſt. 5. cap. 20.

Anno Chriſti 367.

Iouinianus Cæſar pius.

IOuinianus 43. Imperator *præfuit imperio* menſibus octo, *pietate prineeps inſignis fuit, Epiſcopos à Conſtantio & Iuliano proſcriptos reuocauit, iuſsit etiam Eccleſijs ſuas decimas perſolui. Febri correptus ex nimia laborũ defatigatione, obijt.*

Meſsalianorũ ſecta pullulat, quæ carnẽ domini nec prodeſse nec obeſse docet. Theo. 4. ca. 11.

Baſilius Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus doctiſsimus claret, hic monachorũ collegia primus inſtituiſse fertur. Hiero. Vola. Sab.

Anno Chriſti 368.

VAlentinianus 44. *Cæſar imperauit annos duodecim, fratrem ſuum Valentem imperij conſortem conſtituit. Valens Orienti præfuit*

præfuit, ubi & ab Eudoxo Arianorum episco
po baptizatus est. In Occidentem Valentinia
nus est profectus. Vterque Christianæ religio
nis cultor fuit. Valentinianus præfectum mili
tum sub Iuliano egerat, sed destitutus est ab
eo, quòd integritatē Christianæ religionis no
luit deserere, præterea quòd ethnico sacerdoti
colaphū insregit, à quo aqua idololatrica pora
recta imitatus est ad sacrificandū, cùm Iulia
ni aduentum expectaret: sed eā contumeliam
qua affectus est à Iuliano, illo honore rependit
Deus, in quem postea subuectus est. Maxima
bella gessit in Germania. Saxones & Burgun Burgun-
diones oppressit. Nā & hi recēsentur inter Sa diones
xones, qui sub id tempus ad Rhenum fluuium xo
profecti sunt, & quanquam cæsi sunt à Valen
tiniano, tamen postea recuperatis viribus,
Rhenum transgressi sunt, & eas regiones oc
cuparunt, quæ hodie etiam Burgundico nomi
ne appellātur. Sed de his postea dicemus.

Post Liberiū Damasus Hispanus cathe-
drā ecclesiæ Romanæ 37. ascendit, anno 370.
sedetq; annis 18. apud quem ueluti notarius di
uus Hieronymus fuit in adolescentia sua.

Vrcisino à quibusdam electo, à factione
Damasi tumultus in basilica Sicinij oritur.
multi mortales ex utraque parte pereūt. Ruf.
1. cap. 10.

Procopius tyrannus Constantinop. occisus.

Athanaricus regnũ Hiſpaniarũ auſpicatur, Anno Chriſti 373. Mich. Rit. de regibus Hiſp.

Libanius rhetor floret.

Gregorius Nazianzenus Epiſcopus præceptor Hieronymi claret. Ruf. 1. cap. 9.

Auxentius præceptor Heluidij hæretici, & Malchus monachus inſignes habentur. Hiero.

Eunomius leproſus cum Aetio Arianã hæreſim defendit, aliis articulis de nouo prioribus additis. Auguſt. in Catal. hæret. Hieron.

Synodi in Sicilia, Tyanis & Tarſo Ciciliæ religionis [illegible] celebrantur, Arianaque hæreſis in his ſtabilitur. Soz. 6. cap. 12.

Valens 80. epiſcopos legatos naui incenſa interimit. Soz. 6. cap. 14.

Burgundi 80000. ad Rheni ripas conſidẽt Paul. diaco.

S. Ambroſius poſt Auxentiũ Arianũ Mediolanenſis fit epiſcopus. An. 377. Ruf. 1. cap. 11.

Apollinaris Laodicenus multa nugatur de lege Moyſi, & reſurrectione. Chriſti diuinitatis & carnis naturam unam eſſe docet. Hiſt. trip. 9. capite tertio.

Confeſsio generalis ſacerdotum ad altare, à Pontifice inſtituitur: & in fine pſalmorum Gloria patri & filio. Item ut pſalmi alternis vocibus in choro canantur. Volat.

VAlens poſt defunctum fratrem 45. Cæſar anno Chriſti 378. imperauit annos quatu

quatuor, Arianæ hæreseos adsertor. Cæterùm impietatis huius insignes pœnas dedit, quando à Gothis prope Constantinopolin cæsus cum omni exercitu est. Etenim cùm in fugam uersus Valens in oppidulum se recepisset, incenso à Gothis oppidulo concrematus periit. Mortuo Valente multa incommoda Constantinopolitanis intulerunt Gothi, sed eos regina Valētis pecunias largita ab urbis deuastatione submouit. Valens Arianus.

Hunni gens Scythica Gothos suis sedibus pellunt.

Monachi lege ad bellum coguntur ab imperatore Valente. Hiero. in Chro.

Romæ conuentum agunt clerici contrà Apollinarem. Ruf. 1. cap. 20.

Themistius philosophus claret.

Anno Christi 382.

GRatianus 46. Cæsar regnauit post mortē Valētis annos sex. Valentiniani hic maximus natu filius erat, & uiuente adhuc patre in imperij communionem adscitus est. Mortuo uerò patre iuniorē suum fratrē Valētiniani unà secū imperatorem delegit. Porrò autem uidens ob innumeras seditiones turbari passim imperium, neque regi posse sine prudente & fortunato principe aliquo, Theodosium imperij cāsortem creauit, eumq; in orientē misit, ubi uicti sunt à Theodosio Gothi apud Gothi

Con

uicti à Theodosio.

Maxim° & Arbogastes pfidiæ exempla.

Constantinopolin,& fugati sunt ex Thracia. Gratianus in Gallijs per insidias oppressus est a præfecto suo Maximo,qui seipsum imperatorem constituit per tyrannidem. Probitate & eruditione iuxta clarus princeps erat Gratianus,syncerus item Christianæ religionis cultor,confessionem fidei suæ scriptam ad diuum Ambrosium misit.

Gotthi & Saraceni hoc tẽpore Christianorum fidẽ amplectuntur. Socra. 4. capite trigesimotertio, & trigesimosexto.

Iustina matr[illegible] imperatoris Arianam sectã armis defendit. Ruf. 2. cap. 16.

Constantinopoli Synodus secunda uniuersalis 180. patribus celebratur,anno 383. diuersarum hæresum causa,maxime Macedonianorum,qui spiritum sanctũ deum esse negabãt. Ibidem patriarchæ instituuntur.

Nectarius episcopus Constantinopolitanus confessionem abrogat. Hist. trip. 9. cap. 5.

Post Damasum creatus est Siricius Romanus Pontifex 38. anno Christi 388. seditq; annos 15. Hic uiduarum maritos & bigamos ab officio sacerdotis excludit,hæreticos per manum impositionẽ recipit. Statuit monachos posse sacris initiari,& ab infimo ordine ad summum prouehi: ut sacri ordines non eodem tempore, sed per interualla darẽtur, uoluit. Plat. Sab.

An

Anno Christi 388.

VAlentinianus Gratiani frater Cæsar 47. cum Theodosio imperat an. 7. Eandem Valentinianus per dolum à præfecto suo Argobaste, & Eugenio occisus est: qui & ipsi imperatores se dicere cupiebant, sed ingentibus mox copijs collectis Theodosius Maximum & Argobastem ad alpes prostrauit. Maximus captus occisus est, & Eugenius: Argobastes seipsum interfecit.

Longobardi circa hæc tempora cum Rege Agelmundo primùm Italiam lacerant.

Theodosius in Thessalonica ob seditionem motam, occisumq; tribunum unicum, quinque millia hominum interficit: unde ab Ambrosio sacris ei interdicitur. Ruf. 2. cap. 18.

Hoc tempore S. Hieronymus Hungarus Stridoniensis in Bethlehē illustris habitat, anno 387. D. item Augustinus floret.

Audæus Syrus deum humana membra habere putat. Theod. 4. cap. 10.

Iouinianus, quem Hieronymus penitus deuicit, multos errores in ecclesiā inuehit. Hiero.

Gentiles Alexandriæ ob idolorū destructionem cum Christianis in urbe pugnant. Socra. 5. cap. 16.

Heluidius Mariam Christum peperisse uirginem, at post cū marito congressam protulisse fratres domini impie asserit. Gennad.

Anno

Anno Christi 395.

Theodosij pietas erga Ecclesiam.

THeodosius Cæsar 48. cum Arcadio & Honorio filijs imperat annis 3. Genere Hispanus fuit, totumq; regnum pacatum reddidit à Germania usque in Aegyptum. Ipse primùm in Germania fuit, sed reuocatus est à Gratiano in Thraciã, posteà à Theodosio Stil-

Stillico.

lico in Germaniã missus est, qui Francos & Saxones subegit ad pacem retinèndam.

Præter hæc & pacẽ Ecclesiæ restituit Theodosius, coëgit publicas Synodos, & religionis doctrinã in omnibus regionibus uoluit diuulgari. Ambrosius mortem eius lamentatus est, atque inter reliqua sic inquit, Dilexi uirum, qui cùm iã corpore solueretur, magis de statu Ecclesiarũ, quam de suis periculis angebatur. Tãta pro religione sollicitudine affici, eæ demũ uerè et dignæ principibus bonis uirtutes sunt.

Anno Christi 398.

ARcadius Theodosij filius 49. Cæsar an. imperauit 13. in Oriente, Constãtinopoli: paribus auspicijs Occidentem Honorius frater gubernabat annis 29.

Sub his Romanorum imperium in uarias partes scinditur, ob præfectorum eorum perfidiam. Soc. hist. Eccle. 6. cap. 1. Blond.

S. Martinus ætatis anno 81 episcopatus uerò 26. obyit, ut ait Gregorius Turonensis.

S. Augustinus ornamentum ecclesiæ Hieronymi

rymi discipulus, ordinatur episcopus Hipponē sis. Hic (ut quidam referunt) collegia do[illegible]rū hominū (quibus Monachi succesere) [illegible]sit.

Vigilantius Gallus præsul Hispanus sanctos uenerādos esse negat, diuitias paupertati præferendas esse docet. Genna. in Catal.

Siricio papæ Anastasius Romanus 39. pontifex succedit, anno 402. qui sedit an. 3. Statuit is ut euangelium stando audiretur: ne debiles & manci sacris adhiberētur: ne peregre à longinquo uenientes, ad ecclesiam reciperentur, nisi quinque episcoporum testimonio. Sab.

Anastasium pontificem sequutus est Innocentius Albanus, huius nominis primus. papa 40. an. 405. qui ecclesiæ præfuit an. 15. Cenna. in Cat. Is instituit ut in solennibus sacris pax populo detur, ut diebus sabbatis ieiunium celebretur. Volat.

Is idem primus hæreticos ui aggressus ad fidem catholicam coēgit. Soc. 7. cap. 9.

Huius pontificis anno 2. Radagastus Scytha cum ducentis millibus Gotthorum Italiā inuadit: & multis urbibus uastatis, concluſus in montib⁹ Fesulanis, cū omnibus suis interijt.

Franci traiecto Rheno Treuerim & magnam Galliæ partem occupant. Aemil. lib. 1.

Ioannes Chrysostomus episcopus Constantinop. doctissimus illustris habetur. Soc. 6. cap. 3.

Sisinius Nouatianorū episcopus præter mo-

rem

rem ecclesiæ alba uestę utitur. Soc. 6. cap. 22.

S. Alexius Romanus agnoscitur. Sab.

Circa hæc tẽpora Talmud Iudæorũ à duobus Rabbinis cõponitur. Plat. in Innocẽtio 1.

De Pelagio hæretico.

TEmporibus Innocẽtij Pon. Pelagius in Britannia uixit, is docuit nõ ex misericordia Dei propter Christum sine nostro merito nos iustificari & seruari, sed ex propriis operibus & uirtutibus naturalibus uerã ac solidam coram Deo iustitiam parari: & remissionem peccatorũ contingere, non ex fide Christi, sed nostris conatibus. Aduersus hunc grauissimè scripsit Augustinus, impugnauitq; fortiter eius sententiam, & contrà tutatus est, per fidem nos seruari sine nostro merito, & tãtùm ex misericordia Dei consequi nos remissionem peccatorum, si ea fidamus. Nam si esset remissio peccatorũ ex nostris operibus, nunquã conscientiam certam esse, sed dubitare atq; in anxipiti uersari semper, siquidẽ infirmiores sunt humani conatus, quàm ut illis placari iratus Deus ob peccatũ, & horror mortis tolli possit. Cæterùm exigere nihilominus tamen Deum à nobis obedientiam, & bona opera, & ut conscientiæ certæ sint nos placere Deo, quòd exaudire inuocantes, & seruare nos uelit Deus. Id autem consistere non in nostrorum operum dignitate, sed in remissione & misericordia Dei.

Augustinus cõtra Pelagiũ.

Hæc

Hæc sententia Augustini cognita, magnam cõsolationem adfert conscientijs piorum, docetq; quæ uera sit fides, et interim bona opera à nobis requirere Deum. Ea enim exigit Deus, sed fide tantùm uult nos peccati cõdonationẽ recipere sine nostrorum meritorum respectu. In cõcilijs aliquot nostrorum temporum damnatũ est dogma Pelagij.

Anno Christi 411.

HOnorius 50. Imperator cũ Theodosio fratris filio rebus præsunt annis 16.

Vandali & Alani partem Galliæ ab Honorio precariò obtinent. Blon.

Theophilus Alexandrinus cum alijs quibusdam Episcopis Constantinopoli synodum celebrant, Chrysostomum sede deturbant, qui moritur Cumanis Euxini ponti. Soc. hist. eccle. lib. 6. ca. 15. & 21.

Deuastatio quartæ Monarchiæ, & de Gotthis.

ANno mũdi 4365. Romæ 1157. Christi 405. Sub hæc tempora Gotthi primùm Gotthi in Italiam uenerunt magna & formidabili primũ in manu. Cæterùm cùm ubiq; multa Gotthorũ Italiam mentio fiat, nos hic summatim historias de origine & rebus gestis eorum contrahemus.

Nõ unius populi appellatione cẽsentur Got Gotthi thi, Vandali, Rugiani, Hunni, sed Gotthi Teu qui. tones sunt ex Gotlãdia insula, qui Liuoniæ &

r Liua

Liuaniæ partem occuparunt. Nam utraq; hæc regio Gotlandis ex aduerso per mare sita est, atque hinc est quòd rectè eos Procopius Cimmerios & Getas esse scripsit. Porrò hi Romanorum temporibus in Thraciam & Hungariam usque progressi sunt, & conati sunt Romani imperatores eos repellere, sed frustra. Nos initium historiæ eorum sub Decio attigimus: nam maxima prima pugna Romanorũ aduersus eos [illegible] Decio fuit, in qua & cæsus est Decius. Postea uer[illegible] etsi ab imperatoribus Romanis mult[illegible]ocij sactum sit Gotthis, tamen in Thracia & Hungaria remanserunt, & in A[illegible] quoque circa Constantinopolim regiones aliquot occuparunt. Hodie etiamnum fertur ĩ Chersoneso Tauricea habitare Gotthos Teutonico idiomate utẽtes, & Gotthos se appellare. Cæterùm eo tandem modò Hungariã reliquerunt, & Thraciam quoque, quò ipsi primùm sua sponte inde in Italiam, & postea in Hispanias profecti sunt, postea à Vandalis & Hunnis ex Scythia uenientib⁹ reliqui Gotthorum oppressi sunt. Hunni sedes in Hungaria fixerunt: illæ uerò regiones quæ partim circa, partim infra Hungariam sitæ sunt, à Vãdalis sunt occupatæ.

Gotthi in Chersoneso Taurica.

Sub Arcadio autẽ et Honorio ingressi sunt Gotthi in Italiã. Clarissimus Cæsar Theodosi⁹ filijs suis designabat imperatores duos, Ru-

Theodosius.

finum

finum & Stilliconẽ, eisq; curæ esse uoluit ado-
lescentes Cæsares filios, sed alter sanè parum fi-
dus in dominum suum extitit. Rufinus Gallus Rufinus.
erat natione, is extimulauit Gotthos aduersus
Arcadium, sperabatq; ea occasione regno se po-
titurum, sed frustratus est suis conatibus, nam
cæsus est à Stillicone. Porrò Stilliconem Vandalus Stillico.
erat, & cùm aduersus Arcadium ex Gotthis
quidã profecti essent, effecit Stillico, ut Gotthi
quos stipẽdio conduxerat Theodosius, dimitte-
rentur: ad hoc etiam excogitauit Stillico Vanda-
los aduersus Gotthos, at[illegible] primùm cõmo-
tis per Rufinum Gotthis, deinde ciuitatis per
Stilliconem, adduxit Radgastus reliquorum du- Radgas-
centa millia Gotthorum in Italiam eo anno stus.
quem suprà indicauimus. Et meminerunt hîc
historiæ fuisse tum Romæ ingẽtes querelas ad
uersus Christũ, propterea quòd tam luctuosũ
casum imperij ex contẽptu Deorum, & negle-
ctu pristinæ religionis cultu exortum esse puta-
bant. Cæterùm Stillico uicit Radgastũ & ei⁹
exercitũ in angustis faucibus ab urbẽ Floren-
tia ad Apenninum. Prima hæc est historia
Gotthorum in Italia.

Post Radgastum alius Gotthorũ exercitus
uenit in Italiam Alricho duce (qui alijs Ha- Alrichus
laricus aut Alaricus dicitur) Cũ hoc egit Ho-
norius, ut ex Italia in Galliam discederet, quæ
tum à Francis, Burgundionibus & Vandalis

uastabatur, adeò ut Honorius diffideret Galliam diutius se posse retinere, ideoq; cogitauit commissurum se barbaros, ut propter Galliã inter se decertarent. Sed quid fit? dum abitũ parat Alrichus, opprimit eũ Stillico ex improuiso, durãtibus adhuc inducijs, in ipso paschatis die. Postera die ĩstructis copijs uicissim Stilliconem cædit, & percitus in eum ira Romã obsidione cingit. Honorius Rauennæ erat, & Stilliconẽ iussit truncari, quasi parũ fideliter egisset, atq; adeo uoluisset trãslatũ ab Honorio imperiũ ipse ad sese traducere. Proinde nõ erat iã dux aliquis cõmodus ad eripiendã urbẽ Romanã ex obsidionis periculo. Itaq; post biẽnalem obsidionẽ cœpit Romã Alrich⁹, idq; sub annũ decimumquintum Honorij, quadringentesimum & duodecimum à nato Christo, deniq; etiam millesimum centesimum sexagesimum quartum post urbem Romã cõditam.

Alrichus Romam cepit.

Quod Varro scribit, duodecim uultures quos uidit Romulus, auspiciũ dedisse, duraturã Romam annos mille & ducẽtos, quanquã & hic numer⁹ annorũ nõ omnino ab hac supputatione remotus sit, tamen existimo eorũ interpretationẽ propriè ad Totilã pertinere, qui postea Iustiniani tẽporibus exussit, & planè uastauit Romã, idq; annis centũ, & triginta sex post Alrichũ. Etenim Alrichus nõ depopulatus est urbẽ, quin potius per edictum præcepit,

Vultures 12. quos uidit Romulus.

Totilas.

pit, ut cõfugiẽtibus ad tẽpla Christianorũ parceretur. Alrichus iterũ abscesit ex urbe, et nõ multò pòst obyt. Defuncto eo factus est Gotthorũ rex Adolphus, hic redijt Romã, et accepta Placidia sorore Honorij Cæsaris, ab ea placat⁹ pepercit Romæ, profectusq; in Gallias est & in Hispanias postea, atq; ita demũ hoc tẽpore Gotthi relicta Italia ad Hispanos se contulerũt. Nam inuaserat antea Hispanos Alrichus, & postea remanentes in Hispania Gotthi Imperium tenuerunt. Venerunt in Hispaniam Vandali postea & Sueui, sed manentibus Gotthis Vandali in Aphricam deuenerunt. Ab his Gotthis nati sunt Christianæ professionis reges in Hispania, à quibus originem ducit clarissimus omnium imperator Carolus quintus. Quanquã enim postea Saraceni inuaserunt Hispaniam, in eaque potentes facti sunt, tamen reliquos adhuc reges alios è stirpe perdere non potuerunt.

Adolphus Gotthorũ rex.

Hispaniæ reges à Gotthis.

Anno Christi 456. qui est annus Romæ 1208. uenit ex Aphrica Romã Genserichus Vãdalus, & fœdissimè uastauit urbem. Cæterùm quam habuerit causam Genserichi aduẽtus, tum dicemus, quando de Vandalis sese tractãdi offeret occasio.

Genserichus.

Dietrichus de Berna.

Postea in Italiam Gotthi nõ uenerunt, nisi Zenonis Cæsaris tẽporibus, quando Otha-

carus Romæ potens erat. Is barbarus erat ex Rugia oriundus, & Romæ [illegible] fecerat sub Augustulo, & ea occasione potens factus summam tyrannidem exercuit, adeò ut subsidia aduersus eum Romani postularint.

Dietrichus de Berna.

Tum uerò missus est à Zenone Dietrichus cognomento de Berna appellatus in Italiam: qui à quibusdam Theodoricus, ab alijs Tetricus Bernensis accebatur. is occiso Othacro regnauit in Italia annos duos & triginta: pacis amantissimus fuit, & de tota Italia optimè meritus est. adeò ut (quod testantur historiæ) Italia nunquam usa sit principe extero clementiore. Contulit quoque multa bona in usum Ecclesiæ, & ad alendos ministros uerbi, & ad doctrinam religionis conseruandam. Sed Ariana hæresi infectus erat, quemadmodum & Gotthi reliqui. Nam postulantibus Gotthis ab Imperatore Valente sacerdotes à quibus in religione Christiana instituerētur, Arianos doctores misit. Porrò meruerūt clarissimæ huius Dietrichi uirtutes eas laudes quæ hodie etiamnum celebrātur carminibus illis quæ uulgo solent decantari. Gigantum in illis mentio fit, qui barbaros significat, quos uicit & profligauit Dietrichus. Cognomēto autem de Berna appellatus est, quòd frequēter Bernæ cum aula agere solebat. Præter hunc & alius fuit Dietrichus similiter Gothus,

Gotthi fuerunt Ariani.

Alter Dietrichus.

thus. Cuius uirtute Attila cæsus est, sed ipse in Attila.
eod[illegible]clu periit. Vir tantus fuit ut præter eum nemo facilè contra Attilum tentare quippiam ualuerit. Is verò Detrichus nõ Bernensis dictus est, sed cognatum eius fuisse constat. Vixit autem ante tempora Dietrichi Bernensis annis quadraginta.

Gotthorum Occidentalium Reges in Hispania.

Alrichus, seu Alaricus, Aut Halaricus.
Adolphus, seu Ataulphus.
Vuallia.
Dietrichus, à quo Attila cæsus est.

Gotthorum Orientalium reges in Hungaria.

Hermenricus.
Ditmarus.
Dietrichus de Berna.

HImelsuitha filia Dietrichi de Berna Himelis annos 8. in Italia Romæ post mortem Adelrichum filium habuit. regnauit suitha. Dietrichi Bernensis, & mulier non sine summa laude imperio præfuit. Mortuo filio tradidit imperiũ cognato suo Theodato: sed immemor hic acceptı beneficij, per dolum eam interfici iussit temporibus Cæsaris Iustiniani. Præter hãc plures etiam filias habuit Dietrichus Bernẽsis, quin & sororis suæ filiam regi Thuringiæ in matrimoniũ dederat: id quod hic singulari laude & cõmẽdatione principum

Exẽplũ perfidiæ.

Thuringicorum nolui præterire.

THeodatus regnauit annos 5. & meritas suæ perfidiæ pœnas dedit. Nam cum honestissima regina Himelsuitha se & filium suum Iustiniano Cæsari commendasset, sumpsit Iustinianus occasionem uindictæ perpetratæ cædis, misitq; Belisarium in Italiam contra Gotthos. Iam uerò incidit Theodatus in suspitionem, quòd non restiterit Belisario, quasi proditurus esset Gotthos, qui ea de causa Vuittichum in regem suffecerint, cuius iussu necatus est Theodatus.

Vltionis exemplũ.

VVittichꝰ regnauit tres annos. aduersus hunc magna prudentia Belisarius bellum gessit. nam copias instructas habuit Vuittichus supra ducenta millia. Belisarius intra mœnia Romanæ urbis se continuit; quam ad integri anni spatium obsedit Vuittichus, & ingens fames non Romæ tantùm, sed in tota Italia fuit. Fugientes autem Gotthos ob magnitudinem famis, palãtésque passim sine ordine, insecutus est Belisarius, prostrauitque, & circumuentum per insidias cepit Vuittichum. Cæterùm Gotthi interim deleri prorsus non potuerunt, sed constituta cum illis pace per Iustinianum, permissum est ut regiones ab Alpibus ad Padum usq; inhabitarent, & ultra eas nõ progrederẽtur. Reuocauit autem Belisarium Cæsar. nã timebat ne Belisarius,

rius Italiæ imperium sibi usurparet, quanquã interim fidus in agẽdis rebus Bellisarius nihil tale moliretur. Itaq; reuersus Cõstãtinopolim Vuittichum captum & alios ex potentiori nobilitate secum in solenni triumpho ducebat.

Totilas post discessũ Bellisarij à Gotthis creatus rex est, regnauitq; annos decẽ. Cæterùm cùm grauiter diminutæ essent per Bellisarium uires Gotthorum, insolenter admodum egerunt aduersus eos & Italos quoq; Cæsarcani præfecti: proinde repellere illatã iniuriam coacti sunt Gotthi, & pugnauit Totilas contra hostes magna cum laude apud Placentiam, idque parua manu. Nam cùm hostiũ exercitus supra uiginti millia instructus esset, ipse octo tantùm millia habebat. Cæterùm cõsiderans Totilas fortiter pugnare hostes, neq; cedere uelle, exiguam (sed selectiorem) partem militum aquis impositam tranare iussit, quæ per insidias à tergo adortus est & obruit hostes, atque ita uictoria potitus est. Facinus quidem hoc est memorabile, sed illud laudabilius esse censetur, quòd post adeptam uictoriã summa clemẽtia usus est tã erga hostes quàm amicos. neque enim in quenquam tyrannidẽ aut seueriorem iustitiam exercuit: qua de causa & plurimæ urbes ultrò se sub eius imperiũ dediderunt. Siquæ matronæ honestiores, uel adolescẽtes nobiles capti bello erãt, eos sanctissimè

Totilas dextre

simè cõseruatos ad suos remisit sine acce[illegible]se cunia qua redimerẽtur. Cum Neapolitani [illegible]sset, quæ ingenti fame premebatur, [illegible]atũ pariter illis suppeditauit, & Cæsarianos milites saluos, & præterea uiatico, equis & nauibus donatos discedere permisit.

Porrò cùm Totilas non minori felicitate quàm gratia apud omnes uteretnr, compulsus est Iustinianus primarium suum ducem Bellisarium in Italiam remittere. Erat enim ueteris Romanæ disciplinæ in re militari supra alios omnes facilè peritißimus. Sed nihilo minus Totilas hic post longam obsidionem Romanæ urbis, cepit eam, atque diripuit: & in prima oppreßione multi homines sũt trucidati: cæterũ n ob interceßorias preces Pelagij Papæ præcepit Totilas parci deinceps humano sanguini, neque etiam stuprum inferri ulli mulieri. Item & à templorum ornamentis abstineri. Præterea & pontificem legatum misit ad Cæsarem pacis petendæ causa: nam uelle se ultro seruatã urbẽ, si pacis leges ineat: sin minus, cogi se ut eam exurat, ne deinceps hostibus suis præsidio uel receptui eße poßet.

Pelagius Papa.

Sed fretus Iustinianus fortitudine Belli-Roma de sarij, recusauit pacis conditiones. proinde indiuastata ẽ gne ferens Totilas hoc responsũ Cæsaris, urbe et exusta excedere iußit ciues omnes, præcepitq; ut alio à Totila. in loco habitarent: & statim muris ac turri-

bus

[illegible] adæquatis urbem incendi ac concre-
[illegible]mandauit.

[illegible]ac deuastationẽ uenit tandem Bel-
lisarius in urbem iam undique patentem, cu-
rauitque munia reparari ac restitui. Verùm
nõ m[illegible] post redit Bellisarius in Græciam, si-
mul atque, ut prudentissimus rei militaris, dif
fidebat de imperio Italiæ retinendo, sed rursus
tum à Totila urbs Roma obsessa & capta est.

Capta est itaq; urbs Roma quater à Got- Roma
this & Vandalis intra centum triginta no- quater
uem annos. Primùm ab Alricho sub Honorio, capta.
Anno Christi 412. Deinde à Genserícho Van-
dalo Martiani temporibus, anno Christi 456.
Tertiò à Gotthorum rege Totila, & hæc ipsa
oppressio urbis Romæ grauissima omniũ fuit:
nã capta simul & exusta urbs est anno Iusti
niani primo & uigesimo, ãno uerò post cõditã
urbẽ millesimo & trecẽtesimo, an. Christi 548.

Quartò in tertio anno post hanc deuasta-
tionem anno Christi 551. Post istam dauasta-
tionẽ cœpit Totilas restaurare urbem Romã,
permisitq; ciues redire in ciuitatem. Quanta
uerò clementia usus sit, quámq; humaniter se
gesserit, id etiã ea uerba historiarũ testãtur, q̃
de eius comitate scripta extãt, quòd in sub di-
tos, & in primis in Romanos eo fuerit affectu,
quo patrẽ in filios esse decet. Atque ita præesse
imperio decere, didicisse Totilam ferunt ex

doctrina

Totilas à D. Benedicto instítutus.

doctrina & admonitionibus diui Benedicti.

Narses.

Postea misit Iustinianus aduersus Totilam Italiã singulari prudentia principem Narsen. Is Longobardos in auxiliũ uocauit. Fuerũt hi Saxones, qui instructis copijs ad Austriæ partes sese cõuerterãt. hos adduxit in Italiã Narses, eorumq; præsidio Totilam, & postea Teiã, qui postremꝰ fuit Gotthorum rex in Italia, uicit.

Lõgobardi Saxones.

Teia.

Atque is exitꝰ est regni Gotthici apud Italos, q iã inde à Dietricho de Berna usq; ad Teiam duraurat annos sexaginta. Porrò fuisse Dietrichiũ, Totilã & Teiã prudentissimos pariter & fortissimos principes, id res gestæ et præclara eorũ facta testãtur, adeò ut si ex uirtutibus eos æstimes, barbari minimè debeãt appellari.

Victis Gotthis, potentia & opes Lõgobardorum creuerunt, & unum ex regnis Italiæ illis cõtigit: nam totam Italiam nõ occuparunt, sed eam tantùm partem, quæ etiam nunc Lõgobardia appellatur. Imperium Longobardorum stetit usque ad Caroli Magni tẽpora. Gotthi uerò quanquam ex Italia pulsi, tamen interim in Hispanijs potentes fuere, & imperium ibi tenuere usque ad hæc nostra tẽpora. Atque ita demum sub Honorio primùm Hispania, & Galliæ quoque pars à Romano imperio translata est. Italia autem, etiam uiuente Honorio, suæ trãquillitati restituta est. Nam Gotthi partim in citeriorẽ Galliã, partim

Lõgobardia.

Hispaniæ et Galliæ pars ab imperio trãslata.

tim in Hispanias profecti sunt: ad hæc & Frã corum magna tum erat potentia in Gallijs.

Post Innocentium factus est 41. Papa Sozimus Græcus, & sedet anno uno. Hic cereum uult sabbato Resurrectionis dominicæ benedici: ut lynostimis læuas diaconi tegãt: prohibet ne seruus aut mancipiũ initictur: ne clerici in publico potent. Volat. Sab.

Barba Arianorũ episcopus hæresim suorum restaurat. Soc. 7. cap. 6.

Concilium Carthaginense 217. episcoporum contra Pelagiani hæresim congregatur. Prosper in Chro.

Sozimo successit 42. papa Bonifacius Romanus, huius nominis primus, an. 423. & sedit an. 3. Hic uoluit ne quis obæratus, aut minor 30. an. presbyter ordinetur, ne qua mulier pallam aut thura attrectaret. Sab.

Burgundi partem Galliæ ad Rhenum occupant. Sab.

Imperator Honorius ingenti prælio Persas deuicit. So. 7. cap. 20.

Scoti & Pictones Britanniam uastant, Romanos uincunt. Blond. 2. Deca. 1.

Iudæi cum Christianis Alexandriæ confligunt. Soc. 7. cap. 13.

Anthropomorphitarum hæresis orbẽ inuadit. So 20. 8. cap. 11.

Bonifacio 1. defuncto factus est Cœlestinus

1. Campanus

1. Campanus pōtifex 43. anno 426 sedetq; annis 9. Instituit ut sacerdotes omnes Canones teneant: addidit psalmos missæ: iussit psalmos antiphonatim dici. Nouatianos ui urbe expulit. Idem iuxta aliquos Graduale introduxit. Sab. Volat.

Anno Christi 427.

Theodosius. THeodosius iunior Arcadij filius imperator 51. regnauit Constantinopoli annis sex & uiginti, post obitum Honorij. Consors imperij oriētalis constituit Valentiniani Constantij & Placidiæ filium, ea erat filia Theodosij.

Ioannes tyrannus in Oriente regno exuitur. Sab.

Burgundi, & magna pars occidentis ad fidem Christi peruenit. Soc. 7. cap. 30.

Socrates ecclesiasticam historiā cōscribit, Nestor episcopus Cōstātinopolitanus Christum hominem tantūm ex Maria natum asserit: postea uerò ei ex merito diuinitatē esse collatam. Genna. Soc. lib. 7. cap. 32.

De Vandalis.

Vādalorū aduentus in Aphricam. TEmporibus huius Theodosij anno Christi 433. in Aphricam Vandali uenerūt hac occasione. Duo illi Romanorum duces sibi mutuò infensi erant, & iusta pugna aliquoties inter se cōcertarant. Itaque alter eorū, cui Bonifacio nomen erat, Vandalos qui tum in Hispanijs erāt, studiosè solicitauit ut in Aphricā proficiscē-

proficiscerentur: id quod nō grauatè fecerunt. Nam potentes in Hispanijs Gotthi Vandalos non ferebant. Etenim ut antea cōmemorauimus, Vandali per Stilliconē cōcitati aduersus Gotthos, regiones quæ circa Hungariā sunt, occupauerāt, utpote Vuallachiā & Illyricum, ubi Gotthi antea habitarāt. Ad hæc et in Germania erant, unde in Gallias profecti magnæ passim calamitatis autores fuerāt. Cæteri ā Frāci & Gotthis ex Gallia pulsi sunt. Postea in Hispaniā delati, iiterum cum Gotthis pugnare decertare coacti sunt: in Aphrica uerò Vandalorum potentia augeri & crescere cœpit. Quin & diuus Augustinus anno ætatis suæ 76. sub id tēpus diem obijt, quo à Genserichо rege Vandalorum Hippo urbs obsessa est, in qua Episcopus fuerat diuus Augustinus. Augustinus quādo moratus. Hippo.

Mortuo Valentiniano, Maximus quidā appellatus imperatorē se priuato arbitrio constituit Romæ. Eudoxia uerò regina, quia uolēbat hæredes posteros succedere in imperio, quæ fuit auxiliū cōtra Maximū apud Gēserichū, cuius ductu capta est & direpta urbs Roma. Sed homo Vandalus, Vādalica planè fide atq; constantia usus est in reginā: abduxit enim cā una cū duabus filiabus captā secum in Aphricam. Ita enim accidere plerunque solet cū exterorū subsidia ad tuendas fortunas nostras adhocantur. At uerò postea sub Iustiniano, quā- Vandalū fides.

quā

Perfidiæ exemplũ.

quã non prorsus deleti sunt Vãdali in Aphrica, tamẽ in eas angustias adducta est res eorũ, ut florere nequiuerint amplius. Nã à Bellisario captus est Gelimerus rex, & Aphrica rursum subacta, imperio Rom. paruit. Sed non multo tẽpore pòst Saraceni in Aphrica dominari cœperũt. Verùm hæc de Vãdalis dixisse sufficiat.

De Bohemis.

Vandali quãdo in Germaniam uenerint.

ILlud quoque notatu dignum est, sub hoc tẽpus uenisse primùm in Germaniam Vandalos, in qua etiam hodie magnam partem habent, utpote Bohemiæ regnũ, quæ olim Germanica fuit: idq; uocabulum Bohemia, quod Germanicum est, satis testatur: quod fuit priusquam in has terras Vandali uenerunt. Vocabulum autem originem habet à Bauaris, quibus subiecta fuit aliquando ea regio, unde & propriè Boiemheym appellatur. Neque uerò Vãdali Bohemiæ Bohemos, sed Zeski se uoluit nominari à duce ipsorum, cuius auspicijs primùm in Bohemiam ducti sunt. Cæterùm uetères illi Germani Bohemiæ magna simul in admiratione & confœderatione Romanorũ fuerunt, & extant eorũ summæ laudes apud Cornelium Tacitum. Est autem hac occasione Germania trãslata à Romani imperij monarchia. Nã in inferiori Germania Franci, in superiori Alemani, in Bohemia uerò Vãdali potentes fuerunt. Poste à uerò quid acciderit Bohemiæ,

Zeski.

Germania ab imperio Ro. trãslata.

hemiæ, & quando subacta iterũ sit ab imperatoribꝰ Germanis, id in Cæsarũ historys ostendemus: nam & ibi alia quædam de mutatione [illegible] Germanicarum indicabimus.

Circa hæc tempora, nempe ann. 433. Cyrillus episcopus Alexãdrinus floret, qui à Cœlestino papa præficitur Cõcilio Ephesino, quod tum tertiũ uniuersale 200. patribus celebratur cõtra Pelagij & Nestorij hæreses. Volat. Hist. ip. 12. cap. 1. Soc. 7. cap. 34.

Chrysanthus episcopus Nouatianorũ Constantinopoli suã hæresim docet. Soc. 7. cap. 12.

Iudæus quidam se Mosen esse asserit. Soc. 7. cap. 38.

Clodoueus primus rex Francorum claret Anno 437. inclinantis uerò imperij ann. 26. Blond. 2. Deca. 1.

Carthagine à Vandalis capta, Aphrica adimitur imperio Rom. anno 442. Blon.

Mortuo Theodosio iuniore regnauit Valentinianus in Occidente annos 31. & uiuente Theodosio imperauerat quinque & uiginti annos.

Anno Christi 453.

MArtianus Imperator 52. optimè in Oriente præest ann. 4. Huius uerò temporibus formidabilis illa expeditio Attilæ contigit.

Maioranus ad Rauennam gubernans Occi-

cidenti præest. Sab.

Post Cœlestinum factus est Papa 44. Xystus 3. an. do. 434. & præest ecclesiæ Romanæ an. 8. Hic ob magnificas opes ecclesijs collatas, ditator et donator ecclesiarũ nomina[tus]. Pla.

S. Patricius floret, qui Iberniam ad fidem conuertit. Monst.

Ioannes Cassianus monachus Massiliæ diaconus S. Chrysostomi floret. Gennad. in Cata. Theodorit° ecclesiasticæ hist. viæ autor floret.

Prædestinatorũ hæresis uiget, qui nec bona nec mala opera curant. Bernard. Lutzelburg.

Genserícus rex Vandalorum Arianos Catholicos persequitur.

Hunni Thraciã et Illyricum depopulãtur.

Eutychus presbyter Constantinopolitanus cum Timotheo & Dioscoro post Maneten & Apollinarem impiè docẽt carnem Christi non fuisse nostræ similẽ, nec reuera de uirgine natũ, quanq̃ appareat, quia de cœlo descẽderit. Vol.

Leo Tuscus hoc nomine primus post Xistũ anno 443. sedem pontificis obtinuit 45. eiq; præfuit ann. 21.

Christianis bellum interdixit: sacerdotibus uxores concessit, quibuscum tamen non deberent concumbere. diem dominicum sanctè otio celebrari iussit. Tandem ab episcopo Alexandrino excommunicatur. Theo. in Collect. Eccl. histor. lib. 1. Volater. Sab.

Scoti

Scoti partem Britanniæ occupant. Sabel.

Meroneus filius Clodouei regis terram in Gallia occupatam Franciam uocat.

Constantinopoli in particulari synodo damnatur Euthyciana hæresis. Enag. 1. ca. 9.

Pōtifex Leo doctrina et eloquio insignis Barbaroru reges ad amicitiā suā adducit. Volat.

Moses duo abbates Anachoretæ clarēt. Sa.

Schola uniuersalis Bononiæ a Theodosio fundatur. Volat.

Euchenius Lugdunensis episcopus claret. Gennad. in Cata.

Romani Gotthos et Hunnos in Gallia uincunt, an. 450.

De Attila.

PRimùm omnium Gotthi, deinde Vandali, postremò Hunni Hūgariam ingressi sunt, & hi postremi retinuerunt terram, unde & Hungariæ appellationem sortita est. Crudelis hic populus maximam cladem uniuersæ prope modum Europæ intulit. Attila ex Hungaria exercitum quingentorum trecentorū millium duxit in Germaniam, plurimasq; potentes urbes diripuit, inter quas Basilea, Augusta, Argentoratum, Vuormacia, Colonia, & plures aliæ urbes fuere. Inde in Galliam progressus, Burgundionum regem cepit, Aureolam obsidione cinxit, & statuit totius Europæ dominium sibi usurpare.

Hūgariæ appellatio.

Attilæ res gestæ.

Erat autem tum ea in parte Galliæ citerioris, quæ à Cæsaribus adhuc tenebatur, Romanus dux Aetius, qui alijs est Etius. hic fœdus inijt cũ Francis & Gotthis, ut iunctis uiribus crudelißimo tyrãno Attilæ resisterent. Attila uerò quia timuit sibi à uiribus Gotthorũ, solicitauit Dietrichũ regẽ eorũ, ne quid auxilij Romanis suppeditarent, sed pro singulari constantia sua Gotthi recusarũt ullã uel amicitiæ uel cõfœderationis rationẽ cũ tyrãno barbaro contrahere. Itaq; apud Tolosam urbem Galliæ utrinq; infestis signis congreßi sunt, à Romanorum parte Aetius, Gotthi & Franci: ab altera parte Attila. Et testantur historiæ nunquam in occidente tantum ab utraq; parte exercitũ, tantamq; multitudinem antè collectam fuisse. Pugnæ conflictus ab exortu solis in noctem usque durauit. Tandem in fugam conuersus Attila, amisit centena octoginta millia: ipse etiam tanta angustia exagitatus, ut non procul abfuerit quin seipsum interemerit. Aetius uerò, Franci & Gotthi, etsi uictores erant, tamen Gotthorũ rex Dietrichus in eo conflictu perijt. Mortem patris ulcisci filius uoluit, & statuit collectis copijs insequi Attilam. & reliquum eius exercitum prorsus delere, & deleuißet haud dubiè, nisi ex Aetij consilio sententiam suam immutaßet. Sed malum hoc fuit cõsilium Aetij: nam quũ parua manu potuisset tum

Aetius.

Cõflictus apud Tolosam cũ Attila.

tum uinci Attila, postea rruersus in Hungariã reparato exercitu et collectis uiribus Italiam inuasit, direptis urbibus in primo Italiæ ingressu usque ad Apeminum. Tum uerò occurrens ei Le[illegible] ex supplex petijt, ut retrocederet. Fertu[illegible]xisse Attilam, uisam sibi iuxta ponti[illegible]astantem uiri cuiusdam imaginem minitantem sibi stricto gladio, & terrore perculsum promisisse se recessurum. Porrò in Hũgariam reuersus solennes nuptias egit, & in prima nocte largiter potus præter expectationem fato concessit. Exitum hunc habuit hic tyrannus, quem non puduit publico titulo flagellum Dei se appellare. Attilæ mors. Attilæ tirannus, flagellũ dei.

Circa hæc tẽpora Chalcedonense concilium uniuersale quartum 600. episcopis cõtra Eutychianos, Manichæos & Dioscorum Alexandrinũ celebratur. Enag. hist. eccle. lib. 2. cap. 3.

Ioannes Damascenus ex Iudaismo conuersus monachus doctissimus floret.

Septem dormientes ad Ephesum an. 191. in hæc tempora reÿciuntur. Sab.

Germania, Dacia, Sarmatia, maior pars Hispaniæ & Galliæ imperio admittur. Blond. 2. Decad. 1.

Acephalorum hæresis pullulare incipit. hi enim absq; autore dicebant Christum in una substantia adorandum: nec duas in eo naturas confitentur, sed unicam ex deitate & humanitate

nitate mixtam, contra Chalcedonense concilium. Hiero. in Cat. hæret.

Prosper Aquitanicus presbiter claret. Gen.

Vrsula Britannica uirgo cum 11000. comitibus ab Hunnis Coloniæ interficitur. Sab.

Anthemius Romæ imperatorem agit.

Mamertus Viennensis episcopus (qui Litanias primus instituit) claret. Sab.

Anno Christi 460.

LEo primus huius nominis Orientis imperator 53. imperauit ann. 16. Is filium suum eiusdem nominis Cæsarem creauit: qui ob iuuenilem suam ætatem Xenoni uitrico suo imperij coronam imposuit.

Arelatensis synodus peragitur anno 461. Sab.

Venetia.

COndita est hoc tempore Venetia urbs in insulis maris Adriatici, quò optimi quique ex Italia metu Attilæ confugerunt.

Leone papa 45. mortuo, factus est Hilarius Sardus pontifex 46. anno Christi 464. seditq; an. 6. Statuit ne Episcopi aut clerici sibi successores eligerent: tribus epistolis uniuersales synodos comprobat: ius Pontificium publicat: templa auro atque argento ornat. Sab. Volat.

Prudentius & Sedulius Christiani poetæ illustres habentur. Genad. in Catal.

Odoacer cum Herulis & Turingis Italiam intrat, imperatores uincit, terram occupat.

alb.

ann.14.Sab.

Occidentale imperiũ ob uarias barbarorum incursiones deficit ad Caroli magni tempus usq; ann.330.Sab.

Posidonius, & Victorinus Aquitanus, qui Pascha ad Lunæ cursum direxit, agnoscitur.

Hilario pontifice defuncto Simplicius Tiburtinus summus sacerdos ann. 470. Romæ constituitur, sedet ann.15. Is nullum cogendum ad sacerdotium censet. Ne quis clericorum possessionem sacerdotij ab homine prophano susciperet, prohibet. Volat.

Orosius historicus & Gennadius episcopus Constantinopoli insignes habentur. Gennad. Germanus Antisiodorẽsis antistes claret. Sab.

Ostrogotthorum reges Valemir & Theodomir Illyricum uastant. Blond.

Theodorus Syrus ecclesiasticæ historiæ scriptor floret. Sab.

Honorius rex Vandalorum Ariana hæresi infectus 334. episcopos Aphricæ in exilium ablegat. Diac.

Toletanum concilium celebratur cõtra ignorantiam boni & mali, ann.470.

Valẽtinianus Cæsar occidi iussit Aetiũ, quẽ Ingratis suspectum de ambitione imperij habebat. Sed tudo erhæc præmia scilicet sunt mũdi pro magnis uirga bonos tutibus. Stillico, Aetius & Bellisarius, præstan & fortes tissimi illi quidem duces fuerunt, neq; habuit uiros.

alios imperium, qui uirtutes & fortitudinem ueterum Romanorũ proprius adæquarint, sed parum digna præmia pro tantis meritis senserunt. Valentinianus quæsiuit ex principe quo dã Romano, iustásne pœnas dedisset Aetius: qui id quidem nescire se respondit, cæterùm hoc sibi compertum esse, Cæsarem ipsum sinistra manu dextram suam amputasse.

Post Valentinianũ discerptum penè imperium Romanum est, & multi se in Italia Cæsares appellarunt. Interim tamen maiestas Cæsarei nominis cum summa potentia coniuncta apud Constantinopolitanos relicta est, & post ea occidentis regnum Iustinianus per Belisarium & Narsen principes restituit. Cæterùm Valẽtiniano mortuo multi simul in Italia uocati Cæsares sunt, & habuit Italia intra uiginti annos nouem Imperatores, qui successione quadam alij post alios regnarunt, & alij ab alys per occasionẽ sunt trucidati. Vltimus Augustulus fuit appellatus. Nominis diminutio argumento fuit, imperium Augustorum in Italia interiturum, nam in Augustulo defecit tandem imperium. Expulit cum Augustulum Othacarus, aduersus quem missus est Dietrichus de Berna in Italiam Zenonis tẽporibus. Itaq; translatum est Italiæ Imperium ad Gothos, qui postea sub Iustiniano oppressi sunt. id quod suprà diximus.

Augustulus.

Anno

Anno Christi 476.

ZENO Cæsar Leonis gener, imperator 14. regnauit annos 17. Is in Italiam Dietrichum de Berna misit, eumq; consulem creauit. Et propter huius præclara facta celebrior factus est, quàm suis uirtutibus. Imperauit enim non ut Augustus, sed ut tyrannus. Zeno.

Fulgentius episcopus Hispalensis professione monachus illustris habetur. Volat.

Odoacer regis nomen sibi in Italia assumit.

Basilicus fugato imperatore sibi regnum adscribere conatur Orientis, at mox uictus in exilium pellitur. Euag. 2. cap. 3.

Ecclesia ob multorum populorum incursiones et optimorum autorum destructiones paulatim in deterius labitur, literæ meliores extinguuntur, ritus uarij in Christi ouile irrepunt, bona ueterum instituta deprauantur.

Nicena synodus prima ab imperatore Orientis approbatur. Euag. 3. cap. 14.

Saxones Anglici Britanniam occupant, incolis illius in partem Galliæ pulsis. Poly.

Felix 3. Romanus pontifex 48. an. do. 485. electus sedit annis 9. Euag. 3. ca. 18. Is Templa à solis præsidibus consecrari uult. Volat.

Vuormatia fit episcopatus. Cornelius Cor.

Acacius Constantinopolitanus episcopus hæreticus ecclesiam turbat. Bernhar Lutzelb.

Dionysius abbas festum Paschatis iuxta Lu-

næ cursum ordinat: annos à Christo numerare artificiosè ostendit. Sab.

THEODORICVS Gotthorum rex ad Veronam Odoacrum uincit anno 485. Italiam tenet cum sua posteritate annis septuaginta. Hic clementissime uictoria usus, Italiã tyrannis liberat, ac ædificijs renouans occasionẽ dedit poëtis Germanorum de se fabulandi multa. Sab.

Gundabundus seu Gundebaldus Vandalorum rex Christianos persequitur. Procop. li. 1.

Anno Christi 493.

ANastasius 55. Cæsar in Oriente pacifice regnauit an. 26.

S. Seuerinus episcopus Treuerensis agnoscitur. Volat.

Gelasius 1. Apher, uir doctus, sub Theodorico sedet Pontifex quadragesimusnonus annis quatuor. Clericorum ordines quater in anno fieri præcipit. Collectas & gradualia, iuxta aliquos, instituit. Volat.

Anastasius imperator quia cum Græcis sentiret, à Romano pontifice excommunicatur.

Theodoricus Gotthorum rex Romanis arma interdicit, ad agriculturam & sedentarias artes compellit, ne rebellare possint. Sab.

Anastasius secundus Romanus pontifex quinquagesimus sedet annis 2. Hic Acacio hæretico fauisse dicitur.

Cassi.

Cassiodorus monachus doctissimus ex Senatore factus claret. Sab.

Symmachus Sardus Anastasio mortuo 51. pontifex Rauennæ in synodo creatur, sedet an. 15. Huius temporibus primus tumultus exortus propter electionem pontificis. Quidã enim uolebant contra Symmachum, Laurentium quendam designare, aut Petrum, & hæc contestatio magnæ cædis occasionem præbuit.

Compressit hunc tumultum tandem Dietrichus de Berna.

Transamundus Vandalus in Aphrica Catholicos persequens, 220. episcopos in Sardiniã in exilium relegat: quibus Symmachus quotidiana subsidia mittit. P. Diacon.

Franci in Gallia habitantes auxerunt regnum pugnantes contra Gundebaldum Burgundum duce Clodoueo. Blond. lib. 3. cap. 1.

Vitalianus Thrax in imperio Orientali seditionem mouens, ab Anastasio uincitur. Euag. 3. cap. 43.

Gennadius Massiliensis episcopus de uiris illustribus scribit. Volat.

Remigius episcopus Remensis in Gallia claret. Volater.

Pontifex Symmachus Missam in certam formam redigit. Ne quis clericus cum muliere habitet nisi iuncta sanguine, præcipit. Volat.

Idem constituit ut die Dominicu & natalitus

litijs martyrum caneretur Gloria in excelsis Deo. Plat.

Manichæorum libri cõcremati Romæ. Sab.

Seuerus Antiochiæ episcopus Chalcedonen. se cõciliũ uniuersale anathemate dãnat. Euag. hist. eccle. lib. 3. ca. 33. & lib. 4. cap. 4.

Boetius Christianus philosophus & martyr cum Symmacho à Theodorico factus, insignis habetur. Sab. Volat.

Clodoueus Germaniam subigit, tributum imponit, & cum omnibus Francis à Remigio episcopo Remensi baptizatur, an. 512. Aemil. lib. 1.

Synodus Romæ celebratur Theodorici regis Italiæ iußu, an. 513. religionis componendæ causa, in qua damnantur Eutychiani. Plat.

Hormisda Frusinonius 52. papa eligitur anno 517. sedet ann. 9. Is multa noua in synodo Romana constituta seruanda præcipit. Vola.

Olympius apud Carthaginẽ antistes Trinitatẽ blasphemans, igneis iaculis de cœlo perimitur. Sab.

Theodoricus Siciliam & Dalmatiam sibi subijcit. Sab.

Maurus Placidius & Martinus uiri doctissimi Arianos ad pœnitentiã redigunt. Plat.

Anastasius imperator, non Trinitatem, sed quaternitatem adorãdam præcipiens, fulmine ictus interijt. P. Diacon.

Antio

Antiochia incendio fere absumitur. Euag. quarto cap. quinto.

Anno Christi 519.

IVstinus 1. Thrax, 56. Cæsar regnauit annos nouem in Oriente, in teneris annis subulcus, deinde miles factus. Porrò mortuo Anastasio, Eunuchus quidam diues ingentem pecuniam Iustino dedit, ut suffragijs militum Eunuchus ille imperator designaretur. Verũ Iustinus sui cõmodi memor effecit ut ipse imp. crearetur. Iustinus.

Anno Christi 526. Ioannes 1. Thuscus 53. in sede Pontificum sedet annis 2. mensib. octo. Inter sanctos connumeratur, & cæcum Constantinopoli illuminauit. Is cùm Arianos dignitatibus spoliasset, precibus amicorum, ac minis Theodorici regis, ne maius malum ecclesia incurreret, in integrum eos restituit. Plat.

Theodoricus rex moritur, eiusq; anima (ut quidam Eremita uir sanctissimus retulit) in ignem Liparcum immersa est.

Athalaricus filius Theodorici & Amalasiuthæ prudentissimæ fœminæ Italiam regit.

Felix 4. Samius, Papa 54. sedet annis quatuor. Hic clerum à populo in templo discreuit. Tertio die successores sacerdotibus defunctis dari oportere statuit. Sab. Voluit & ut morientes ungerentur oleo. Volat.

Ilderichus Vandalorum rex anno 525. ca-

thola

tholicam fidem in Aphrica defendit. Sab.

Dyrrachium & Corinthus terræmotu corruunt. Euag. 4. cap. 8.

Imperator Orientis episcopos hæreticos ejecit, & sacerdotijs suis priuat. Blon. lib. 3.

Anno Christi 528.

Iustinianus. IVstinianus Iustini ex sorore nepos, Romanorum 57. Imperator, regnauit annos octo & triginta. Is reparando imperio animum admouit, & beneficio quodam Dei singulari, duos insignes præfectos sortitus est, Belisarium & Narsen, quorum opera res longè præclarissimas confecit. Belisarius Persas uicit, & Syriam seruauit, & Aphricam Imperio restituit. præterea & in Italia ingentes victorias habuit contra Gotthos, quorum uires postea in Italia à Narse prorsus debilitatæ sunt. Iustinianus cũ Francis in Gallia pacis & amicitiæ leges contraxit, permisitq; ultro eos Galliæ partem tenere, id quod Procopius scribit.

Belisarius et Narses.

Porrò pace iã undiq; stabilita, Iustinianus ex tribus Codicibus, Greg. Hermogen. & Theodo. reiectis inutilib⁹, & necessarijs additis Codicem quem peculiari nomine uocãt, composituit. Inde Parthis & Vãdalis in Aphrica superatis, per Tribonianum etiã uetera iura & leges Romanorum in Digestorũ libros redigi curauit Iustinianus, sed hi libri non multò post

Ius ciuile restitutũ à Iustin.

Iustinianum per iura Longobardorũ & Frã-

corum

corum oppreßi ſunt, tamen poſt aliquot ſecula reuocati ſunt in lucem per Lotarium Saxonem Imperatorem, de quo infra dicemus. Cæterùm quantas laudes mereatur hæc prudentia in Imperatore, qui illud ius, easq; leges in communi uſu eſſe uoluit, quibus nihil neque honeſtius neque ſanctius, & utilius eſſe poteſt, omnium ſapientum & bonorum iudicio, longum eſt hoc in loco commemorare.

De Belliſario.

ILlud meritò præterire non poßum de Belliſario, quòd fideliſſime in rebus omnibus egit, pacis & concordiæ autor fuit in toto orbe, Romanum imperium collapſum penè & debilitatũ prorſus reparauit & reſtituit: Romã occupauit, murosq; ibidẽ reædificauit: breuiter tanta in ſuum dominum, & totum orbem beneficia contulit, ut alia neque maiora neque laudabiliora eſſe poßint: & ſi recte ea uoles æſtimare, ſumma ſunt & incredibilia dona Dei. Sed quam gratiam referat mundus pro tãtis uirtutibus & huiuſmodi donis Dei, id Belliſarij exemplum ſatis commonet, cui Iuſtinianus ex leui admodum ſuſpicione citra culpam oculos iuſſit erui, & profligauit eum, ut mendicando cibum quærere cogeretur, & tandem ut calamitoſiſſimus mendicus obijt. Ita demũ opponit ſe Satan maximis quibuſque uiris, nimirum qui omnia opera Dei,

Belliſario peſſima gratia relata à Iuſtiniano.

Satanæ ſtudiũ.

&

& summus uirtutes in hominibus exosus est.

Quin & Narses quoque incidit in indignationem Cæsaris, sed is noluit redire Constantinopolim. nam ut tutior esset à periculis, in Italia apud Neapolitanos per totam uitam suam mansit.

Bonifacius 2. Romanus, anno domini 533. sacerdos summus 55. Romæ sedet an. 2. Vult tertia die pontificem eligi. Plat.

S. Benedictus Narsinus Abbas Castrutensis cum sorore Scholastica primus regularem uitam certis legibus & ordinibus admouit (cùm hactenus monachi seorsum libere Christo inseruiuissent) inchoauit in monasterio Casinensi, cuius reditus erant quotannis 40000. florenorum. Valater. lib. 21.

Post Bonifacium 2. creatus est Ioannes 2. Papa 56. qui ann. 1. sedens, successorem habuit Agapetum 1. qui item annum 1. sedit. Hic primus templa circumire docet die Dominica. Volater. Plat. Hic & impetrauit à Iustiniano, ut hæretici Cõstantinopoli nõ ferrẽtur.

Anthemius episcopus Constantinopolitanus in Eutychianam hæresim lapsus, multis pontificibus est causa exitij. Plat.

Agapeto successit papa 58. Syluerius Campanus, ex episcopo natus. sedit an. 1. Hic pietate & eruditione pollẽs, à Bellisario duce Cæsariani exercitus in exilium pellitur, & eo ad

huc

huc uiuente Vigilius Romanus opera Bellisa-
rij papa 59. creatur, anno Christi 538. sedit q;
annos 17. Sed & hic tandem captus est à Iusti-
niano, & tractatus parum humaniter, quòd
nec dictis Anthemij hæretici consentire uellet,
nec restitutioni profligatorum hæreticorũ con
sentire. Itaq; eo in uinculis agẽte apud Græcos
propõtificem agit Pelagius. Sab. En. 8. lib. 5.

Vitigis rex Italiæ, Græcis resistit. Sabel.

Eames ingens adeò in Italia innaluit, ut mẽ
bra humana ederent indigenæ.

Theodorus uir quidam eloquens affirmat
Mariam uirginem hominẽ tantùm non Deũ
peperisse. Contra hunc Theodorum & Anthe
miũ Cõstãtinopolitana altera synodus congre
gatur anno 549. in qua constituitur quòd uir-
go maria sit θεοτόκος, & damnatur Origenes.
Plat. in Vigilio.

Anno Christi 547.

TOtilas Gotthorũ rex bellicosus ad Pla
centiã Romanos uicit, omnia signa mi-
litaria cepit, Romam occupauit, Brutios &
Lucanos subegit. Blond. lib. 6.

Eruli Istrum incolentes Christiani fiunt,
accepta ob id ab imperatore pecunia. Euang.
hist. eccle. lib. 4. cap. 20.

Anno domini 551. quintum Concilium Cõ
stantinopolitanum celebratur.

Pelagius Romanus pontifex 60. creatur

anno Christi 557. Totilæ regis temporibus, sedetq; annis 11. Hic horas 7. Canonicas instituit, mortuorũ memorias Missæ adiecit. hæreticum seculari potestati puniendum tradidit.

Quadragesimali tẽpore sacerdotibus hora 9. sacrificare concessit. Plat. Vola.

Narses dux Imperatoris Iustiniani Italiã ingressus, Gotthos prælio fundit, Totilã p Lõgobardos interficit Romam occupat. Blõd. 5.

Sophiæ tẽplũ ingens Iustiniani iussu Constantinopoli ædificatur. Euag. lib. 4. cap. 31.

Teias ultimus rex Gotthorũ prælio victus occiditur. Gotthi anno 18. belli in deditionem ueniunt. Sab. Ennea. 8. lib. 5.

Tota gens Hunnorũ à Cæsarianis in Græcia deletur. Sab.

Pelagium secutus est Papa 61. Ioannes 3. qui sedit an. 11. mens. 7. Illis temporibus horrenda admodum portenta in cœlo apud Italos apparuerunt, uisæ sunt ardentes pugnæ, Cometæ. Præterea et Tybris innũdatiõe penè submersa Roma est. Portenderunt hæc signa lapsum imperij Romani & Ecclesiæ, qui secutus est postea. Nam non multò post Mahometica pestis exorta est.

Portenta ante Mahometẽ uisa in Italia.

Anno Christi 566.

Iistin⁹ 2. IVstinus huius nominis secund. 58. Cæsar imperauit annos 11. Iustiniani ex sorore nepos erat. Huius temporibus Longobardi Italia

liæ partem inhabitandam receperunt, anno Christi 572.

Armenij fidē Christianā amplectūtur. Pla.

Chosroes Rex Persarū fines imperij uastat. Eua. hist. eccle. 5. ca. 9.

Longobardi Narsetis (quem falsò delatum Imperator proscripserat) suasu Pannoniam quam 42. an. possederant, reliquias Attilæ relinquentes, cum rege Alboino Italiam inuadunt, Veronam, Mediolanum & magnam partem Italiæ occupant, quam tenuere annis 204. Aemil. 1.

Monothelitæ cum sua hæresi emergunt. Hi duas uoluntates diuinam et humanā in Christo esse negarunt, quia contrariæ esse uideantur. Volat. libr. 17. Antropol. Contra hos Synodus Constantinopolit. 150. episcopis celebtur, in qua Græcis sacerdotibus uxores permissæ, Latinis nequaquam. P. Phry. in Chro.

S. Brigita Scotica multorum cœnobiorum fundatrix claret. Volat.

Clephis, occiso Alboino insidijs Rosemundæ uxoris, Longobardis præest. Sabel. En. 8. libro 5.

Anno Christi 577.

TIberius huius nominis secundus 59. Cæsar regnauit annos 7. Iustini præfectus erat, & per adoptionē ab eo in filium & hæredem imperij susceptus est. Persas fudit, sed

nulla felicitate in Italia contra Longobardos usus est.

Pelagio successit 62. Papa Benedictus, sedit que an. 4. mens. 2. Plat.

Romæ desitum hoc tempore Latinè loqui. Sab. Enne. 8. lib. 5.

Imperator per duces Persas diuicit. Eua. lib. 5. cap. 19.

Longobardi mutato regiminis statu, 30. duces sibi eligunt, qui rebus præsunt annos 10. Sabel.

Post Benedictum factus est papa 63. Pelagius 2. Romanus, anno salutis partæ 583. sedit an. 10. mens. 6.

Anno Christi 584.

MAuricius gener Tiberij 60. Cæsar creatus imperauit in Oriente an. 20. Summa uictoria usus est contra Persas & Hungaros: postea à præfecto suo Phoca est iugulatus, de quo horrenda somnia habuerat: & cũ quæsisset de eo, responsum est hominẽ meticulosum esse, & minimè metuẽdũ. Subiecit Mauricius, Si est timidus, est homicida.

Pelagius pontifex per S. Gregorium diaconum post electionem se apud Mauricium imperatorem excusauit, quòd non eius consensum expectasset. ab eodẽ quoque auxilia contra Lõgobardos petijt. Sab. En. 8. lib. 5.

Inundatio aquarũ ingens Romæ orta, fa-

mem

mẽ & pestem Italis attulit, unde multæ superstitiones natæ. Sab. Plat.

Saxones cum Sueuis congressi superantur. Sueuiam uictor occupat, quam & hodie possidet. Blond. lib. 8. cap. 1.

Pelagio secundo successit 64. Papa Gregorius 1. Romanus, cognomine Magnus an. 591. seditq; annos 13. menses 6. Is multas ubique cærimonias ordinauit: nam propter bella & hæreses turbata omnia erãt, neque quicquã certo ordine agebatur. Itaque instituit Gregorius per cærimonias Ecclesiæ statum in concordiam reuocare. Vnde et lumina ecclesiis dedit. Modũ chori & psalmodias ordinauit, litanias & processiones excogitauit, & se seruum seruorũ Iesu Christi dixit. Vetuit ne Bigamus presbyter ordinetur, ne quisquam det operam sacerdoti habenti concubinam, ne in eadem prouincia duo sint Metropolitani antistites, ne mulieres monachorum monasteria subeant, ne monachi baptizent. Sab. En. 8. lib. 5.

Orta est & cõtẽtio hoc tẽpore de primatu. Vniuersæ Voluit enim Mauricius Cæsar ut patriarcha Constãtinopolitanus Oecumenicus siue Episcopus uniuersalis in ecclesia Christianorũ dicere beatur. sed Gregorius id suo assensu cõprobare nõ uoluit, & Christiana constãtia usus scripsit, neminẽ id sibi arrogare debere, ut inter Christianos Episcopus uniuersalis uelit nominari.

Mauritius imp. Persas deuincit.

Hermengildus filius regis Visigothorũ à patre Ariano in Hispania ob fidem Catholicam securi percutitur. Aemil. lib. 3.

Childebertus Frãcorum rex cum Bauaro congressus victor euadit. Blond. 8.

Agilulphus post Eutherum rex Lõgobardorum eligitur. Sab.

Angli Saxones Britanniam occupãt, & de se nominant. Vol. Virgil. lib. 3.

Britanni ad fidem Christi cõuertuntur, anno 600. Toletanus cõuẽtus peragitur 61. Episcopis, ĩ quo Ariana hæresis ex Hispania pellitur, orthodoxa fides recipitur. Sab. En. 8. li. 3.

Roma per annũ à Lõgobardis obsessa. Sa.

Augustinus Melitus & Ioannes uiri doctissimi à S. Gregorio in Angliã missi anno 603. ut ibidem Christianam fidem doceant. Vol.

Mauricius imp. una cũ uxore et liberis crudeliter ab Phoca occiditur. Diac. lib. 18.

Post Gregorium 1. factus est Sabinianus Tuscus papa 65. sedit annum unum, menses 5. Hic diem & horas campanarũ pulsu distinguit. Lãpadas perpetuò ardẽtes excogitat. Libros Gregorij exuri mandat. Plat.

Occasio concertationis de primatu Papæ.

Sabiniano defuncto creatus est pontifex 65. Bonifacius tertius, is magna contentione obtinuit

obtinuit à Phoca Cæsare, ut sanciretur Roma Bonifa-
nus pontifex Oecumenicus, & summus Epi- cius fa-
scopus totius Ecclesiæ Christianæ, licet multis Ctus xcm
reclamantibus. Ab eo tẽpore nunquam desie- menicus.
runt Romani pontifices conari pro dignitate
& potentia sua augenda.

Hic Bonifacius Romæ synodum 72. Episco
pis celebrat, in qua præter alia statuit ne an
te triduum mortuo pontifice alius creetur. Idẽ
episcopum eligi à populo et clero simul statuit.
Plat. Sab.

Anno Christi 604.

PHocas 61. Cæsar imperauit annos octo.
Sub hoc uehementer debilitatæ & dimi-
nutæ sunt uires imperij. Defecerunt iam pror-
sus ab imperio Gallia, Hispania, Germania
et Lõbardi. Præterea & Persarũ rex Cosroa Cosroa
(seu Cosdroa) multas regiones & ciuitates Persarũ
pariter in Oriẽte occupauit, potitus est et Hie rex.
rosolymitana urbe, & crucem seruatoris no-
stri Iesu Christi secũ abduxit. Non multò pòst
à Prisco duce suo obtruncatus Phocas, dedit Vltionis
ꝑsidiæ pœnas, qua ĩ Mauriciũ usus erat antea. exemplũ.

Anno Christi 603. Bonifacio 3. succesit
Bonifacius 4. Marsus, pontifex 67. sedit an. 6.
mens. 8. Hic templum omnium deorum Pan-
theon à M. Agrippa constructum, mutato no-
mine, Mariæ & omnium sanctorum uocat.
Blond. lib. 9.

Anno Christi 612.

Heraclius.

HEraclius 62. Cæsar regnauit 30. annos. Huc Sergius Patriarcha diademate coronauit. Idem filiam sororis in matrimonium duxit. Sab. En. 8. lib. 6. Is Hierosolymam, Syriam & Aegyptũ restituit imperio, & Persis uictis crucem dominicam reduxit, eamq; primùm Constantinopolim, deinde Romã trãstulit. Durauit autem hoc bellum Heraclij aduersus Persas annos sex continuos.

Cosroa rex Persarũ à proprio filio trucidatur.

S. Columbanus apud Francos ann. 614. à Rege Theodorico in exilium pellitur, quòd ligneret nothos regis filios, quos ex scortis susceptos set, in regnum succedere non debere.

Sclaui Illyricum & Dalmatiam occupãt. Sabel.

Acephalorum hæresis repullulare passim incipit. Sabel.

Anno Christi 615. THEODATVS seu DEVS DEDIT. Rom. 68. papa eligitur. sedet ann. 3. Decreuit ne quis eam puellam uxorem ducat, quam è sacro baptismi fonte leuarit. Sabell.

Bonifacius 5. Campanus anno 617. fit pontifex 69. sedet ann. 5. Hic delinquentibus templa & aras asyla constituit. Ne Acoluthi martyrũ reliquias attrectent uetuit: ut sacrilegi ubique telo anathematis plectãtur sanxit. Sabel

bel. Volat.

Huius temporibus claruit S. Gallus, qui è Scotia ueniens, Christianam doctrinã in Germania superiore docuit, et apud Heluetios monasterium ædificauit.

Post Bonifacium 5. HONORIVS Cãpanus pontifex 70. eligitur anno 622. sedet ann. 12. hic festum exaltationis S. Crucis instituit, & basilicam B. Petri æneis tegulis à Romuli templo ablatis operuit, urbem plurimis templis locupletauit.

Dagobertus Clotarij secũdi Galloriũ regis filius in cõtumeliã superbo pædagogo barbã uellit ac resecat, uirgisq; cædẽdũ iubet: quo facinore ita patris animũ ulcerat, ut pro miraculo habitũ fuerit, q ei ignouerit, casum adeò et lacerum uerberibus hominem aspiciens.

Anno 630. Sigisbertus Orientaliũ Angloriũ rex Cãtabrigiæ insignẽ academiam excitat.

Heraclius imp. ad studia Matheseos se conuertit, & Iudæos omneis in suo imperio baptizari curauit, idemq; apud Dagobertum regẽ Francorum, & Sisebodum regẽ Hispaniariũ precibus obtinuit, anno 636. Tandem in Monothelitarum hæresim prolabitur. Blon. Sab.

Rotharis Longobardorum rex in Arianã sectam prolapsus, in singulis suis ciuitatibus Arianum & Catholicũ episcopos haberi præcepit, an. 640. Blond. Plat.

De Mahomete, & Saracenorum regno.

Anno mundi 4590, Romæ 1382, Christi sexcentesimo trigesimo, Heraclij decimo quinto (quanquam alij aliud in tempus hæc reijciant).

Mahometes.

Mahometes in Arabia apud Agarenos & Saracenos prophetam se uēditauit, & regem pariter, idque ex hac occasione. Agareni in ingressu Arabiæ habitantes, semper prædationi & militiæ exercēdæ dediti fuerūt. Iam uerò concitati Persarum bellis stipendia meruerant sub Heraclio. Et cum renūciatum esset per præfectos Cæsareos, nō expectandam amplius esse spem stipendiorū, seditionem mouerunt aduersus duces Romanos. Porrò occasione huius tumultus publici potētia Mahometis crescere cœpit. Quādo enim rectore carere nō potuit uulgus, facilè adhæserūt Mahometi, qui reliquos omnes & propter opum magnitudinem, & propter alias singulares uirtutes facilè antecellebat. Cæterū ut facilius in unum aliquem & certum ordinē redigeret mores populi, statuit non modò in ciuilibus rebus certas leges condere, sed ad unam aliquam & nouā formam religionis animos uulgi alligare, quò rectius in officio omnes continerētur, neq; exoriri posset dissēsionis alicuius occasio. Videbat enim uarias & dissentiētes passim esse opinio-

Agareni.

Occasio Mahometici regni

nes

nes de religionis doctrina. Nam dissipata erat concordia Ecclesiarum per varias hæreses, & maximè impio dogmate Arij. Atque ubi error implicatæ conscientiæ sunt, & animi in dubio uersantur, susp ectam facilè habent doctrinam Christi, & paulo momento hucatq; illuc impelluntur. Itaque nutantibus in hunc modum mentibus hominum, opportunitatem nactus Mahometes, huiusmodi religionis formam præscripsit, in qua summa illa fidei capita de Christo p termittebãtur, idq; propterea, ne fidei doctrina porro in ambiguas disputationes uocaretur, sed posita tantum in rationis captu præciperet de ciuilitate morum, & ratione honestè uiuẽdi. Id uerò plausibile tãdem est naturæ humanæ: ac proinde legẽ pœna capitali sanxit, ne quis de sua secta disputare auſit. Amplexi itaque sunt hanc doctrinã Gentes, Iudæi, Ariani, & Christianæ religionis aposta tæ. Nam erat hæc fides probabilis omnibus: ideo homines dispari genere, dissimili lingua, alius alio more uiuẽtes, incredibile est me moratu quam facilè coaluerint, & creuerint potentia ad fortiter resistendũ Romanis. Primùm enim cœperunt Arabiam & Syriæ partem subigere. Nã Damasci regia Mahometis erat. Postea & in Aegypto potẽtes facti sũt. Breuiter hæc de initio formidabilis regni Mahometici dixisse satis sit, in quo primùm Ara-

Mahometicæ religionis forma.

Sultanꝰ. bes & Aegyptij regnarunt, qui se Sultanos, hoc est, principes appellarunt. postea imperium ad Turcas translatum est.

Porrò hoc regnum potissima pars est Antichristi. Et extant de eo certissima vaticinia in Prophetis, quibus seriò monemur à Deo de uitãda hac peste. In Daniele sic depingitur: In Dan. 7. b. bestia illa terribili, quæ Romani imperij typus est, enasci cornu, præ cuius potẽtia tria cornua euelluntur, & oculos habere, & loqui horrendas blasphemias contra Deũ. Cornu hoc, Mahometes est: oculi, & horrendæ blasphemiæ cõtra Deum, Alcoranus & doctrina Mahometica sunt, quæ latius propagata est, quàm imperij fines spectabant. Nam uniuersa ferè orientalis plaga Diabolico hoc dogmate est infecta. Tria cornua, tria illa regna, Arabiæ, Syriæ, & Aegypti, quæ occupauit Mahometes, notant. Ea omnia prædixit Deus, ut admoniti non offenderemur hoc scandalo: itẽne ignoraremus ultimum hoc regnum esse, & extremi iudicij diem expectandum esse. Posteritas autẽ Mahometis non cõtenta suorum regnorũ finibus, cum Cæsaribus Constantinopolitanis propter Asiæ quoque imperium dimicauit.

Saracenũ Regnum. Saracenum regnum dictum est primò hoc regnum Mahometis. Nam etsi Agarenus erat natione, tamen non sine magna causa mutauit hoc nomen, quòd promissio in scripturis ad

Abrahæ

Abrahæ filios ex Sara prognatos pertinebat, Gene. 21.
& non ad Agar. Erant autem Agareni ex
Agar. Cæterùm cùm prætexeret Mahometes
suum populum Deo gratũ esse, atque adeò ad
quẽ pertineret benedictionis promissio, ut do
minarentur in toto orbe, (carnaliter enim in-
terpretabatur omnes promissiones scripturæ-
rum) immutato uocabulo de industria populũ
suum Saracenos appellauit, tanquam Saræ si-
lios, non Agarenos.

Sunt autẽ hi Saraceni potentes non in A- Saraceno
sia solùm, sed in Aphrica quoque facti. Inde rũ poten
& in Hispaniam profecti, eius quoque ma- tia.
gnam partem diu tenuerũt. Italiã etiam sæpe
per incursionem ingressi sunt.

De Turcarum origine.

CAusa aduentus Turcarum ex Tartariæ
in Asiam, ea fuit, quòd belligerantibus
Saracenis contra Persas, quæ sierunt opẽ Persæ
à Turcis. Hi uerò Tartari fuerũt iuxta Cau- Turcæ
casum montem. Contigit id nõ diu ante Caro fuerunt
lum Caluum, circiter annum Christi octingẽ Tartari.
tesimum septuagesimum. Post hanc expeditio
nem sensim in Asia Turcæ manere cœperunt,
perinde ac sieri plerunque solet cum exterorũ
hominum subsidia aduocantur. Quãdoquidẽ
autem militiæ exercendæ diditi in primis erãt
Turcæ, factũ est ut imperij summa ad eos tan-
dem deuolueretur. Et in primis Othomannus

Turcæ

Othomănus Turca.

Turcæ potentia et uiribus excellere cœpit temporibus Cæsaris Alberti Austriaci primi, quã Cæsaris Rudolphi filius erat: id quod fuit postnatũ Christũ circiter milleſimo et trecenteſimo anno. Iã uerò ab huius Othomãni tẽporibus, Mahometis regnũ in Turcici imperij appellationẽ abijt. Notatu dignũ eſt hoc loco, præſens illud Turcicũ genus nationes ſubigere & dominari cœpiſſe temporibus primi Auſtriaci Cæſaris, et ſpes eſt ut ſimiliter tandem ab Auſtriaci ſtemmatis imperatore reprimatur.

Turcæ quãdo cæperint dominari.

Imago huius Turcici regni plena terroris in ſacris literis deſcribitur, ne neſciremus hoc Satanæ regnum eſſe, & cuius potentia atque ſucceſſu nõ abſterreremur à Chriſto ad Mahometicam impietatẽ deſcientes. Ezechiel & Ioannes appellant Turcas Gog & Magog.

Ezech. 38 & 39. Apoc. 20.

Gog tẽtorium uocatur, Magog populus eſt extra tentoria. nã Tartari habitãt in tẽtoris. Et διαβόλου ſcribit Ezechiel permiſiſſe Deũ augeri potentia Gog propter peccata populi.

Mahomet Turca.

Mahomet furor ſeu indignatio eſt.

Rubei Iudæi.

Turcæ militem ſeu depopulatorem ſignificat. Methodius uocauit hunc populũ rubeos Iudæos, propterea quòd cærimonias quaſdã à Iudæis mutuati ſint. Neque uerò germani Iudæi erant, ſed rubei Iudæi appellati ſunt, uel à ſanguinis ac cædis auidi erant, uel quòd Mahometes ab Edom ex Arabia ortum duxerat: nã Edom

Edom rubeus est. Methodius autem ait Gog & Magog ultra Caspios montes, hoc est, Caucasum conclusos fuisse, & unlpem illis meatū facturam esse. Vulpes hæ Mahometes est: nā per legem Mahometicam provocati, potentes facti sunt, & dominari cœperunt. Edom.

Suprà diximus quo pacto ad occidentem Romana monarchia peruenerit. Iam verò per Mahometistas Aegypto, Syria, Asia & Africa priuati sunt Cæsares, donec tandem à Turcis hodie Græcia, & quicquid erat reliquum, captum atque vastatum est.

Honorio 1. primo mortuo vacat sedes annum unum, menses septem, dies tredecim, inde anno domini 637. creatur pontifex 71. Severinus 1. Romanus, qui sedet an. 1.

Severino successit 71. Papa Ioannes quartus, Dalmata, anno uno.

Post Ioannem quartum factus est 73. Papa Theodorus Græcus patre episcopo Græco natus, sedítque an. 6. mens. 5. Plat.

Anno Christi 640.

COnstantinus 3. Heraclij filius, Cæsar 63. regnauit quatuor mensibus, à nouerca Martina veneno necatus est, ut suū filium Imperatorem designaret.

Anno Christi 641. Heracleo.

HEracleonas Heraclij filius 64. Cæsar nacum matre in Oriente imperauit duobus

bus annis post sublatum Constantinum. Senatus autem populúsque Constantinopolitanus cognito scelere, in matrem et filium Heracleonam consurgens, hunc naso decisó, illam lingua mutilatã, unà cum patriarcha in exilium relegarunt, à quo adiuti erant in patrãdo scelere.

Vltionis exẽplũ.

Anno Christi 643.

CONstans Constantini filius 65. Cæsar regnauit 27. annos. Ad Orientem à Saracenis, in Italia à Longobardis uictus est. Homo auaritiosissimus fuit, & à suis tandem in balneo occisus est Syracusis.

Theodoro successit 74. Papa Martinus primus, Tudertinus, an. 647. sedit an. 6. Hic notã castitatis clericis suis imponit. Volat.

Saraceni maximam partem Aphricæ occupant, anno 648.

Rhodus cũ circumiacentibus insulis à Saracenis capitur. Sab. En. 8. lib. 8.

Martini primi successor fuit EVGENIVS 1. Romanus põtifex 75. anno 654. sedet an. 2. menses 8. Statuit ut Episcopi carcerẽ habeant ad delicta clericorum puniendã. Volat.

S. Rupertus Episcopus primò Vuormatiæ, pòst Ratisbonæ floret.

Anno 660. Fames ingens Franciã peruadit, cuius leuandæ ergò Clodoueus rex ãdẽ Dionysii quã Dagobertus donarijs aureis argenteisq;

genteisq; in immensum decorarat, non quidem spoliat, sed ad tempus exuit, ut pauperum inopiæ subueniret. quod uariè tum acceptum, nunc sacrilegium uocatum est, nunc pietatis opus. Chron. Fran.

Eugenium secutus est VITALIANVS Campanus papa 76. anno 657. sedit q; ann. 14. Is musicus insignis tẽplis cantum instrumentalem, figuralem et organa introduxit. Pla. Vol.

Rex Persarũ cũ uxore Cæsarea et 40000. hominum Constantinopolim proficiscentes baptizantur. Plat.

S. Getrudis filia ducis Brabãtiæ agnoscitur. Volater.

S. Iodocus eremita filius regis Britanniæ insignis habetur. Sab.

Anno Christi 660.

CONstantinus 4. filius 66. Cæsar, imperauit 17. annos. Pogonatus hic dictus est, hoc est barbatus. Septẽ annos bella gessit cum Saracenis, quorum ma in pugna triginta millia cæsi sunt, adeo ut debilitatis eorum uiribus coacti sint pacis conditiones petere ab imperatore, quæ concessæ sunt illis hac lege, ut quotannis tributa penderent Cæsari.

Constantinus Pogonatus

Hic fratres pueros, ne ad imperium aspirarent, naribus mutulauit.

Beda Venerabilis in Anglia florens, Græcè & Latinè doctus scripturam interpretatur.

Post Vitalianum factus est papa 77.

ADEODATVS Ro. ex monacho, temporibus Constantini Pogonati, an. 671. sedit ann. 4.

Sedes Papæ uacat menses 4. dies 20. Plat.

Ann. 676. post Adeodatum factus est Papa 78. Donus primus, Rom. ann. 1. Hic clerum in uarios ordines distinxit. Atrium Petri marmoreo strauit, templa ædificijs ornauit. Plat.

Anno 679. Agatho Siculus Papa 79. sedit ann. 2. mens. 6.

Bulgari Thraciam & Pannoniam inuadunt, & imperatoris permissu partem eius possident. Blond. 9.

Theodorus archiepiscopus Rauennatis ecclesiæ cùm hactenus par Romano fuerat, se cum suis ei subijcit. Blond. 9.

An. 683. Pestilentia ingens Romæ orta.

Anno 684. Leo Siculus 2. papa 80. creatus sedit menses 10. hic pallia gratis danda censuit, osculum pacis in ecclesia constituit, quodq; indies possit baptismus fieri. Volat. Psalmodiam etiam composuit & hymnos ad meliorem concentum redegit. Plat.

Leoni Siculo 2. Pontifici successit 81. Papa Benedictus 2. anno 686. sedit annum 1. menses 10. Hic ut absq; imperatoris consensu pontifex posset eligi, impetrat. Volater.

Post Benedictum successit Ioannes quintus Syrus Papa 82. qui sedit an. 1. Hic summum

pontifi-

pontificem uoluit consecrari ab Ostiense, Portuense, & Veliterno episcopis. Volat.

Huic successit Conon Thrax papa 83. qui sedit menses decem.

Pertharis rex Longobardorum Italiæ præest. Sab.

Anno 681. Sextum Concilium iterum Constantinopolitanum.

Sergius 1. Antiochenus 84. papa, ann. Christi 689. electus, sedet annis 13. In huius electione magnæ seditio & diuisio populi facta est. Plat. Hic, Agnus dei, missæ adiecit. Sab.

Beda uenerabilis floret, qui post an. 2. Gregorij 3. moritur.

Anno Christi 687.

IVstinianus secundus Constantini filius, 67. Cæsar postquam decem annis imperio præfuisset, a suis ducibus Leontio & Tiberio Absimaro truncatus naso & auribus, imperio exutus, in Chersonesum relegatus est, iterum regnaturus,

Itaq; Leontius uel Leo 2. imperator factus 68. præest rebus pessimè ann. 3. tandem & ipse mutilato naso ab Absimaro duce custodiæ mandatur.

Frisij Rabodo eorum duce superato, in Christianismum à Pipino aulæ Gallicæ magistro equitum inducuntur. an. 797. Hunc Pipinum D. Lambertus Traiectensium episcopus increa-

pans quòd pellicem uxori addidisset Alpaidæ, à Dodone pellicis ipsius fratre miserè trucidatur. Percussor & conscij intra annum diuinitus puniuntur & pereunt. Ioan. Til.

Anno 702. Ioannes 6. Græcus ad Pontificatum 85. peruenit, cui præest an. 3. Plat.

Iannes monachus hæresiarcha existit. Plat. in Constant.

Anno Christi 700.

ABsimarus Tiberius 3. Cæsar 69. imperio præest an. 7. post quod tẽpus Iustinianus secundus opera Bulgarorum ab exilio reuocatus, Constantinopolin cum ingenti exercitu uertitur, & denuo cum filio imperat ann. 6. & captos Leontium & Tiberium, ac humi coram se prostratos, pedibus conculcauit, & palàm clamari iussit, Super aspidem & basiliscum ambulabis. Deinde spectante populo interfici eos iussit.

Hoc tempore Paulus Heracliensis primus dux Venetorum creatur. Sab. En. 8. lib. 7.

Arithbertus Longobardorum Rex, Papæ Alpes Coccias ad Galliarum Alpes usq; dono dat. Blond. An. 704.

Ioannẽ 6. secutus est Ioannes 7. item Græcus, ordine 86. põtifex, seditq; annos duos (alij tres aiunt) menses octo.

Hunc secutus est Sosimus, aut ut alij scribũt Zosimus, Syrus (qui & Sisinius quibusdã est

est) Pontif. 87. qui uiginti tantùm dies sedit.

Sosimo succeßit Constãtinus primus, Syrus item Papæ 88. an. 70. sedit 7. ann. Huic Iuſtinianus imperatorũ primus Constantinopolim uenienti pedes osculatur. Hic statuit ne imperatoris hæretici nomẽ publicis aut priuatis scriptis reciperetur. Plat.

Circa hæc tempora Saraceni Aphricam et magnam partem Hiſpaniæ ui occupant, quã ad 700. annos tenuere. Platin.

Anno Christi 713.

PHilippicus Bardeſanes 70. Imperator occiſo Iuſtiniano et Tiberio eius filio in acie anno uno & ſex menſibus (alij an. 2. faciunt) regnauit. Hic in hæreſim Homouſij lapſus & imagines delens, à Conſtantino Pontifice Ro. ſynodum Romæ celebrante ſchiſmaticus declaratur. Sab. En. 8. lib. 7. Tandem à præfecto ſuo captus exoculatur, & imperio deijcitur.

Gregorius 2. Romanus anno 714. ſit 89. pontifex, ſedet ann. 17. quidam ei priores duos annos auferunt, & Stephano cuidã attribuunt. Hic multos Germanos baptiſmi cauſa Romã uenientes ſuis manibus baptizat. Plat.

Bonifacius monachus doctiſſimus à Gregorio in Germaniam interiorem miſſus, Germanos ad fidem cõuertit, Romanã eccleſiã auxit. Mogũtinus fit primus Archiepiſcopus: tãdem in Friſia docens occiditur. Sab. En. 8. li. 7. Plat.

Anno Christi 715.

ANthemius Anastasius 2. Cæsar 71. Orienti impiè præfuit an. 3. alij an. 1. et 3. mens. ponũt. Is à duce suo Theodosio captus, regnoq; exutus, monasterio includitur.

Ciuile bellum inter reges Galliæ ortũ. Sabr. Nam reges pro potentum libidine creabantur, eorumq; ius & dignitatem ij tantùm tuebantur, à quibus in regnum euecti erant.

Anno Christi 718.

THeodosius 3. 72. Imp. mo tantum anno imperauit. Imperium deseruit, cùm uideret inuadi se à Leone, & diffideret regnum se posse retinere, monachusq; factus in priuata uita decessit.

Anno Christi 719.

LEo. 2. Isauricus, Theodosio initiato, sit imperator 73. regnatq; an. 24. Hic appellatus est Iconomachus, hoc est imaginũ expugnator, propterea quòd imagines ac statuas sanctorum è templis auferri & incendi mãdauit. Sub hoc Constantinopolis urbs octo annorum spacio obsidionẽ passa est à Saracenis: qui propter fames & pestilentiæ magnitudinem summa calamitate pressi sunt in eadem obsidione. Quin & à Bulgaris, qui Cæsarem adiuuabant, cæsi sunt. Præterea quoque naues Saracenorum igne peculiari arte facto sub aquis incensæ conflagrauerunt.

Care

Carolus Martellus filius Pipini magister regiæ domus Francorum factus, Saxones, Suevos & Bauaros uincit. Sab.

Herbipolenſis & Erfurdienſis epiſcopatus in Germania inſtituuntur.

Leo imperator inuito pontifice Concilium Bizantij 330. epiſcopis celebrat, qui ſtatuunt idola è templis tollenda, imagines comburendas eſſe: unde pontifex ſubditos imperatoris in apertam rebellionem perduxit. Blond. Pla.

Friſia & Vueſtphalia à S. Vuilibrordo Caroli Martelli auſpicijs ad fidem Chriſtianorum conuertuntur. Sab.

An. 730. Gregorius 3. Syrus ſit Papa 90. ſedet an. 10. Hic Romæ ſynodum celebrat præſentibus Italiæ prælatis, in qua ſtatuitur maiore quàm unquam antea cultu imagines ſanctorum obſeruandas eſſe: & pontifex imperatori Leoni id facere recuſanti, ſacris interdicit, & neglecto eo Carolum Martellum Franciæ magnum principem contrà Longobardos, qui iam pacem cum Romanis reiecto imperatore ſancierant, in Italiam uocat. Plat. Sab.

Saracenorum 375000. ad Turonem in Hiſpania à Carolo Gallo & Eudone Hiſpano prælio trucidantur. Aemil. libr. 2.

Viſigotthi à Carolo in Gallia delentur. Plat.

Arianũ dogma deteſtãdũ hoc tẽpore in Hiſp. repullulãs, Alphõſus rex Hiſp. extirpat, Saracenos

nos molestat, et Catholicus dicitur. Mich. Rit.

Carolus Martellus primò Frisones, mox ad Auenionem Saracenos superat. Aemil. 1.

Linthprandus rex Italiæ Trasemundū Spoletanum ducem uincit, Romam obsidet. Sab.

Anno 741. Gregorio 3. succesit Zacharias Græcus, papa 91. sedem sacerdotis summi possidet an. 10. menses 3. Oleum hic pro lampadibus in templis arsuris excogitat. Plat. Idem Luitprandum ducem Spoletanum urbem obsidentem, cùm aliter non posset, castra petens reuerentia uultus permouit. Idem primus pontificum ausus Francos iuramento absoluere, cum illi Childerico regno exacto, monachūq; se profiteri coacto, Pipinum brenem Caroli Martelli filium regem ungunt, anno 751. Nam ueteribus regibus iam ad egestatem redactis, omnis potentia ad principes deuenerat. Aemil. 2. Blond. lib. 10.

Huius Zachariæ tempore D. Bonifacius in Germania prædicauit.

Saraceni Carthagine discedentes denuo Hispaniam intrant, anno 741.

Anno Christi 743

CONstātinus 5. Leonis filius imp. 34. annis 35. Orienti præest. Dictus est Copronymus, propterea quòd in baptismales aquas (ifandū) cacauit. statuarū quoq; euersor fuit. Archiepiscop⁹ Coloniæ Agrippinæ instituitur.

Rachisius

Rachisius rex Longobardorum fortis fit monachus. anno 750.

Aistulphus rex Longobardorum superbus Italiam nexat. Sab.

Turcæ gens Scythica, ex Hyperboreis montibus procedẽtes, Halanos, Colchos & Armenios inuadunt. Blond. 1. Deca. 2.

D. Otilia sanctitate in Alsatio insignis habetur.

Anno domini 751. Zachariæ pontifici succeßit Stephanus 2. Romanus pont. 92. ann. 5. sedet. Hic Pipinum Gallum in Italiam cõtra Longobarbos uocat, quorum regem obsidione cinctum redegit ad petendas & seruandas leges pacis.

Alcuinus Anglus Eboracenßis Diaconus doctißimus claret. Honor. in Catal.

Anno 755. Pipinus Gallus Aistulpho Longobardo deuicto, Rauennatem exarchatum (repugnãte imperatore cuius erat) dono dedit Romano pontifici. Blond. lib. 1. Plat.

Illinc Pipinus primus ecclesiasticos Romanorum ritus & cãtuum cærimonias in Franciam accepit atq; attulit: illudq; negotiũ Aegidio fratri (Remigium quidam uocant) Rotomagensium Archiepiscopo datum.

Stephanus pontifex Pipinum Francorum regem, & Romanum patricium dicit.

Pipinus rex Parlamentum in Francia instituit

stituit anno 757,

Paulus I. Romanus anno 756. sit Papa, 94. sedet an. 10. mens. 1. Hic carceres & xenodochia intrans, miseris fert suppetias, & ecclesias Christianorum consecrat. Volat.

Turcæ gens Scythica cum Saracenis & Arabibus in eadē lege Mahometica consentiūt. anno 706. Volat.

Sabanus rex Bulgarorum Constantino in abolendis imaginibus consentit. Sab.

Monasteriū, Bremēse, Minden & Halberstat in Germania fiūt episcopat⁹. Cor. Conti.

Fabulæ Roberti Neustriy, quem Diabolū dicunt, recensentur his temporibus, nēpe 761. 762. & 763. &c.

Desiderius ultimus rex Longobardorum Italiæ præest. Sab.

Post Paulū primum cōtentiones & tumultus ingentes contegerunt Romæ propter electionem pōtificis. Nam Constantinus quidam laicus existēs, subito factus presbiter, tyrānicè papatum invasit: sed tandem zelo fidelium ejicitur, & oculis ignominiosè privatur.

Anno 767. Stephanus 3. natione Siculus in ordine 96. Romanæ sedi ann. 4. præest. Hic Consilium Lateranense celebrat contra Constantinum pseudopontificem: in quo statuitur, nullum, nisi per ordines ecclesiasticos, posse pontificatum acquirere: & restituendas imagines

templis. Plat. Volat. in Stephano. Idem pontifex nudis pedibus in litanijs incedit. Plat.

Carolus Pipini regis Gallorum filius patri in regno Francorum succedens, anno Christi 769. Aquitaniam & Vasconiam recipit.

Anno Christi 771. Adrianus Romanus 1. pontifex 97. eligitur, sedet annos 24. Hic instituit ut in atrio Lateranensi quotidie centum pauperes alantur. Plat. Is pellexit Carolum Magnum in Italiam aduersus Desyderium Longobardorum regem. Carolus Romam ueniens pedes pontificis sedentis in loco Dei osculatur. Blond. Aemil.

Anno 778. LEO 4. Constantini Copronymi filius 74. impe. rerum potitur an. 5.

Anno 783.

CONstantinus 6. Leonis quarti filius cum Irene matre loco 76. imperio præficiũtur 10 annos. Erat hæc mulier Atheniensis, & supra muliebrem captum prudẽtissimè imperauit, & summa cũ laude omnium. Postea imperio deiecta matre regnauit filius solus an. 5. Verũ Constãtinopolitani non ferẽtes eius flagitia, reuocarũt ab exilio matrẽ, quæ oculos filio eruens, postea tribus annis imperio præfuit sola in ordine 77. Itaq; Irene & Cõstantinus imperio fuerũt simul ann. 18. usq; ad annum à Christo nato 801. Quanquã autẽ Cõstãtinopoli Christiani Cæsares sæpe fuerũt, qui & Romanæ

mano se imperatore nominarũt, donec à Turcis tãdem occupata est ciuitas, tamen interim dũ potestas regni ita labefactari cœpisset, ut Cæsares neq; nomen suum neq; Italiam tueri possent, coacti sunt Romani præsidia à Frãcis postulare, quorũ potentia tum maxima erat. Proinde Cæsarei nominis maiestas ad Carolum deuenit. Et quia nostri imperatores magna fortitudine semper tutati sunt & tenuerunt Italiã, consultò hic prætermittimus Græcos imperatores, nam fuerunt alioqui homines molles, & planè inepti rebus magnis gerẽdis, ac nostros Cæsares, qui ob insignes virtutes præclaraq; facta meritò cõmendari debẽt, ordine pòst recensebimus.

Circa hæc tempora Græci Italiam inhabitantes, Italos bello petunt, & uincuntur. Blõ.

Irene imperatrix cum filio Constantino iussu Therasij Constãtinopolitani prtriarchæ in Nicea urbe Synodum 350. episcopis celebrant, in qua præter reliqua imagines templis restituuntur: quod decretum mox imperator iterum abrogat.

Græci cum Romanis hoc tempore de sancti Spiritus processione consentiunt. Volat.

Roma plurimis ædificijs & lapideis templis à pontifice exornatur.

Anno 795. Leo 3. Romanus sit papa 20. sedet an. 20. In hunc seditioso tumultu Romæ à clero

à clero concitato, profugit ad Carolum magnũ, à quo restitutus est. Et is Caroli Cæsarem decreuit, eumq; à populo Romano iubẽte, uetusto imperatorum diademate coronauit. Is litanias trium dierum ante ascẽsionem domini instituit. Plat. Idem duos episcopos ad Carolum misit, qui unà cum Francorum & Germanorum episcopis Francfordiæ synodum congregantes, Felicianam hæresim, quæ paulò ante circiter annum 775. in Oriente innotuerat, & Græcorum synodum de abolendis imaginibus damnarent. Reg. lib. 2.

Egbertus 1. rex Anglorum creatur Anno 800. Polydo. lib. 5.

Germani Cæsares.

ANno mundi 4762. Romæ 1554. Christi 801. Carolus Magnus Romæ ipso die natalis Domini imperatorio diademate coronatus est à Leone tertio põtifice Romano. Initium hoc est translati imperij ad Germanos: & translatione hac iterum Italiæ & Occidentali regno potentissimum caput & firmissimum præsidium contigit. Etsi enim Germanici imperatores potentia pares non fuerunt semper, quemadmodum & nullo in regno uel uiribus uel felicitate pares extiterunt reges omnes, tamen uirtute tales fuerũ plerunq;, ut à periculis liberarint Italiam, & ad Occidentem non solũ in rebus publicis trãquillitatẽ, sed

Carolus magnus.

Initium translati imperij ad Germanos.

in

in Ecclesia religionem quo que integram conseruarint. Et si res gestas ac mores nostrorum Cæsarum æstimare uoles, iudicabis eos prudentia excellētes principes, & minime barbaros fuisse, & nulla in re censendos esse inferiores illis summis & commendatissimis imperatoribus, Augusto, Traiano, Adriano, Constantino: imò si rectè reputes, affirmabis plus etiam honestatis & modestiæ in nostris extitisse, q̄ in illis. Id quoq; reperies, à nostris ex nulla ambitione, uel priuati commodi cupiditate bella suscepta esse, sed ex necessitate solùm ad conseruandam religionem, & pro tuenda imperij libertate, atque salute subditorum.

Germani eorū Cæsarū laus

Ego uerò tametsi cōscius mihi meæ tenuitatis, neq; iudicare neq; dicere de uirtutibus magnorū hominū pro dignitate possim, nō dubitē tamen aliquos principes præ alijs cōmendare. Existimo enim pertinere ad officiū cuiusq; historici, ut nonnunquā in optimarū quarumq; uirtutū commemoratione digrediatur, eaq; ppter imitationis exemplum ueluti spectādas exhibeat lectori. Iā uerò in humanis rebus nihil neq; honestius neq; iucundius esse potest cōsideratione & cognitione heroicarū uirtutū in summis hoibus. Proinde optarem ego nostros Germanicos Cæsares Germanis nostris ob oculos positos esse ita, ut uirtutes eorū cognoscerēt & admirarētur. mirū enim quantū ubiq; hoc

ad

ad emendationē eſſet facturū, atq; adeò flam
mam quandā excitādam in animis honorū ui
rorum in imitando. Sunt autem hi principes
haud dubie, mea quidē ſentētia, tales, ut digni
ſint q̄ multis partib⁹ antiquis Romanis antepo
nātur, ſiue prudētiā, ſiue fortitudinē, ſiue deniq;
honeſtatis et modeſtiæ ſtudia uoles æſtimare.

Carolus Magnus, Ludouicus pius Caroli
filius. Poſt hos, Saxones: Hēricus primus, Otho
Magnus, Otho 2. Otho. 3. Henricus 2. qui Bam
bergæ ſepultus eſt. Lotharius Saxo. 1 tēhi Frā
ci, Cunradus, Henricus Cūradi filius. Item hē
Sueui, Fridericus Barbaroſſa, Fridericus 2.
Rudolphus, Sigiſmundus, Maximilianus.

De Germania, & occaſione regni Francorum.

IMperio Romanorū tota Germania nō pa
rebat, ſedeæ tantū regiones, quæ inter Rhe
num & Danubium ſitæ ſunt. Et magnos inte
rim labores Cæſaribus præbuerunt noſtri, do
nec ab illis ſubigi & retineri potuerunt.

Auguſti enim tēporibus in Germania bella
geſſerūt Druſus & Germanicus, poſtea Cai⁹
& poſt hūc Vitellius & Domitianus. Traia
nus inferiorem Germaniā ad Moganū uſq; ſub
egerat: Maximin⁹ uſq; ad Herciniā ſyluā per
uenit. Valerianus in ſuperiori Germania cum
exercitu fuit. Poſt hūc ſub Galieno commoti
Franci inſurgere cœperūt, ſed ab imperatori
bus

Germa
nia à qui
bus bello
infeſtata
ta iā in
de ab Au
guſti tem
poribus.

bus subsequutis aliquoties sedati sunt eorũ impetus. Aurelianus enim prope Mogũtiam uicit eos. Prob⁹ præclaris & magnis uictorijs usus est in Germania inferiori. Cõstantinus Spirã urbẽ condidit. Iulianus, Valẽtinianus & Theodosius similiter Alemanos & Frãcos represserunt, & eas quæ Rheno adiacent regiones, simul & Sueuiã occuparũt. Verùm posteaquã potẽtia Francorũ & Alemanorum crescere cœpisset, Cæsares in Germaniã non redierunt.

Francorum rex. De prima origine Frãcorum uariè fabulantur quidam, sed pro certo habetur, Germanos superiores eos fuisse Augusti tempore. Nã ante Augustũ de Germaniæ statu nihil certi habetur ex historijs. Porrò fuisse Francorum tãtam apud Germanos superiores uetustatem

Strabo. id ex Strabone liquido probari potest, qui tempore Augusti historiam scripsit, & militiam unà cum Romanis sequutus est. Strabo autem Francos Vindelicis, hoc est, Bauaris coniunctos esse dicit, quib⁹ hodie quoq; ex parte sũt contermini. Motus Francorum ex hac cœpit occasione. Temporibus Galieni Cæsaris, Dux apud Germanos Posthumus erat, is propter singularẽ probitatem, & uirtutes in administrãdo imperio, à populo Cæsar creatus est, Galieno interim ocio & luxu Romæ diffluẽte. Cæterũ simul atq; accepit Galienus imperatorem designatũ Posthumũ: mittit aduersus eum instructas

structas copias. Posthumus cõtrà et suos quoq; in armis paratos esse iubet, inter quos uel præcipui Franci fuerunt. Et quanquã postea per insidias clàm trucidatus est Posthumus, tamẽ semel ad arma prouocati Franci, in expeditione manserũt semper, descenderũtq; à Mogano ad Rhenũ, & trans Rhenum Treuerim urbẽ eripuerunt Romanis primùm, postea Galliam ingressi sunt. Cæterùm postquã aduersus Attilam unà cum Romanis pugnauerũt, coniunctissimi semper Cæsaribus fuerũt, adeò ut pacto cum Francis inito, Iustinianus Cæsar permiserit, ut eam Galliæ partẽ quæ hodie adhuc Francia appellatur, suo imperio subditam reti-
neret. Proinde simul & Rhenanas regiones & Galliæ partẽ occuparũt Franci, & utraq; terra unius regni administratione seruabatur. Magnæ profectò ubiq; laudes Francorum extant in historicis, cùm propter singularem prudentiã & felicitatem in regni gubernatione administranda, tum uerò, q̃ in initio sui regni Christianæ religionis doctrinã amplexi sunt, eamq; propagari uoluerunt. Interea Alemani fecerunt quoq; ab imperio Romano desciuerunt. Erãt autem Alemani, Germani superiores, qui hodie Sueui, Heluetij & Bauari appellãtur. Ita post diuulsionem Romanæ monarchiæ diuisa primùm est Germania in Alemanos et Francos. Sed Franci temporibus Pipini patris Caroli,

Fracorũ gestæ, et quæ occasiõe deciderint ab imperio.

Francia, Galliæ pars.

Alemanorũ dectio.

Germania diuisa in Alemanos et Francos.

voli, facti sunt domini Alemanorum: ideoq; ita partito imperio, Germaniam superiorem regnum Orientale, & infericrem simul & Galliam Occidētale regnum uocarunt: & ex hac partitione regnorum etiamnum hodie nomina illa in Germania sunt relicta.

Caroli magnipa rentes.

Caroli magni parentes Germanici principes & curiæ præfecti, adeoq; primarij gubernatores apud reges Frācorum fuerunt, & officij delegatione Maiores domus tum dicti sunt. Id quoque fertur, hæreditarium eorum ducatum & primum dominium fuisse, ubi nunc Comitatus Palatinus est circa Rhenum fluuium.

Maiores domus.

Palatini priores ex Caro lo Magno.

Certum enim est, primi Palatini stemmatis ortum ex Caroli posteris fuisse. Tandem uerò cum regia progenies in dies magis ac magis decresceret ac debilitaretur, ibi autem Principes potentiores fierent, factū est, consentiente summo Pontifice, ut regni administratio ad hos Principes transferretur, atq; ita Pipinus rex designatus, Germaniam & Galliā pariter gubernauit. Pipino mortuo, Francorum regno præfuit Carolus Magnus cognominatus, annos 32. ante adeptum imperium, & postea imperator factus regnauit annos 14. Itaq; in regno & in imperio dominatus est 46. annos, ubi nat°, in summam annorum numerum contrahas. Natus est in Ingelheym, in Comitatu Palatino, nō procul à Moguntia urbe. In initio regni sui

Pipinus Germaniæ & Galliæ rex.

Carolus magnus & quæ gesserit.

sui in Aquitania bellũ geßit cõtra Saracenos, postea circiter annos triginta bella geßit aduersus Saxones, quos tandẽ subegit, ut & imperio parerent, tributumq; penderẽt, & religionis Christianæ fidẽ amplecterẽtur: quos & in Franciã trãstulit, unde Brabãtini & Flamingi orti: ut de alijs bellis multis & ingentibus nihil dicam, quæ interea geßit & cõfecit.

Saxones & ĩperio & fidei subacti.

Desiderius Lõgobardorũ rex, totius Italiæ imperiũ affectauit, & Romam profectus aliquot ex primarijs ciuibus iußit occidi. Mißis itaq; ab Adriano Põtifice Legatis ad Carolũ, ut Romã & Italiã à metu periculi liberaret (nã et pater Caroli Pipin⁹ antea quoq; seruauerat Romã cõtra tyrannidẽ Longobardorũ) profectus in Italiã Carolus, Papiæ obsidione compreßit Desideriũ, & ad deditionẽ coẽgit. Cæterùm ubi re ipsa comperit Carolus seditiosam gẽtẽ Longobardorũ quiescere nõ poße (nã et antea cũ eis tẽtata res erat) ut cõtenti finib⁹ suis in regno resisterẽt, atq; ut firma pax eßet per Italiã, totam Longobardiam occupauit, in eáq; tanquam in suo regno præfectos & administratores constituit. Captum autẽ Desiderium unà cum regina cõiuge & liberis secum abduxit, & Leodij iußit cõseruari. Vnde ab Adriano pro remuneratione & ius Patriciatus accepit, & potestatẽ eligendi pontificis, & per prouincias paßim episcopos. Exitũ

Desiderius Longobardorum rex.

Carolus Lõgobardiæ potitus.

hũc habuit regnum Longobardorũ in Italia, quod annos ducentos et tres durauerat, ab anno Christi quingẽtesimo septuagesimo secũdo, Iustino imperãte, usq; ad annũ Christi septingentesimum septuagesimum quintum. Is erat sextus annus regni Caroli ante adeptũ imperium. Nam etsi in hac expeditione Romã profectus erat Carolus, & nõ solũ in Longobardia, sed in ea quoq; Italiæ parte quæ ultra Romã est, pacauit omnia, tamẽ imperatoriæ maiestatis titulum usurpare sibi non uolebat, ne Græcos suo honore et hac dignitate priuaret. Cæsareas urbes Italiæ nulla in re uiolatas, priſtinam libertatem retinere permiſit, ſed Longobardorum regnum perinde atq; ſuum rexit: nam ne Cæſaribus quidem illud tam diu fuerat ſubiectum.

Circa hæc tẽpora, nempe anno domini 810. Acaius Scotorũ rex 65. cum Francis & Carolo primus fœdus init, quod inde in hodiernũ uſq; diem ſanctè ac religioſè utrinq; colitur.

Taſſilo dux opreſſus à Carolo Magno.

Taſſilo Bauariæ dux bellum concitauit ad Bauariæ uerſus Carolum, ſed oppreſſit eum Carolus uigeſimo ſui regni anno, & occupato Ducatu, eſt. Neq; uerò temerè uſus eſt Carolus tanta ſeueritate etiam in affinem: nam & antea tumultu excitato in gratiam receptus Taſſilo à Carolo, fidem non ſeruauerat.

Anno

Annn triceſimo ſecundo Romam profectus Carolus Leonem Papam reſtituit, aduerſus quem tumultus concitauerant Romani, adeò ut profugere pontifex cogeretur. Iam uerò cũ re ipſa experiretur Carolus pacem cõſtabiliri non poſſe in Italia, donec libertate donatæ urbes pro libidine agere omnia nõ deſiſterẽt, neceſſitate coactus eſt totius Italiæ imperiũ ad ſe recipere. Tradidit autem Pontifici urbes & regiones aliquot ad cõſeruationem miniſterio rum in Eccleſia. In nocte natalis Domini exclamauit Papa, Carolum Romanorum Cæſarem, & ſemper Auguſtum eſſe. Et fertur ad hæc reſpondiſſe Carolum: Non uenissem in tẽplũ, ſi quicquã tale futurum eſſe mihi conſtitiſſet priùs. Neq; uerò imperatorij nominis titulum agnoſcere uoluit ſine conſenſu et ſuffragatione Conſtantinopolitanorum. Itaq; Irene mater Conſtantini & Nicephorus conſenſerunt, ut ad Occidentem Carolus eſſet imperator, & in id conſenſerunt ultrò: nam Conſtantinopolitanis Cæſaribus regiones illæ alioqui non parebant amplius. Carolus Occidentem Imperator factus.

Porrò ſimulatq; Cæſar factus eſt Carolus, tranquillato iam magnis laboribus Italiæ ſtatu, bellum Hungaris inferre conſtituit. Et duraunt hoc bellum annos octo, quo Hungari deleti ſunt propemodum. Collocauit & Germanorum præſidia in Hungaria Carolus ad cõ-

seruãdum regnum: ex qua occasione etiam hodie Germani in Hungariæ finibus habitant, quæ Septem Castra appellantur. Septem castra.

Refertur in historijs Carolum ingentes opes retulisse ex Hungaria: & id uero consentaneum est. nam Hungari bello exercendo iam supra ducentos annos intenti, prædas egerant ex omnibus fere nationibus, nulla interim in ipsorum regnum incursione facta ab hostibus exteris, ideo haud dubiè magni & pretiosissimi thesauri reperti sunt apud Hungaros. Interea temporis Caroli filius eodem nomine appellatus, Bohemiã subegit, uidelo eorum rege Lechone: atque ita dum totius Italiæ, Galliæ, Germaniæ, Bohemiæ, & Hũgariæ potentissimus Monarcha fuit Carolus, & in trãquillum statum uniuersum imperium ad Occidentem redegit, & redactum conseruauit. Itaque propter has uirtutes, & hanc animi fortitudinem, qua usus est in rebus gerendis omnibus, meretur Carolus inter eos heroas recenseri, quos subinde orbi donauit Deus ad Respublicas reparandas, ad iustitiam, ad æquitatem, pudorem, denique ad modestiæ et publicæ pacis leges restituendas inter homines, quales fuerũt olim David, Hercules, Cyrus, Alexander, Iulius, Augustus, Constantinus, Theodosius. Bohemia subacta. Monarchæ & Heroës cur mittantur à Deo.

In primis autem in Caroli rebus gestis notatu dignum est, ut tumultuetur inter maxi-

mos

mos reges & principes. Num ad hos repri-
mēdos subinde mittit Deus præcipuos Monar
chas, perinde ac nostra ætate Carol⁹ Quintus,
multorum populorum insolentiā, luxum ac li-
bidinem, & potentiam refrenauit.

At uerò non armis & bellis gerendis solùm
decet summos Monarchas claros esse, sed respu
blicas quoque instituere & honestis legibus,
& doctrina religionis. id quod in primis cura Caroli
fuit Carolo. Concilia aliquot Romæ celebrari resgestæ
curauit, & Francofordiæ, et in Gallia aliquo typ pacis.
ties: & quinq; colliguntur ab Aemil. lib. 3. nē-
pe Magumtium, Rhemense, Turonense, Cauilo
nense, Arelatense. Quin & tria publica gy-
mnasia instituit ad propagandam & conser- Carolus
uandam doctrinam Christianæ religionis, ut tria gym
pote Bononiæ, Lutetiæ Parisiorum in Gallijs, nasia in-
& Papiæ. In Germania similiter multa mo- stituit.
nasteria erexit in usum iuuentutis instituendæ
scholarum loco. His adde quòd Frācorum ius Monaste
quoque in ordinem redigi, & legum libros cō riasscholæ
scribi iussit. Nam uetus illud ius Romanorum olim.
iam diu antea per Longobardos & Francos
obliteratum erat.

Item & antiquas historias Germanorum Carolus
& cantica in unum colligi præcepit, quibus Magnus
adeò delectatus fertur, ut ediscceret ea. grace &

Germanicè & Latinè dicēdo disertissimus latine do
fuit, & Græcæ linguæ nō imperitus: nam ipse elus.

Græcos Legatos audiuit, & Græce respondit, uerùm in longa & continua oratione Latinis uerbis usus est. Etiam hodie uersus extant nõ prorsus inculti, quos ipse in obitum cognati sui Rolandi fertur conscripsisse. In senectute Astronomicis disciplinis operam dedit. Domi inter prandendum & cœnandum lectione librorum Diui Augustini delectatus est.

In templo horas canonicas unà cum sacerdotibus cantauit, & sacras lectiones quoque, et id etiam suo exemplo principes reliquos uoluit facere, quibus ipse præscripsit lectiones, quæ ad suam & ipsorum emendationem uidebantur pertinere. Erat enim doctrinæ Christianæ non uulgaris amator. In uitæ totius moribus talẽ se declarauit, ut nulli pietate secũdus esse posset. Præter hæc et Christianis in exteris regnis pecuniarum subsidia misit, et impetrauit apud Saracenorum reges, ut Christiani nominis professores clementius tractarentur.

Ventis & mensibus quoq; ea nomina imposuit, quæ hodie adhuc sunt in usu: ita ut ex his omnibus facilè æstimare liceat, hunc Cæsarem magnis uirtutibus & summa felicitate in rebus gerendis à Deo fuisse exornatum, ut meritò Magni cognomẽto posset appellari. Cũ esset omnibus his uirtutibus toto tam orbe clarus, cõstabilita pace, reparatis legibus, redacto in ordinem religionis statu, ut præcideret ma-

gnor

gnorum incõmodorum occasionem, ante obitum suum Ludouicum filium suum hæredem & successorẽ in imperio destinauit, postea Aquisgrani moritur, anno suæ ætatis septuagesimo secũdo, post Christiũ natũ 815. Ante obitũ Caroli pons per Rhenũ traiectus prope Mo- Põs apud guntiam deflagrauit, qui ingentibus impẽdijs Mogun- Caroli per decennium extructus erat. portẽdit tiã desla hoc incẽdium non multò pòst Germaniam à grans qd Gallia diuellendam esse. portende rit.

Turpinus Remẽsis antistes, Caroli comes, eius profectiones & acta conscripsit.

Leoni 3. Pontifici Romano successit Stephanus 4. in ordine 99. anno 815. sedet mẽses 8. Is confirmationem sui pontificatus à Ludouico petijt, ac deinde in Galliam uenit, coronauitq; Aquisgrani Ludouicum imperatorẽ: eius filios reges creauit, Lotariũ Italiæ, Pipinum Aquitaniæ, Ludouicum Noricorum.

Ludouicus Pius, Germanus Cæsar secundus.

ANno Christi 815. Imperij administrationem auspicatus est Ludouicus Pius Caroli filius, regnauit annos uiginti sex. Carolus plures filios habuit, qui ante obitum patris mortui sunt. Ludouicus in initio sui imperij, pacis fœdera inita à patre. Carolo cum Constantinopolitanis renouauit, & rata esse uolnit. Postea Lotarium filium imperij con- Lotarius. Ludouicus Pius.

sortē delegit, ut in Italia regnaret: qui missus Romā, à Paschale Pontifice imperiali corona insignitus, Augustus est appellatus. Inde apud Aquisgranum à Ludouico conuentus est habitus pro reformando Ecclesiæ statu, & summa diligentia effecit, ut ministris ecclesiarum necessaria subsidia uitæ præberentur. Transactio quoque inter eum & Romanum Pontificem facta est, ut posteris certò constaret quæ pars ad pontificem, & quæ ad imperium pertineret.

Ludouici duces Bernardum Caroli nepotē occupantem Italiæ regnū superant, ac tollit.

Ludouicus captꝰ à filio.

Pius hic imperator à Lotario filio ex consilio Episcoporum & principum quorundam captus est, & annum unum in monasterio detentus, propterea quòd timebat fore ut ex nouercæ instinctu imperiū à se in iuniorem fratrem trāsferret: sed liber factus Ludouicus ad imperij gubernationē redijt, & Lotariū filiū ui in Italiam abire compulit: tandem uerò in gratiam patris receptus est, & ab eo dignitatem imperij regnique; coronam accepit.

Carolus Caluus Ludouici filiorū minimus Neustriæ rex dicitur.

Anno 816. Paschalis Rom. pontifex creatur: sedet an. 7. mens. 4. Hic à populo Romano absq; imperatoris consensu electus, mox apud eundem literis se purgauit. Plat. Volat.

Sym-

Synodali decreto Episcopi quidã qui Italis authores fuerant ut ab imperatore deficerent, in monasteria relegantur. Plat.

Sancti Marci corpus Venetias trãslatum. Sab. En. 8. lib. 9.

Dania & Suecia sub rege Hunoldo ad fidẽ Christi conuertuntur. Sax. Gram.

Imperator Herioldũ Daniæ regem à popularibus suis expulsum restituit, anno 821.

Anno 821. Eugenius 2. Romanus, Papa 101. electus sedet an. 3. Post hunc factus est 102. P. Valentinus Romanus, ex Diacono sedet dies 40. Plat.

Valentino successit Gregorius 4. Romanus, anno 827. in ordine summus sacerdos 103. qui ecclesiæ Romanæ præst an. 16. Hic papatũ non prius init, quam imperatoris consensum per legatos expectasset. Instituit ne Christi serui ulla seruitute humana aut ciuili tenerentur, & ut unaquaq; ecclesia suos haberet prouentus, cum imperatore egit. Idem primus festum omnium sanctorum instituit. Plat. Sab.

Dani Angliam infestant an. 826.

Saraceni Cretam & partem Asiæ occupãt, & Italiam uastant.

Rabanus Fuldensis abbas, postea uerò episcopus Maguntinensis floret.

Grando ingens in Italia decidit. Sab.

Saxones à Ludouico imp. uincuntur. Plat.

Pontifex

Pontifex multorum episcoporum synodũ celebrat anno 830. in qua præciosiores uestes, aurũ & argentũ, omnisq; corporis luxus, ecclesiarũ ministris & uniuerso clero interdicitur.

Normani Gallias infestant anno 837.

Edelphus Egberti Angliæ regis filius, subdiaconatus gradu initiatus, mox Romani pontificis authoritate eo uinculo solutus, Osburgã uxorem ducit, anno 838.

Lotarius primus huius nominis, Germanus Cæsar tertius.

ANno Christi 841. post mortem Ludouici Pij regnauit Lotarius filius eius annos quindecim. Ac nunc finem habet aureum illud seculum huius progeniei. Lotarius plures fratres habuit, Ludouicum Germanicum, & Carolum Caluũ, inter quos dissensio fuit ꝓpter diuisionẽ, ex qua nõ minus ingens quàm luctuosum bellum exortũ est. Etenim in Gallia tanto inter se cõflictu congressi

Lotarij fratres.

Ludouicus Germ. & Carolus Gall.

sunt fratres (ut quod testantur historiæ) Fratres & Caro corũ uires adeo sint debilitatæ in eo certamine, ut postea nũquam potuerint in integrum reualescere. Victores fuerũt Ludouicus Germanus et Carolus Caluus. Post cõmissam tantã cladem factis inducijs per principes in gratiã redierunt fratres. Ludouico cessit Germania, Sueuia, Bauaria, Bohemia, Austria, Francia Orientalis, Thuringia, Saxonia, & quicquid erat

erat usq; ad Rhenum fluuium. Ludouicus hic Germanicus rex est dictus, et magnæ de eo laudes referuntur. huius posteri sunt Francorum duces reliqui sequentes. Bohemiam quoque ad recipiendam fidem Christianam adduxit.

Fr̃corũ duces sũt à Ludouico Germanico.

Carolo Caluo maxima pars Galliæ in hæreditaria transactione contigit, & ab hoc sequentes reges Gallorum originem ducunt.

Lotarius Italiã retinuit, & Galliam Narbonensem, & eam quoq; partem quæ etiam nũ Lotaringiæ nomine appellatur. Manfit et apud hunc Cæsareæ celsitudinis eminentia. Italiq; hac occasione Gallia à Germania distracta est tandẽ. Postea Lotarius imperij gubernationem Ludouico secundo filio suo cõmisit, et ipse iam natu grandis monachorum habitum sumpsit.

Lotaringia.

Gallia à Germania quã occasione distracta.

Cometæ nõ pauci hoc anno ante dissensionẽ & bellum hoc fratrum apparuerunt.

Anno 843. Post Gregorium 4. Sergius 2. papa 104. sedet an. 3. Hic primus pontificum nomẽ mutauit, cum antea Os porci diceretur: unde mos inoleuit apud successores mutandi nomina. Plat.

Os porci primus nomen suũ mutauit.

Ab hoc Pontifice Ludouicus secundus Lotarij filius coronatus est Romæ.

Post Sergium LEO 4. Pontificatum init anno 846. sedet an. 8. Hic oratione præmissa Saracenos Romæ iuxta Vaticanum prælio

uicit

uicit, pedes populo deosculãdos præbuit. Plat. Volat. Idem oratione Basiliscum Roma expulit. Is & Angelicam arcem Romæ extruxit. Per delatores accusatus est apud Lotarium, quòd aduersus eum moliretur imperij sublimitatem à Francis ad Græcos transferre. Itaque cum Romam profectus esset Lotarius, purgauit se papa.

Hoc pontifice Edelphus, qui alijs est Aldulphus, Rex Anglorum Romam profectus, anno 847. Inæ cuiusdam Vuestsaxonum Regis institutum secutus (qui Britannis imperans, regnum suum Romano Pontifici beneficiarium & uectigale fecerat circa annum salutis 740. hincque per singulas domos quotannis singulos denarios appendi iusserat) eam partem insulæ quam Egbertus pater ad regnum adiunxerat, Romanæ Ecclesiæ uectigalem facit, legemque sancit, ut singuli pro singulis quas habitarent domibus Romano pontifici quotannis singulos denarios argenteos ad diem festũ Apostolorum Petri et Pauli, uel summum aduincula Petri, persolueret. Hoc tributum ad Regem usq; Henricum Angliæ Regem nouissimum potifici numeratũ esse cõstat: eiusq; nummi colligendi gratia testatur se in Angliam à Pontifice missum Polydorus Vergilius Vrbinas rerum Anglicarũ scriptor recentissimus,

ac diui Petri denarios uulgò appellari scribit. Anastasius Romanæ ecclesiæ bibliothecarius doctissimus claret. Plat. in Ioan. 8. Hunc pontifex 47. episcopis synodum celebrans ab officio deponit, quòd parochiam suam an. 5. deseruerat. Plat.

Theodora prudẽtissima alioqui fœmina Diuorũ imagines in templis execrata, à filio Michaële imperatore Orientali monasterio includitur, & pro hæretica habetur. Egna. lib. 2.

Post Leonem 4. Ioannes 8. Anglicus ex Moguntia oriundus, [illegible] pontifex sit 106. anno 854. sedet an. 2. [illegible]. Plat. Sab.

Ludouicus 2. quartus Germanicus Cæsar.

ANno Christi 856. imperium assumpsit Ludouicus 2. Lotarij filius, regnauit annos 21. Saracenos magno impetu Italiã ingressos repressit, & in agro Beneuentano superauit: tãdem reparata per Italiam pace, moritur. Mediolani sepultus est.

Iohannes Scotus, alter a religioso, iussu Caroli regis Galliæ, Dionysii Hierarchiã ex Græco in Latinum uertit. Volat. in Leone 4.

Post

Post Ioannem 8. factus est pontifex 107. BENEDICTVS 3. Romanus, anno 856. sedet an. 3. Is statuit ut omnis clerus funeri pontificis interesset, & uicissim ipse eorum. Plat.

Angli Ethelberto rege Dacos insula Cãtico expellunt, anno 858.

NICOLAVS Romanus 1. põtifex 108. eligitur an. 859. sedet an. 10. Statuit hic ne concilio cleri ullus princeps, ne imperator quidẽ interfit, nisi cum de fidei summa agitur: mandátque ne quis sacrificanti qui concubinã habeat, adsistet. Plat. Idem, tribus ad id uirginibus electissimis usus, regem Bulgarorum ad ecclesiã Romanæ fidem perduxit. Volat. Plat.

Mauri in intima Adriæ loca penetrant. Sabell.

Balduinus primus Flandriæ comes eligitur, anno 864.

Daci, Iuaro rege occiso in Anglia in Northumbris deleti, anno 868.

ADRIANVS II. Romanus ex Talaro episcopo natus, anno 869. fit pontifex 109. bonus, & doctus. sedet an. 5. Plat.

Concilium Constantinopoli uniuersale celebratur anno 870. in quo Photius patriarcha deponitur. Plat. & Sab. En. 9. lib. 1.

D. Edmundus Rex orientalium Anglorum ultimus, ab ethnicis Dacis confossus, anno 871. martyrũ catalogo adscribitur. Geor. Li.

Alfredus,

Alfredus, seu Aluredus, 6. rex Anglorum regia corona ab Adriano pontifice decoratur anno 872. Poly. lib. 5.

Græci utuntur primò campanis Venetorũ beneficio. Sab.

Daci Mercijs & Orientalibus Anglis imperant. Georg. Li.

Dalmatæ facta regni diuisione, unà cum Sclauis Christianorum fidem amplectuntur. Blond. 2. Dec. 2.

Ioannes 9. in Papam 110. eligitur anno 874. sedet ann. 10. dies 2. Is conspiratione facta cum Gallorum regibus, à Germanis imperij maiestatem studebat trãsferre in Carolum Caluũ, deinde Ludouicum Balbum eius filium: sed imperium per uim retinuerunt Germani, id quod postea dicetur.

Pontifex 11 quatuor libris uitam S. Gregorij explicat. Sabel.

Carolus Caluus Cæsar ex Gallia.

ANno Christi 877. Romam uenit Carolus Caluus, & adiuuante pontifice Ioanne 9. Cæsar designatus, regnauit annis duobus. Erat Lotarij frater Carolus Caluus, Pij filius, cui in diuisione regnorum Gallia contigerat. Iam uerò machinabatur Romanus pontifex imperij maiestatem à Germanis ad Gallos transferre, uerùm id ferre noluerunt Ludo- Carolus Caluus.

uici Germanici filij: quod ubi audisset Caluus, comminabatur tantas copias trans Rhenum se ducturum, ut uel ab equis exhausto Rheno exercitus siccis pedibus posset transire. O impudentes nimium minas. Profecti sunt aduersus illum cum quinquaginta millibus ad Coloniam non procul Andernaco, duo filij Ludouici Germanici, à quibus fusus est.

Gallica minæ.

Proximo anno profectus est in Italiam Caluus, quò eũ sequuti sunt nepotes duo illi Ludouici filij. Cognita hac fama subitò ex timore morbo correptus interijt. Quidã uenenum subditum scribunt opera Sedechiæ cuiusdam medici sui. Interea tamen pertinaciter in transferendo imperio laborabat Ioannes Pontifex, & noluit Calui filium patris loco succedere. Proinde à Germanis legatis, & qui his addicti erant, captus est Romæ: sed elapsus ex eorum manibus ad Galliæ regẽ profugit, ubi Ludouico Balbo Balbum Calui filium Cæsarẽ creauit: Balbus hic non amplius duobus annis post Calui patris mortẽ superstes uixit. Atq; ita demũ affectata imperij infeliciter cessit Gallis, et simul fallacibus technis suis frustratus est pontifex.

Calui mors.

Carolus Crassus quintus Germanus Cæsar.

ANno Christi 880. imperium ad Germanos rediit. Et enim ingressus iterum Italiam Saracenis, & depopulantibus omnia, re-

Carolus Crassus.

uocarunt

uocarunt Romani è Gallia Pontificem, erat enim subsidio opus Italis contra Saracenos: & mortuo rege Galliæ, cùm nondum esset ætate adultus regius hæres, magnæ passim dissensiones in Gallia concitabantur de administrando regno, donec regius filius adolesceret. Itaq; hac necessitate compulsus Papa subsidia Germanorum implorauit ad eripiendam Italiam ex impetu periculorum. Venit tum in Italiam Carolus Crassus Ludouici 2. Germanici filius, & profligatis Saracenis, imperialem coronam accepit anno Christi 882. Regnauit Carolus post acceptum diadema annos 9. Sub id tempus Normanni irruentes in Galliam, tanta ubiq; damna intulerunt, ut coacti sint Galli præsidia à Germanis postulare, estq; omniū consensu Carolus rex Galliæ designatus: atq; eadem demum occasione & Germaniæ & Galliæ regnum obtinuit Carolus Crassus iterum. Cæterum non multò post eadem hæc regna direptæ sunt. In Morauico bello molestiæ et laboris impatiens Crassus relicto imperio, fratris sui filium Arnolfum Cæsarem constituit, à quo destinati sunt Carolo in imperio tanti reditus, quanti satis esse potuerunt ad regium apparatum donec uiueret. Normanni in Gallia

Guilhelmus Pius dux Aquitaniæ ædificato monasterio Cluniacensi suis impensis Beronem 1. Abbatem facit ann. 881. Plat.

Theodoricus ducis huius filius primus dux Hollandiæ & Selandiæ fit. Corn. Cornip.

Martinus 2. Gallus malis artibus pontifex 111. electus ann. 884. sedet an. 1. mens. 5. Volat. Hunc alij Marinum uocant.

Synodus ad Threcam Galliæ ciuitatẽ præsente imperatore Carolo Craſſo habita, i qua Flandris episcopus primus datus. Plat. Matt. Palmer.

Anno 886. Adrianus 3. Romanus Pontifex 112. sedet ann. 1. men. 2. Hic primus ad populum tulit, ne in creando pontifice consensus imperatoris expectaretur. tum enim Carolus in Germania bellum gerebat.

Remigi⁹ Antisiodorẽsis scripturã explicat.

Adriano post succedit Stephanus 5. Romanus, ordine 113. sedet an. 6.

Richardis uxor Caroli Craſſi nunquam ab eo cognita, & tandẽ ab eo repudiata, quod cum Luiduardo episcopo Vercellensi crimine adultery notaretur, in monasterio uitam uirago clausit. P. Phryg.

Arnolphus 6. Cæsar Germanicus.

Arnolph. Cæsar.

Arnolphus Carolomani filius, Bauariæ, Sueuiæ, atq; Francorum dux, Caroli tertij nepos, eidẽ in imperio suffectus est an. Christi 891. regnauit ann. duodecim. primum Moravos uicit, deinde Normamos, qui iam ex Gallia reuersi ad Rhenum usq; peruenerant, &

Vuorma-

Vuormaciam profecti, Moguntinensem episcopum supplicio adfecerant. Victi à Cæsare Normanni Christianam fidem tandem amplexi sunt. Postea, ubi dux Spoletanus Vuido per tumultum Cæsar esset creatus, in Italiam profectus Arnolphus magna ui Romam cepit, & à Formoso pontifice Maximo coronatus est. Itaq; occupata rursus Italia in exilium pulsus est Vuido. Burgũdionum quoq; ducatum Germanico imperio restituit. Norman ni victi.

Post Stephanum quintum factus est anno 893. Papa 114. Formosus Portuensis, sedet ann. 5. men. 6. Iterũ tum ingens dissidiũ fuit Romæ de electione: nã & Sergius simul pontifex creatus est. Sed pulso Sergio à fautoribus Formosi, accitus est Cæsar à Formoso in Italiã, ut ea occasione Papatũ retineret. Etenim profugerat in Galliã Sergius, et moliebatur præsidio Gallorũ pontificatũ cõsequi. Cæterum post annos aliquot pontifex factus est defuncto Formoso, & maiorẽ quam debuisset pro pontificia manſuetudine, tyrãnidẽ et insolentiam exercuit. Effossũ Formosi cadauer degradari mãdauit, et capite truncatũ in Tyberim fluuium cũ summa ignominia abyci. Scribunt Sergiũ hunc planè incultum & nulla præditũ eruditione fuisse, id quod crudelia eius facta satis arguunt.

Aluredus Angliæ rex an. 891. Merciorum regno potitus, Dacos uincit, Gormoncmque

eorum regem ad Christi fidem conversum Northumbris præficit. Anno verò 895. Oxonij publicam Academiã hortatu Neoti monachi doctissimi, propositis professoribus literarum præmijs, excitat. Georg. Lil.

Formoso pontifici successit P. 115. Bonifacius sextus Thuscus, dies 35.

Post Bonifacium sextum factus est Papa 116. Stephanus sextus Romanus, anno 899. hic rescidit & damnauit omnes ordines Formosi, & ei quidam tribuunt quod mox de Sergio 3. dicetur.

Stephanum 6. pontificem secutus est Pont. 117. Romanus quidam nomine ac genere, alijs Hispanus, qui sedit menses tres, actaque Stephani rescidit. Hunc porrò sequitur 118. P. Theodorus 2. Romanus, qui sedit dies 20. Hic Formosi acta restituit.

Theodoro Ioãnes decimus Romanus, Papa 119. ann. 901. substituitur, qui sedit annos duos, dies quinque. Is habito conuentu 74. episcoporum Rauennæ causam Formosi in integrum restituit, tanta contentione aduersariorum, ſe rè ut res ad prælium deuenerit.

Anno 900. Odo Gallorum rex animam agens, usurpatum iam annos nouẽ regnum Carolo Simplici verò regni hæredi restitui iubet coram proceribus. Carolus Simplex, quod proceres homines prophani atque militares eccle-

siarch-

biarchias atque maximos prouentus ecclesiasticos beneficio regum occuparent, iamq; etiam episcoporum iura inuaderent, coacto concilio ius causamq; ecclesiasticorum defendit, ac stabilijt, ut mox cœnobia in libertatem, quod tũc expediri difficile erat, uindicaret atq; asereret. P. Aemil.

Hoc anno Edouardꝰ Anglorum rex expulsis Dacis, Orientalium Anglorum regno potitus, extra Scotiam, totius insulæ Britanniæ imperium obtinet. Geor. Li.

Anno 903. Benedictus 4. Romanus sit papa 120. sedet an. 2. mens. 4.

Post Benedictum 4. factus est 121. Pont. Leo quintus, an. 905. qui die 40. admnisirationis à Christophoro capitur.

Post Leonem 5. factus est 122. P. Cristophorus, qui mense 7. papatus captus à Sergio 3. & è sede deiectus, in cœnobium detruditur. In monasteria enim tanquam in insulas clerici malè de ecclesia Dei meriti tum relegabantur.

Post Christophorum factus est 123. papa Sergius 3. Is humatum corpus Formosi truncari capite iussit. Res plena horroris est uel legere uel meminisse tantam tyrannidem inter se mutuò exercuisse pontifices Romanos: & fieri non potuit in tanta crudelitate, ut Christianæ pietatis ratio haberetur, ne cui mirum sit inte

rim si qui abusus & peruersæ opiniones in Ecclesiam irrepserunt.

Ludouicus huius nominis septimus, Germanus Cæsar.

Ludouicus 3.

ANno Christi 903. Ludouicus Arnolphi filius patri in imperio suffectus, regnauit an. decem. Coronam accepisse nusquam legitur. Etenim mortuo Arnolpho, Hungari maximo impetu Germaniam inuaserunt, huic opposuit se optimus princeps Cæsar Ludouicus, & grauiter prostrauit eos apud Lycum fluuium, sed ab illis postea uicissim uictus est. Tū uerò uictores Hungari maximas ubiq; calamitates, & damna incredibilia Sueuis, Francis, Bauaris & Austriacis intulerūt: & trucidatis quibusuis sine delectu et cōmiseratione templa, urbes, uillas, pagos, omnia denig; incendio deuastarunt.

Hungari Germaniā et Italiam uastantes.

Berengarius Foroiulij princeps.

Postea Italiam ingressi, simili crudelitate usi sunt. Erat tum Foroiulij princeps Berengarius, qui collectis ingentibus copijs aduersus Hungaros, quanquam interim parum feliciter pugnaret, tamen ex ea expeditione tantam existimationē nominis consecutus est, ut postea Cæsarem se uoluerit nominari.

Rollo 1. dux Normanniæ creatur ann. 911.

Ordo Cluniacensis sub regula B. Benedicti in Burgundia inchoatur, ann. Christi 913. Olympiadis 422. ann. 3.

Cuncur

Cunradus primus huius nominis, octauus Germanus Cæsar.

ANno Christi 913. Cunradus designatus Cæsar, regnauit annos septẽ. Cæterùm à pontifice coronatus non est. Ludouici tertij ex fratre nepos erat, dux Francorum fuit, & nouissimus ex nobilissima posteritate Caroli Magni, id quod ex subscripto Genealogiæ ordine poteris æstimare: quem ideo subiecimus, ut cognoscatur quantis casibus, & quàm uarijs uicissitudinibus expositum fuerit regnum Germanorum: id quod legi citra ingentem admirationem non potest. Illud enim ubique uidere licet, florere aliquandiu maxima regna in mundo, sed tandem debilitari: & turbulentis motibus misceri, interim diuino tamen fato sic seruari, ut non prorsus intereant. Ludouicus tertius nullum filium reliquit, ideoq; Franci & Saxones pariter contendebant Othonem Saxonum ducem Cæsarem designare: uerùm reclamitit optimus princeps, nolens eam dignominiam generosissimæ stirpi Caroli inferri. Proinde Cunradum Francorum ducem Cæsarem creandum consuluit. Itaque successit Cunradus in imperio, sed in maiore autoritate Otho erat uiuente Cunrado, plura quoque negotia in imperio confecit, interim tamen summa fide & integritate usus est erga Cunradum Cæsarem.

Cũradus primus.

Otho Saxonum dux.

Berengarius.

Interea autem dux Foroiulianus Berengarius imperatoris sibi nomen usurpabat in Italia, instigantque Hungaros ut iterum Germaniam depopularentur: sed hos superauit Cunradus præsidio Othonis ducis.

Hericus Auceps.

Porrò mortuo Othone timebat fortasse Cunradus Cæsar, ne Othonis filius Henricus Auceps potentia nimium cresceret: itaque subtraxit partem illorum, quæ Othoni patri antea concesserat. Et cùm id egerrime ferret Henricus, conatus est Cæsar per insidias eum opprimere: & ad id perficiendum subornatus est Moguntinus episcopus. Sed insidiæ patefactæ sunt: tum uerò uehementer commotus Henricus ad suos redijt, & ea omnia eripuit Moguntino præsuli, quæ eius ditioni in Thuringia atque in Hessia subiecta erant. Hinc uerò ingens bellum inter Francos & Saxones ortum est.

Cæterùm moriturus iam Cunradus, accersito ad se fratre suo duce Ebrardo, mādauit ut imperiale diadema ad Henricum Saxonū ducem deferret: nam hunc existimabat dignissimum imperij administratione. Hortatus quoque est Ebrardum principem summa diligentia, ut bello quod aduersus Henricum Saxonē susceperat, finem imponeret, ne Franci superstites adhuc è stirpe prorsus interirent. Nā facilius considerare se fortunari res Henrici diuinitus. Consilio huic paruit Ebrardus dux ultro, &

& translata ad Henricum corona, & firmata Imperi-
ta utrinque pace, fidum se postea Henrico præ ad Sax-
buit. Atque hac occasione contigit ut imperiū nes tran-
à Caroli posteris ad Saxones sit trā slatum. latum.

Genealogia Caroli Magni.

CArolus magnus, imperator. Eius filius
Ludouicus pius, imperator.

Ludouici filij tres fuerunt, Ludouicus Ger-
manicus, Lotarij imperator, Carolus Caluus.

Ludouicus Germanicus Alemaniam hab-
buit, & Bohemos subegit. Huius filij fuerunt
Ludouicus, & Carolus Craßus, qui Caluo
imperium eripuit, & Carolomanus.

Carolomani filius erat Arnolphus, qui post
Craßum imperauit.

Arnolphi filij, Ludouicus tertius Cæsar, &
Cunradus.

Cunradi filij fuerunt, Ebrardus, cuius po-
steri sunt Francorum principes, & Cunradus
postremus in hac progenie Cæsar.

Lotarius imperator Lotaringiam & Ita-
liam habuit. Carolus Caluus Galliæ rex fuit,
& eius filius Ludouicus Balbus patri in re-
gnum succeßit.

Ludouicus 2. imperator Saracenos ex Ita-
lia propulsauit. Post cum uoluit papa imperiū
ad Gallos in Caluum transferre, sed filij Ludo
uici Germanici Imperium Germanis restitue
runt.

Non

Non multò pòst & Galliæ regnum à posteritate Caroli translatum est. Vsque adeò in humanis rebus nihil in suo statu perpetuo firmum persistit, ut uel summorum heroum progenies nunc in altum elatas florere, nunc rursus in imum deiectas frangi & debilitari dicas.

Post Sergium factus est 124. P. Anastasius 3. anno 914. sedit ann. 2. mens. 2.

Post Anastasium 3. factus est 125. Pontif. Lando Romanus. ann. 916. sedit mens. 6. dies 21.

Landoni successit Ioannes 11. Romanus, Sergij P. & Marozię ex adulterio filius, spiritus magis militares quàm religioni deditus gerens. sedit annos 13. mens. 2.

Circa hæc tempora Saraceni Aphricam, Calabriam, Apuliam, Beneuentum, & alia loca occupant: quos Ioannes papa auxilio Henrici imperatoris (de quo mox) & Italorum adiuuante Landolphi ducis Beneuentanorum uicit.

Henricus primus Auceps cognominatus, 9. Germanus Cæsar.

Hĕricus primus.

ANno Christi 920. Cæsar factus Henricus primus Auceps dictus, Saxoniæ princeps, regnauit annos octodecim. A Pontifice Maximo coronatus non est, neq; in Italiam penetrauit, tametsi interim duo in Italia Imperatoris sibi nomen usurpabant, & per tumultus concertatione facta aliquoties inter se iusto

iusto exercitu pugnabant. Etenim plus satis negotij habuit in Germania Henricus, quam optimus princeps pro singulari prudentia sua summo studio pacauit, & excellentiorem reddere conatus est.

Porrò Germanicum regnum nunquam ferè caruit seditiosis tumultibus, nunquam propemodũ designat⁹ Cæsar est sine seditione quorundam principum, qui imperatoris nomẽ rapere uellẽt. Interim tamẽ semper adfuit Deus rite uocatis Cæsaribus, & tutatus est legitimi imperij autoritatem, & uindicatum est in seditiosos. Dux Bauariæ Arnoldus infestis armis opposuit se Henrico: qui arcendæ iniuriæ causa profectus est cum instructis copijs aduersus Bauaros, sed nihil hostiliter tentans postulauit Arnoldum ducem ad colloquium familiare. cõtulit cum eo sermones, & monuit seriò, imperij maiestatem à Deo donari. quòd si reliquorum principum suffragijs Cæsar eligeretur, tum se ultro cessurum, & sub eius ditionem submittere se primum omnium paratum esse. Retulit hæc Arnoldus dux ad suos, à quibus respõsum est: Videri palàm à Salomone uerissimè dictũ esse de sapientia: Per me reges dominantur. Et cum appareat satis sapientia & comitate summa præditum esse Henricum, Deum haud dubie adesse ei: proinde ab inceptis porrò desisteret, neque moliretur amplius aliquid in Henric

Prouer. 8

ricum. Quieuit itaque dux Arnoldus, & sine cæde suorum ultro paruit. Quis, quæso, non diceret hos principes Germanos minime barbaros fuisse, sed uerè heroica sapientia & humanitate summa præditos? Quin & illud scriptum reperitur, Sancto Vdalrico uisionis phantasma de duce Bauariæ obuersatu. Ostensum enim à Deo ducē gladiū capulo carētem habere: quo significabatur, nō usurum ducē gladio, hoc est, imperiū retinere nō posse. Itaque monuit principem, ne quid imprudenter tentaret.

Postea ab Henrico Brandeburgum captū est: & subacti Vādali ad mare usque Christianæ fidei professionem susceperunt.

Pragensem urbem obsedit, & Bohemos imperij legibus subiecit.

Inde uerò quadraginta millia Hungarorum apud Mersburgū prostrauit, unde & ingentem sui timorem ac existimationē apud nationes exteras sibi cōciliauit, & toti Germaniæ summam tranquillitatem peperit. Lotaringiæ terram Germaniæ regno restituit, & à Rudolpho Burgundionum rege lanceam illā qua Christus perfossus est, consecutus est, quā olim habuerat Constantinus.

Hēricus Auceps morti iam proximus successorem in imperio constituit Othonem filiū suum, ne quod dissidiū de possessione imperij post suam mortem poſset exoriri.

Anno

Anno 924. Adelstanus Edwardi Anglorum regis filius nothus, Scotos, deuicto Constantino eorum rege, in sua uerba iurare cogit: & Northumbria potitus, totius insulæ sit monarcha.

Anno 929. Ludouicus Caroli Simplicis Francorum regis filius, post aduersam patris fortunam à Roberto Parisiorum comite apud Peronam in carcere necati cum Edgina matre, quæ alijs Oginia dicitur, quæ Eduardi 7. Anglorum regis filia erat, in Angliam ad Athelstanum auunculum confugit. Attamen inde post paulò in patriã reuersus, Lauduni 13. Cal. Iunij Rex Francorum consecratur.

Ioanni 11. successit 127. papa Leo sextus, anno 930. seditque mens. 7. dies 15.

Leoni sexto successit 128. P. Stephanus septimus, anno 931. seditque an. 2. mens. 1. Bohemi hoc pontifice cum duce suo Spirceneo Christiani sunt.

Stephanum septimũ secutus est 129. P. Ioãnes 11. anno 933. seditque ann. 4. mens. 10. Hoc pontifice apud Genuam sanguinis fons largissime fluxit, futuræ magnæ calamitatis indicium. Nam & Genua à Saracenis ex Aphrica uenientibus tum capitur & diripitur, & Hungari Italiam ingressi, longè omnia populati sunt.

Ioannem undecimum secutus est Leo 7. pa

pa

pa 130. ann. 938. seditque ann. 3. mens. 6. Hoc Pontifice Venceslaus Spirenei Bohemiæ ducis filius à fratre Boleslao ob regni cupiditatem interemptus, inter sanctos postea adscribitur.

Leoni 7. successit 131. Pontifex Stephanus octauus, Germanus, anno 941. qui in seditione ciuili uulneribus fœdatus, pudore domi se continuit, publico abstinens. sedit annos tres, menses quatuor.

Stephanum octauum secutus est 132. Pontifex Martinus tertius, ann. 944. sedit ann. 2. mens. 6.

Dira fame & contentionibus multùm uexatur Gallia.

Martino tertio successit 133. Pontifex Agapetus 2. anno 947. sedit annos septem, menses quatuor.

Agapeto successit Ioannes duodecimus, anno 954. seditq; annos 8. menses 1. Hoc pontifice multa prodigia in Italia apparuerunt. Nam & lapis miræ magnitudinis de cœlo cecidit, seuiente uentorum atque imbrium procella, & in uestibus multorum signũ crucis ac quidem cruentæ apparuit. Portenta calamitatem prænunciantia, quæ postea supernenit contentionibus pontificijs.

Circa hæc tempora Praga Bohemorũ Cathedralis ecclesia ordinatur.

Anthropomorphitarum hæresis resurgit,

qui Deum per omnia humanum corpus nobis simile habere asserebant, quia in eius similitudinem creati sumus. Sozo. li. 8. histo. eccle. ca. 11. Volat.

Otho primus, decimus Germanus Cæsar.

OTho primus cognomine Magnus, Henrici Aucupis filius, auspicatus est regnū suum Anno Christi 938. & imperauit annos 36. Aquisgrani ab episcopo Moguntinensi imperialem coronam accepit. In initio imperij Othonis tres ingentes & pleni magnis periculis tumultus simul exorti sunt.

Motus cū tra Otho nem.

Ebrardꝰ Palatinus.

Primi tumultus autores fuerunt Ebrardus Palatinꝰ, et Gislebertus Lotaringiæ princeps. Hi, quod ex posteritate Caroli & Frāco rum erant, contendebant successionis iure imperium à Saxonibus ad Francos deriuare: & ut conatus illi plus iuris habere viderentur, pertraxerunt ad se Henricum fratrem Othonis natu grandiorem, eo prætextu, quòd ætatis nomine ipsi deberetur administratio imperij, & non Othoni.

tus Lotaringiæ princeps.

Hermanno

Durauit hoc bellum cum Palatino comite Ebrardo & duce Gisleberto annos sex: et plurimæ in eo pugnæ commissæ sunt. Cæsarem secuti sunt Princeps Hermānus Sueuus, & Cū Cūradus ducatus Frācorum dux dictus Cunradus Vuormacienſis Sapiens, Ebrardi nepos. Ab his ultimò

z

timò pugnatum est contra hostes apud Andernacum conflictu grauissimo, in quo Palatinus Ebrardus occubuit, & dux Gislebertus interfugiendum in Rheno submersus est. Plenum est horroris exemplum, quo moneri possumus seditionis studium etiã in summis principibus inultum à Deo non relinqui. Cæterùm hic Ebrardus, an is sit de quo diximus antea, qui coronam Henrico Aucupi portarit, certò non cõstat. Nam nostrarum historiarum scriptores, homines rudes & imperiti planè fuerunt illarum rerum, quarum obseruatio in cõtexendis historijs est necessaria.

Vltionis exemplũ.

Porro post adeptam hanc uictoriam nõ dũ sopita contentio erat, quam cum Hẽrico fratre habuit Otho Cæsar, & præterea cũ Episcopo Mogũtino. Henricus Mersburgi obsidione coactus est, sed uidens conatus suos irritos esse, & debilitari sua præsidia, ipse ad Othonẽ Cæsarem supplex uenit, & orans delicti ueniam, ingratiam ab Othone est receptus: ac non multò pòst defũctis Bauariæ ducibus sine hærede masculo, donauit Otho Cæsar fratrem suum Henricum ducatu Bauarico. Ille autem Henricus Cæsar qui Bambergæ sepultus est, huius Henrici ducis ex filio nepos fuit: id quod infrà dicemus.

Motus secundus.

Postea & Moguntiam obsessam cepit Cæsar, & captus Episcopus est, uerùm intra pau-

eos dies liber dimissus.

Tertius motus cōtra Othonem multos post Mot⁹ ter
annos coort⁹ est à proprio eius filio Ludolpho, tius.
hac occasione. Otho primùm reginam ex An-
glia habuit Edith appellatā, quæ Magdebur-
gi sepulta est. ex hac filium Ludolphum susce-
perat. post huius obitum Burgundicā sanguinē
reginam duxit: id quod Ludolphus non probā-
uit. Cæterum quid porro acciderit, incertū pla-
nè est. Nam nostri apud Germanos historiarū
scriptores antiqui nullas ferè res integrè per
suas causas & circumstantias expressērunt.
Tamen hoc memorant, Salfeldiæ Ludolphum
conuentum habuisse, & conspiratæ aduersus Salfeldiæ
patrem: & appellant Salfeldiam locum consi- locus cōsi
lijs funestum: interim tamen Ludolphus maxi lijs funes
mos quosque principes huius consilij & conspi stus.
rationis participes habuit, inter quos Frācorū
quoque dux Cunradus Sapiēs fuit. Interea ue
rò dū hæc gerūtur, in Italia pater est, & simul
atque reuersus est in Germania, Moguntiæ ob
sedit filiū: uerū elapsus Ludolphus Ratisbonā
usq; profugit: sed subsequut⁹ pater, Ratisbonā
quoq; grauiter obsedit duobus mēsibus. Perie-
runt in ea obsidione homines non pauci, inter
quos uel præcipuus fuit dux Bauariæ iunior
Arnoldus. Post huius mortē pacē ultro expetēs
Ludolphus, nudatis pedib⁹ supplex uenit in cō
spectum patris, & humi prouolutus omni cum

miseratione admißi peccati condonationē postulauit. Itaq; receptus est in gratiā patris, et firmißimæ pacis leges constitutæ sunt.

Nunquam ferè inter Cæsares quisquā, uel plures uel periculosiores res habuit atq; confecit quàm hic Otho Cæsar, si quid ego possum considerare. Sed interim in illis omnibus (nō sine fauore dei) incredibili semp̄ felicitate usus est. Nam interea dum geruntur hæc bella, Bohemos, Hungaros & Francos uicit, præterea & Italiæ statum turbulentum tranquillauit: id quod breuiter indicabimus.

Hungari fusi ab Othone.

Hungaros apud Augustā urbem ad Lycū fluuium fudit, atq; ita debilitauit eorū robur, ut postea Germaniam amplius ingredi nō sint ausi. In hoc cōflictu occubuit Cunradus Sapiens: & Sanctus Vdalricus Augustanus Episcopus in exercitu apud Cæsarem fuit.

S. Vdalrichus.

Porrò cum maximis undique periculis circumueniretur Otho, cunfidebant Frāci facilè se ad suos imperiū rursus translaturos: sed hic in Othone cōpertum est, frustra se illi homines opponere, cui Deus est propitius. Othonem circumcingunt hostes innumeri, Bohemi, Frāci, Hungari, Itali, Galli: sed horum omnium uiribus uirtus optimi principis frangi & opprimi non potuit. Galli comminabātur ducere in Germaniam tātum exercitum, quantus uisus antea nō fuißet. Ad quæ respōdiße Othonem

Neminē nocere ei poße, cui bene uult Deus.

ferunt,

ferunt, inanes eas comminationes parum decere sapientes principes, cùm constet uictoriã & euentum belli in manu Dei esse. Respõdit & hoc quoq; ducturum se in Galliam tot pileos stramine contextos, quot nũquam antea uidissent. Et ea de causa omnes in toto exercitu stramineos pileos ferebant, quem usq; ad Lutetiã Parisiorum perduxit. Nam Hugo princeps in Gallia captum tenebat regem Gallorũ domi num suum, & idem statuit Galliam & imperiũ quoq; dignitatẽ sibi usurpare. Cepit hunc Otho in Parisiensi urbe, & liberatum regem Ludouicum affinẽ suum in Galliæ regnũ restituit. Nupta erat Ludouico huic Othonis soror Gerberga. Otho tum Germaniam inferiorem, Lotaringiam & Burgundiam imperio Germanico restituit.

Hugo princeps. Galliæ princeps. Ludouicus restitutus in Galliæ regnum.

In Italiam quoq; sæpissime per incursionẽ impetum fecerant Hungari, sed interim Cæsaribus quibusdam ante Othonis tempora tantum negotij fuerat in Germania, ut Italiæ succurrere non potuerint. Iam uerò extrema necessitate adactis Italiæ principibus ad resistendum Hungaris, contigit ut Berengarius Forojulianus princeps magnam sibi uirtutis admirationẽ pararet, & postea totius Italiæ regnum sibi usurparet. Et quanquã alij quoque principes propter Italiæ principatum tumultuarentur, tamen potentia excellens aliot

Berengarius in tertium usq; hæredem Italiã occuparat. is Cæsaris sibi titulũ arrogabat, & summa in Italia crudelitate utebatur. Aduersus huius tyrannidem, opẽ & præsidia quæsierunt Itali apud Othonem. Itaq; profectus in Italiam Otho, Longobardiam inuasit, & obtinuit Berengarius ultronea deditione impetrauit apud Othonẽ eam gratiã, ut non pelleretur prorsus ex Italia, sed ducatum possidẽdum retineret. Post 12. annos iterum uocatus est Otho in Italiam, ut Italos unà cùm clero & pontifice Romano ex tyrannide Berengarij uindicaret: quod & strenuè perfecit. Nam ubi iterum uenisset in Italiam, Berengarium & filium Albertum captos relegauit propter perfidiam, patrẽ unà cum coniuge Bambergã, ubi & totam uitam suam transegerũt exules: filium uerò Bizantiũ. In hac expeditione Romã ingressus Otho à Ioanne 12. est coronatus. Otho hic primus est imperator qui põtifici iuramẽtũ præstitit, cuius forma extat 63. dist. cap. Tibi Domino Ioanni.

Berengari⁹ Othoni se dedidit.

Otho primus pontifici iuramentum præstat.

Postea uerò secundò reuersus est Otho Romam, ut Papam Ioannem corriperet, q̃ plurimorum criminum reus ageretur. proinde sceleris sui conscius sibi pontifex, ob metum Othonis profugit, & in locum eius suffectus est Papa Leo octauus. Cæterùm post abitionẽ Othonis reuersus Ioannes Romam, eiecit Leonem.

Leo

Leo ad imperatorem profugit. Sed prudētissi-
mꝰ Cæsar summa industria usus, ne schisma-
tis occasionē daret, permisit papatu fungi Ioā-
nē, donec uiueret: cæterùm mortuo Ioanne, Leo
nem ut legitimè creatum pontificem, restitui
cupiebat: uerùm id noluerunt ratum habere
Romani, qui repudiato Leone, alium quēdā
Benedictum Romanum ex diacono pōtificem
elegerunt in odium Cæsaris, qui sedit mens. 6.
dies 5. Tū uerò rediēs Otho Papæ possessiones
inuasit, & magnam ubique cladem intulit.
Obsedit etiam urbē Romā, donec ciues fame
ac egestate coacti Othoni portas apuerunt. ob
trūcatis tum multis Romanis, & relegatis cō
sulibus, restituit Leonē. Leo in eius rei gratiā
potestatem eligendi pōtificem imperatori cō-
firmauit, sedit ann. 1. mens. 4. Otho pacatis re-
bus reuersus est in Germaniam, ductō secum
Benedictō, qui Hamburgi seruatus est.

Tertiò Romam profectus Otho, Saracenos
& Græcos ex ultimis Italiæ partibꝰ fugauit:
tum filium suum Othonem imperij cōsortē ele
ctum, adductū secum iussit coronari, eiq; Cæ-
saris Constantinopolitani filiam reginam in
matrimonium tradi curauit.

Ex his omnibus facilè æstimari potest &
hūc Othonem etiam ex illis heroibus extitisse
omnū, quos ad procumbētē statum orbis repa-
randū subinde donauit Deus. Collapsum enim

Imperium Romanũ erexit, & totam Europã pacatã reddidit: tutatus est suo præsidio totã Italiam & Germaniam: Hũgaros & Gallos domuit. Breuiter, Imperij maiestatẽ suo pristi no nitori restituit, & in statum decentissimum redegit: postea in summa trãquillitate Quedelburgi moritur. Memoriæ etiam proditum

Argẽti fodinæ in Missnia.

est, reperisse eum primum argenti fodinas in Missnia. Contulit præterea multa beneficia Ecclesiæ ad conseruandam religionem, et prouehendam doctrinam pietatis: ob quam etiã causam non parum multos Episcopatus constituit, ut Magdeburgi, Missniæ, Brandeburgi, Mersburgi, & Cetitzæ. Ordinationes etiam quasdam ciuiles instituit, inter quas & illam de successione nepotum in hæreditate, patrueum loco.

Circa hæc tempora Abdaram Saracenus rex Hispaniæ à Radamiro rege Galitiæ Christiano prælio superatur. Luith. lib. 5. cap. 1.

Edmũdus Angliæ rex anno Christi 945. à latrone quodam confossus perit. Geor. Li.

Edegarus Angliæ rex Ludouallo Vualloriõ regulo triccnos lupos quotannis imperat tributi nomine, anno 959.

Leoni 8. pontifici succesit Pont. 137. Ioãnes 13. anno 965. sedit annos 7. mens. undecim. Ab hoc Otho secundus imperij corona donatus est.

Otho

Otho secundus huius nominis, Cæsar Germanus XI.

ANno Christi 974. Otho secundus regnauit post obitum patris annos decem, & aduersus hunc exortus tumultus est. Nam cognatus eius Hëricus Bauariæ dux imperium affectabat. Non est is Henricus frater Othonis primi, de quo suprà dictum est, qui conspiratione facta insurrexit in fratrem Othonis, & postea reconciliatus Cæsari, Bauarorum ducatũ adeptus est (nã primus hic Saxonici sanguinis Dux Bauariæ, annos 15. ante Othonem infata concesit) Verùm huius primi Henrici filius est Henricus is qui Othoni secundo sese opposuit. sed hunc studentem nouis rebus, statim armis domuit Otho. Otho secundus. Henricus Bauariæ dux.

Postea Galli apud Aquisgranum inopinatò Cæsarem oppressérunt: & uix elapsus est ex eorum insidijs. Verùm exercitu reparato, Galliam ingressus Otho, Parisios usque depopulatur omnia, et ad pacem poscendam cogit Gallos, qui iureiurando se tum astrinxerunt, nequòd postea Lotaringiam sibi amplius nõ essent asserturi. Galli do Othon. 2.

Porrò pacata Germania, profectus est in Italiam, ubi in Apulia cum Græcis & Saracenis cõgressus, victo suo exercitu, ipse inter fugiẽdũ à nautis captus est. Verùm cùm ob Græcæ linguæ cognitionem ignotus esset nautis, ne

que haberetur princeps Germanus, facilè pecunia ab hostibus se redemit: & Romam reuersus, pro ueteri suo more imperium administrauit. Ferunt ab Italis ueneno necatum, propter seueritatem duriorem qua in imperio usus est.

Ioanni 14. successit 138. P. Benedictus 6. Romanus an. 973. sedit an. 1. mēs. 6. Is à Crescentio Romano ciue captus, in Adriana molis (quæ nunc sancti Angeli arx uocatur) inclusus, uel strangulatur, uel fame moritur.

Huic successit 139. P. Donus 2. Romanus anno 1. sedit.

Hoc pōtifice Eduardus primus rex Angliæ à uenatione domum rediens, Alfrieda nouerca insidijs occiditur, & sanctorum martyrum catalogo adscribitur.

Dono successit 140. P. Bonifacius 7. anno 976. sedit mens. 7. dies 5. Nam bonorum consp̄iratione coactus relinquere urbem, preciosissima quæque è basilica D. Petri subtrahens, Constantinopolim profugit, ac deinde paulò pōst turpiter uitam finiit.

Anno 978. Etheldredus Eduardi primi regis Angliæ frater consanguineus, dum baptizaretur infans, sacro fonte uentris solutione fœdato, insuper & Dunstani Cantuariensis Archiepiscopi prædictione, calamitosi principatus omnia prætulit. Nā anno post duodecimo

Dun-

Daci hostiliter Angliam inuadunt, & sibi tributariam faciunt. Poly. Geor. Li.

Bonifacio VII. successit 141. Pontifex BENEDICTVS VII Romanus an. 977. sedit an. 8. mens. 6. Huius temporibus Cæsar factus est Otho tertius.

Benedicto VII. successit 142. P. IOANNES XIIII. an. 983. Is captus est à Bonifacij patre, quòd non consensisset in electionem Bonifacij, & in carcere mortuus est mense pontificatus VIII.

Ioannem 14. secutus est IOANNES XV. patre Leone presbytero natus, in ordine 143. Is clericos exosus, uicissim ipse illis inuisus erat, quod diuina humanáque omnia cognatis & affinibus largiretur, posthabito dei honore & Romanæ sedis dignitate.

Cometes hoc tempore apparet, quem fames, pestis ac terræmotus subsequuntur, quo terræmotu Beneuentum & Capua concussa sunt.

Pontifex cùm malè sederet, octauo tandem mense strangulatur.

Ioannem XV. secutus est P. 144. IOANNES XVI. anno 985. sedit an. 10. mens. 6. Hic à Crescētio Cōsule Romano iperiū urbis sibi uēdicare conante pulsus, opem ab Othone imperatore dum quæreret, à Crescentio reuocatus, & reuerenter receptus est. Plat.

Otho

Otho tertius huius nominis, Cæsar Germanus XII.

Otho 3.

ANno Christi 984. Otho tertius imperauit post mortem sui patris, annos 19. Aetate puer erat, uix dum annum duodecimum egressus cùm moreretur pater. proinde Henricus Bauariæ Dux, cognatus Othonis huius, seruandum eum Romæ curauit, & iterum cæpit imperij possessionem sibi usurpare. Italiplerique Crescētiū principem quendā Romanū admodū potētē declarandū Cæsarē suadebāt, ut Imperialis maiestas ad Italos reduceretur iterū. Sed fideles erga suum dominū Germani principes, reuocatum ab Henrico iuniorem Othonem, cōmunibus omnium suffragijs Cæsarem designarunt, id quod et consensu suo ratū asseruit Benedictus pontifex maximus.

Germanorum fidelitas erga dominum suū.

Primum bellum gessit contra Gallos, qui præstiti iurisiurandi obliti, iterū Lotaringiam inuadebant, captis etiam urbibus aliquot: sed repulsis Gallis Otho retinuit Lotaringiam.

Crescētij Principis Romani suppliciū ob adfectatū Imperium.

Interea temporis Crescentius, sub titulo cōsulatus Romæ usurpato sibi imperiali nomine, summam crudelitatē in Italia exercuit. Itaq; ingentibus copijs accinctus Romā uenit Otho, & captum Crescentium, oculis erutis, naso & auribus truncatis, retrorsū asino imposuit, & spectaculi loco per urbem Romam circumuectum suspendi mandauit.

Anno

Anno 987. Concilium Remense celebratur contra Ludouicũ Galliæ regem Caroli magni stirpis ultimum. Inde stemma Franciæ ad Hugonem Capetum delatum, qui primus Gallus Gallorum rex est creatus, an. 988. præfuitq; rebus ui & armis an. 9. neq; diademate neq; insignibus regijs usus.

De origine & institutione Principum Electorum in Germania.

Otho iam natus annos uigintiocto, cum ea esset ingenij promptitudine præditus, ut ob singularem prudentiam uulgò appellatus sit mirabilia mundi, & cognitæ iam essent Saxonibus (hominibus promptis et uehementibus) fallaces technæ Gallorum, animaduersumq; esset ingẽtes & periculosos motus & contra Cæsares, & alioqui in Repub. excitari per Romanos Pontifices, Brunonem Saxonem cognatum suum Pontificem creauit in ordine 145. qui post adeptum papatum Gregorius Quintus est appellatus. ab hoc coronam imperij accepit Otho tertius. Verũ ubi considerauerat sapientissimus Cæsar perpetuò æstuare Gallos & Italos transferendæ Imperialis Maiestatis cupiditate à Germanis, & inter Germanos quoque propter electionem nunquam dissensiones defuisse apud maiores suos, interim tamen tam potentem monarchiam

Otho tertius miræ bilia mũdi uocatus.

Bruno Põtifex, Saxo.

chiam in primis neceßariã Christiano orbi ad tutandum Romanum pontificem, & Italiæ libertatem, denique ad conseruandam concordiam religionis in tota Europa, uerùm hanc ipsam monarchiam diu nõ poße durare stabilem, nisi & peculiaris cuiusdam & potentissimæ nationis subsidio perpetuò firmata consisteret: tãdem suffragatione & ope pontificis Gregorij (qui quia Germanus erat, adeoq; Saxonici sanguinis, in re tã neceßaria facilè annuit) tulit sanctionem principum Electorum in deligendo Cæsare. Atq; ut concordia seruaretur in electione, religionis causa, inter sacri ordinis præsules, & principes reliquos, delegata est ea autoritas constituendi Romanũ Cæsarem, seu ptem Germaniæ primarijs principibus, Mogũtino, Agrippinensi, & Treuirensi archiepiscopis. Additi his sunt, princeps Bohemiæ (nam tum regẽ adhuc Bohemia nõ habebat) Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandemburgensis. Equidem miror, qua de causa tam sublimis dignitas commissa nõ sit principibus alijs, qui tum temporis multò potẽtiores fuerunt, utpote Bauariæ, Sueuorũ & Francorum Ducibus, & præsertim Bauariæ duci, qui præter alios proximus tum erat cognatus Othonis, & amplitudine ditionis potẽtissimus. Nam Bauariam et Austriam usq; ad Aquileiam subiectam habebat, quã Hẽricus Othonis

Electio quib⁹ delegata prĩcipibus.

nis primi frater uicerat. Quin etiam Sueuorũ dux affinitate proximus erat Othoni Cæsari. Etenim Sueuiæ dux Hermãnus sub Othone primo, cùm nõ haberet hæredem masculũ, trã didit in matrimoniũ filiam suã Ludolfo primi Othonis filio, aduersꝰ quẽ bellũ gesserat Otho pater. Porrò ab hoc Ludolfo Sueuorũ duces or tum habẽt. Itaq; mirum uideri possit quæ fue rit occasio illius institutionis principum electo rum sanciẽdæ. Nostri apud Germanos historio graphi adeò omnis iudicy expertes fuisse uidẽ tur, ut illorum lectionis quemq; merito tædere possit. Ioannes Stabius, D. Maximiliani mathe maticus, sæpe mihi narrauit, D. Maximilia num Cæsarem de imperitia historicorum Ger manorũ conqueri solitũ fuisse, quòd tam præ clarorum & prudentum principum, quos do nasset Deus, res gestas non solum sine ordine conscripsissent, sed corrupissent etiam malè scribendo. Et præceperat memorabiliorã quæq; ex omnibus historicis decerpta, ordine quodam in compendiosã Chronicã digeri, id quod haud dubie fuisset factum, si aut diutius nixisset, aut nõ præ grauiorum rerum solicitu dine prætermisisset prudẽtissimus Imperator.

Historici Germani imperi ti.

Ioannes Stabius mathe maticus.

Ego uero quanquam temerarius uideri queam, si quid mihi uideatur, subiecero, tamẽ indicabo quibus ego adducar coniecturis, ut cer ti aliquid pronunciem de re tanta.

Bohemia

Bohemia

Bohemia haud dubie propter situs conue-
nientiam, & quòd natura est munita, in ius
electionis uenit.

Saxonia.

Saxonibus Saxonici sanguinis princeps Co-
tho meritò eum honorem detulit, nam & po-
tentia alioqui tum longè maximus fuit Du-
catus Saxonicus.

Brandemburgum tenuerunt tunc Saxonici
Brãdem burgum.

quoq; principes, cognati Cæsaris, & facilis cõ-
iectura est fauisse Othonẽ impensius hisce re-
gionibus, quàm ducatibus reliquis.

Platin°.

Palatinatui existimo contigisse hanc præ-
rogatiuã electionis præ alijs principatibus, non
alia occasione, quàm ut is honos haberetur Ca-
roli posteris, ut decus hoc non apud Saxones
tãtùm esset, sed pars quoq; eius ad Francos tra-
mitteretur, quandoquidem erant Palatini Co-
mites sub id tempus ex genere Caroli magni.

Electorũ Principiũ utilitas.

Cæterùm quantas laudes mereatur ordi-
natio hæc de institutis Electoribus principi-
bus, id nunc pro eius ordinis dignitate com-
morare non poßum. Res ipsa testatur quanta
utilitatẽ attulerit. Nam hac ordinatione du-
rauit imperium supra quingentos annos in
Germania. Est præterea in humanis rebus nu-
hil neq; melius neq; salutarius illis cõsilijs &
institutis, quib° occasio præciditur subinde mu-
tandi gubernationẽ Imperiorum: id quod ex
benignitate Dei per hãc ipsam sanctionem de-

Electio

Electoribus factum esse constat. Hac ratione prospectum est imperio, quo minus insidiosæ et clanculariæ cõspirationes papæ cum Italis aut Gallis successerint, qui à Germanis imperij celsitudinem alio conati sunt sæpenumero transferre. Et habet Cæsar plus præsidij à principibus, quando eorum consensu eligitur: & minus cõcertationis exoriri potest propter electionem, cum primariorum principum uota in unum aliquem consentiũt. Præterea cùm maiestas imperij ad multos simul Principes relegata sit, sperari potest & firmiorem & diuturniorem fore imperij statũ, quàm si in unius alicuius sanguinis successione hæreret. Omnia hæc eò faciunt, ne qua magna contentio electionis gratia exoriatur, atq; adeò ut Occidẽtalis imperij caput certo in loco existat, idq; ut religionis concordia & publica tranquillitas per totum hoc Occidentale regnum sub certo capite conseruetur. Olim Athenienses suam ordinationem de Areopagitis, & Lacedæmonij item sua statuta de Ephoris, immodicis laudibus uexerũt, & iure quidẽ: nam illis Respublicæ ipsorum multo tempore firmæ permanserunt. Verum enimuero hæc sanctio Othonis de Electoribus constituti, ut multo utilior est, ita longè maiorem laudẽ et prædicationem meretur, utpote per quã non in una aut altera urbe seu regione, sed in toto Occidente stabilitas imperij,

et constans religio multis annis sunt cõseruatæ. Et debent electores principes hanc suam prærogatiuam meritò maximi reputare, primùm omnis Christiani orbis causa, quòd apud eos hæc celsitudo reposita est. sunt enim illi ueluti firmũ caput, quo perpetuò totũ hoc Occidẽtale regnum retinetur et cõpingitur (nã ipsissima radix dici possunt, ex qua semper Cæsares enasci oportet) deinde quòd in hac uita, nulla illis potest eminentior dignitas cõtingere, quàm quòd ea autoritas illis legitimè data est, quæ omnium regũ ac principum sublimitatem multis partibus exuperat. Proinde hæc ipsa ordinatio, summũ profectò donũ & ordinatio Dei censeri debet, quare & maximi eam facere, et synceram conseruare oportet, ne qua detur occasio, ordinationis adeò piæ & salutaris, imò pulcherrimæ harmoniæ, in hac uita dissoluendæ: apud illos enim cõsistit summa Romani imperij: ideoq; distractis Electoribus & regnum deficere, & non longè extremi iudicij diẽ abesse necesse est. Nam sub hoc imperio mundus finem habiturus est. Scriptum reperitur, institutionem principum Electorum factam anno Christi 1002. anno mundi 4963. anno Romæ 1753. anno 201. Post coronationem Caroli Magni.

Constituta hac ordinatione Itali uarios tumultus cõcitarunt aduersus Othonẽ tertium.

Studeb

Studebant enim subinde nouis rebus contra Cæsares, neq; unquam materia tumultuũ deerat. Expulsu itaque per seditionem Gregorio (cùm absens in Germania esset Otho) substituerunt in eius locum Ioannem quendam Placentinum, hoc nomine XVII. in ordine 146. Sed magna ui reuersus Romam Ottho restituit Gregorium V. cognatum suum, & Ioannem effossis prius oculis & pontificatu malè usurpato & uita priuauit. Verùm cùm Romæ diutius in tot insidijs esse non posset, dum profiscitur in Germaniam, missò per insidias ueneno à Crescentij uxore necatus est, anno ætatis suæ 30. Augustæ sepultus est.

1 Gregorio V. successit 147. P. Syluester secundus, Gallus Gilbertus antea uocatus, magus. qui ambitione & diabolica dominandi cupiditate incensus, largitione primò quidem archidiaconatũ Remensem, inde Rauennatem adeptus Pontificatum postremò maiore conatu adiunãte diabolo consecutus est, hac tamen lege, ut post mortem illius totus esset, cuius fraudibus tantam dignitatem adeptus erat. Nam cùm Gilbertus regnandi cupidus diabolum sciscitaretur quandiu in pontificatu uicturus esset: respondit humani generis hostis ambiguè (ut solet) Si non attigeris Hierusalem, diu uiues. Dum itaq; pontificatus sui anno 4. mens. 1. die 10. in basilica S. Crucis in Hierusalem Ro-

mæ sacrificaret, fato moriturum se statim cognouit: unde pœnitẽtia motus, & errorẽ suum coram populo fassus, omnes primò posthabita ambitione & diabolicis fraudibus, ad bene et sanctè uiuendum adhortatus est: deinde uerò unumquenq; rogauit ut post mortem truncum corporis sui laceri & disiecti (quemadmodum merebatur) bigæ superimponerent, eoq; loci sepelirent, quò sponte ab equis uectum foret. Ferunt itaq; Dei nutu & prouidentia (ut scelerati sciant apud Deum locum ueniæ sibi relictum esse, si in uita aliquando puniuerint) ex quos ipsos sponte ad Lateranensem basilicam peruenisse, eoq; loci sepultũ eius corpus fuisse. Præterea tam ex collisione ossiũ eius quàm ex sudore ipsius sepulchri uel humectatione pontius, deinceps morituri pontificis signa & quãdẽ manifestissima colligi, idq; ipsius sepulchri epitaphium indicare. Quæ uerane sint, an secus, uiderint pontifices ipsi ad quos pertinet. Plat.

Sylnestrum secutus est Ioannes 18. pontifex 148. ann. 1001. sedet mens. 4. dies 20. Huic quidam festum animarum attribuunt. Volat. Huius temporibus horribili aspectu Cometes apparuit uersus meridiẽ, quem non minor fames quàm pestis secuta est.

Stephanus uir fortissimus Hungariæ regnũ auspicatur. Mich. Rit. libr. 2. Hunc regem S.

Adelber

Adelbertus præsul Pragensis cum populo Christianos reddit, & tandem in Prussia martyrio coronatur. Volat.

Robertus Galliæ rex literatus ac pius religionis gratia Romam petit. Ioa. Til.

Henricus Burgundiæ dux, cùm liberos nullos haberet, ducatum suum Regi Gallorum moriens testamento legat. Ioan. Til.

Ioanne 18. mortuo successit P. Ioannes 19. Romanus in ordine 149. ann. 10c2. sedit an. 4. mens. 4.

Ioannem 19. secutus est. P. 150. an. 1007. Sergius 4. Romanus, vir bonus & probus qui ecclesiam rexit an. 2. dies 15.

Sergium quartum secutus est. 151. P. Benedictus octauus Tusculanus an. 1010. sedit an. 11. mens. 1. Hic Henricum secundum diademate redimiuit.

Benedictus post mortem in solitudine episcopo cuidam apparuisse dicitur nigro equo insidens, rogatusq; cur mortuus equo nigro uehereretur, defossi ab se thesauri locum monstrasse, rogasseq; hominem ut effossas eas pecunias pauperibus suo nomine erogaret. nam quæ antea de suis facultatibus datæ essent eleemosynæ, nihil ei profuisse, quia ex rapinis partæ essent. Plat.

Circa hæc tempora tanta pestis laboratum est, ut plures mortui quam superstites sint habiti:

biti: quam quidem calamitatem in Lotoringia fons saluberrimæ aquæ indicauit in sanguinem tum uersus. Plat.

Henricus secundus Bauarus dictus Claudus, Cæsar Germanus 13.

ANno Christi 1003. *delectus Cæsar est Henricus huius nominis secundus, Bauariæ dux. Antea diximus, ab Othone primo, Henrico fratri suo Bauarieum ducatum donatum esse. Illius autem Henrici nepotem ex filio hunc Henricum Cæsarem fuisse arbitror. Nam Henricus frater Othonis primi, annos quindecim ante Othonis obitum in fata concesserat. Ea autem negligentia apud nostros historicos fuit, ut ex illorum monumentis pro certo adfirmare non queam, an Henrici illius filius, aut ex filio nepos eius fuerit. Illud certe mirum uidetur, ne Canonicis quidem Bambergensis Ecclesiæ genealogiam fundatoris sui certò compertam esse.*

Hẽrici 2. res gestæ. *Primus hic est Electorum principum suffragijs designatus Cæsar, & imperauit annos 22. Prudentia & insignibus uictorijs clarus, multa et ingentia bella mirabili felicitate gessit. Principio Bohemos & Vandalos bella fatigatos, tributarios & subditos sibi fecit. Metas & Gandauum obsedit, uicit & Lotaringiam ac Flandriam. In Italia aduersus Saracenos*

pugn

pugnauit & expulit eos ex omni Italia. Victor tum coronatus est Romæ à Benedicto 8.

Hungaros ad Christianã fidem pertraxit, & Stephano Hungarorum regi sororem in matri monium tradidit. Ipse cum uxore Cunegunda nus Hun castè ac piè uiuit, Germaniam templis & pri- garorum uilegijs ornat. Ante obitum suum legitimo suf rex. fragio Electorum, Curandum Francum secundum huius nominis, Cæsarem dixit. Episcopatus Bambergensis fundator, Bambergæ sepultus est, & ob uitæ innocentiam & præclaram merita in sanctorum catalogum relatus.

Anno 1011. Turcæ gens bellicosa Hierosolymam capiunt. Blond. 3. Dec. 3.

Saraceni à Græcis & Venetis in Italia uincuntur. Blond. 3.

Ethelredo rege Anglo ocio ac luxui addicto, & grauioribus tributis atq; rapinis populum uexante, Daci Suenone rege Angliam inuadunt. Ethelredus, accepta magna suorum clade, de reliqua fortuna desperans, ad Ricardum Normannorum ducem, cuius sororem in uxorem habebat, cum Alfredo & Edouardo liberis in Galliam confugit. Sueno Dacorum rex totius Angliæ imperio potitur, ac post eum posteri annis 30.

Sueno rex, purgatis prioris uitæ facinoribus, & Dacis ad Christianam fidem tum primùm receptis, in Anglia obijt, Cnuto filio re-

gni successore relicto, sepultus Eboraci. Ethelredus Rex mortuo Suenone in Angliam redijt, & anno post moritur. Eius filius Edmundus, ferreum latus dictus, post diutinā cōcertationem cum Canuto Suenonis filio regnum diuidit ac paulò post Edrici equitis proditione interficitur. Edmūdus & Edouardus eius liberi à Canuto in Pannoniam relegāntur. Itaq; an. 1017. Canutus Daciæ, Norueg iæ & Angliæ rex ab Aluredo Cantuariensi archiepiscopo sacratur.

Ordo Camaldulensis inchoatur, ann. 1012.

Pestis sæuissima grassatur hoc tempore per totum terrarum orbem. Plat.

Mediolanenses quidam ab Henrico imperatore exilio mulctati, ordinem Humiliatorum auspicantur, an. 1017. Volat.

Ferdinandus rex Hispaniæ, Legionis & Castellæ regna primus possidet. Rit.

Benedictum octauum secutus est anno 1022. Ioannes uigesimus, Pontifex 152. sedet annis undecim, nullis antea sacris initiatus. hic Cūradum imperatorem de quo mox, coronauit.

Cunradus Secundus, Sueuus Germanus Cæsar.

14.

Cūradus secūdus.

ANno Christi 1025. Cæsar electus est Cunradus Francus, qui prope Spiram urbem

urbem in Limburgica arce habitauit, & præfuit imperio annos quindecim. Cæterùm cùm sub initum sui imperij uideret turbari passim omnia, effecit ut in consortium imperij filius suus eligeretur, ne se in Italiam profecto sine capite certo imperij subditi inter se tumultuarentur in Germania.

Ernestus Sueuiæ dux, & Catuli, nam & Catuli item in Sueuia domini fuerunt, hi inquam rebelles Cæsari fuerunt, sed eos ita compescuit, ut statim sponte pareret. Inde in Hungariam profectus, eius res cõposuit. Burgundiam & Lugdunum, regnum Arelatense, iterum cœpit, & subiectum suo imperio administrauit. Postea Italiam ingressus, Mediolanũ obsedit, & Romam ueniens, a Ioãne uigesimo coronã accepit. Insurgentes sub id tempus aduersus Cunradum Romani, grauiter cæsi sunt à Cæsarianis, & pacatæ sunt res Romanorũ. Interea dũ hæc in Italia gerũtur, Sueuiæ dux Ernestus nouos iterum motus cõcitauit, ideoq; in regressu Cunradi ab eo fugatus & cõfossus est. Ducatum donauit Cunradus Hermãno Ernesti fratri. Conditæ sunt ab hoc Cunrado multæ leges, quæ hodie etiam extant adhuc. Concilium sub hoc Cæsare habitũ est Triburgi ad Moguntiam. Magnis sumptibus instituit Basilicam Spirensem, in qua sepultus est cum regina sua Gisela. Ernestus Sueuiæ dux.

Giselæ regina Burgundica.

Giselæ huius magnæ laudes feruntur. Regina Burgundica fuit ex posteritate Caroli. Mariti primò habuit Ernestum Sueuiæ ducem, ex quo duos filios susceperat, Ernestum, qui pulsus est, & Hermannum. Postea desponsata est in matrimonium Cunrado Cæsari.

Marchia & Austria

Primum omnium hic meminerunt scriptores Marchiæ in Austria, quã tum occupauit Albertus Sueuiæ dux, frater maioris Ernesti. Neq; verò tum erat adhuc Ducatus Austriæ, sed à Sueuis tenebatur, qui per uim Austriam Hungaris ademerant.

Thuringici Comitatus initium.

Quin & Comitatus Turingicus initium accepit temporibus huius Cunradi: nam Giselæ cognatus erat Ludouicꝰ Barbatus, ex Caroli genere. Is quia diu in aula uersatus erat, & diligentem operam multis in rebus nauarat apud Cæsarem, factus est Thuringiæ comes. Itaque domini Thuringiæ ex Caroli sanguine originem habent.

Circa hæc tempora, nempe an. 1030. Canutus 1. rex Angliæ Romam uoti causa petit sedente Ioanne 20. pont. & magna prioris uitæ pœnitentia ductus, anno inde post sexto moritur. Sepultus Vintoniæ.

Anno 1034. Rodulphus Transiurensis Burgundiæ Rex, cùm annos triginta in Burgundionum suorum nutu regnasset, regnum Cunrado 2. S. Henrici imperatoris filio dat. Verùm

rum Odo Campaniæ Comes cum regnum illud iure hæreditario suum censeret, petere cœpit: quod cùm negatum esset, armis inuasit. Tunc in duas prouincias Burgũdia diuiditur, Ducatum scilicet, & Comitatum, ut pertineret Comitatus ad Imperij ditionem, Ducatus uerò ad regiam Gallicam. Io. Til.

Post Ioannem 20. factus est papa 153. Benedictus 9. ann. 1033. quo fugato, Syluestri quidam pecunia papatum redemit. Porrò reuersus Benedictus, ut factiones concitaret contra Syluestrum, tertio cuidam, qui Gregorius sextus dictus est, uendidit ius suum in pontificatu. Itaq; cessit huic Benedictus, sed Syluester contra ius suum tueri uolebat aduersus Gregorium. Controuersia hæc coëgit Cæsarẽ Henricum Nigrum Romam proficisci, qui tria illa fœdissima monstra merito suo pontificatu abdicauit, & in sedem papalem Syndegerum Bambergensem Episcopum suffecit, qui dictus est Clemens secundus, 156. Papa, à quo coronatus est Hericus Niger. Is Clemens postquam sedisset menses 9. ueneno sublatus est.

Tres pontifices de pontificatu concertantes.

Benedictus sedit per interualla annis decẽ, mensibus quatuor: & post mortem horrenda imagine cuidã apparens, rogatus cur ita appareret, respondit, quia in uita sine lege & ratione uixi, ideo uolente Deo, & Petro cuius sedem omnibus probris fœdaui, simulacrũ meũ

plus

plus feritatis quàm humanitatis in se habet.

Sylueſter ſedit 49. dũtaxat diebus, Benedicto factione ſuorũ reſtituto. Gregorius ſedit annos duos, menſes 7. Hic cùm & ab aliis quibuſdam & à Cardinalibus etiam uulgo homicida, ſimoniacus, & ſanguinarius appellaretur, præ indignatione letali ægritudine contracta, cõuocatos Cardinales moribundus uerbis caſtigat, quòd quæ ipſe ſanctè ac iuſtè fecißet, ipſi liuore moti reprehenderent. Et ut, inquit, ſcire poſſitis, recténe an perperam fecero: ubi mortuus fuero, corpus meum ante fores Eccleſiæ ſiſtite uectibus obſeratas: & ſi diuino nutu aperiantur, cenſetote me dignum Chriſtiana ſepultura. ſin ſecus, corpus meum unà cum anima damnatum quò uolueritis ejicitote. Fecere mandata Cardinales: atque ita portæ coorto graui uento apertæ ſunt: & corpus cum admiratione omnium & opinione magnæ ſanctitatis intro latum eſt.

Circa hæc tempora Cardinalium nomen in uſu eſſe cœpit, unde æſtimari poteſt hanc ipſam dignitatem in Eccleſia uetuſtiorem non fuiſſe.

Iam uerò cùm ſubinde inciderent grauiſſimæ contentiones & diſſidia ex diuerſitate uotorum in creando Romano Pontifice, ſanctionem tulit Henricus Niger, ne porrò papa deligeretur ſine Cæſaris conſenſu & confirmatione

tione. Costitutio hæc grauiter postea impugnata est à Romanis pontificibus, adeò etiam ut teterrima bella inde nata sint Hërici 4. & 5. temporibus.

Henricus tertius Niger dictus, Cæsar Germanus 15.

ANuo Christi 1040. Henricus tertius Henricus Niger appellatus, imperare cœpit, & regnauit annos decem & septem. Primùm Bohemos bello inuasit; sed ab his Hungarorum præsidio adiutis uictus est. Postero anno adeò fatigati sunt bello Bohemi per Henricum, ut princeps Bohemiorũ necessitate adactus, Ratisbonam uenerit, & ultro se tributarium Cæsari dediderit. Inde Hungariam ingressus per triennium bellum gessit, & captis urbibus à liquot ad pacem poscendam Hungaros compulit. Subegit & Lotaringiæ ducem ut pareret imperio. Inde apud Capuã Saracenos uicit. Postea in Germaniã reuersus Synodum habuit Moguntiæ, in qua Leo 10. papa fuit.

Dux Bauariæ Cuno, qui post diuum Henricum Ducatui præfuit, præsidio & constitutione Hungarorum fretus, oppositum se imperatori. conabatur enim hac uia regni possessionẽ ad se transferre, sed uictus à Cæsare Hungaris, explosus Bauariæ dux, totam ætatem suam exul in Hungaria transegit. Bauaria interim sine duce & gubernatore erat.

Cano dux Bauariæ.

Pri-

Priusquam moreretur Henricus Niger, Henricum filium annos quinque natum, Cæsarem eligi, & Aquisgrani coronari curauit, ut certum caput imperij esset, neque turbæ exorirentur propter electionem. Itaq; puer sub matris tutela aliquandiu regnauit. Mater Henrici quarti Agnes dicta erat, nata in Pictonum Comitatu in Gallia.

Anno 1042 Canutus secundus Angliæ & Daciæ rex uino & epulis indulgens ad Lambithum uicum in altera Thamesis fluminis ripa prope Londinum, dato inter bibendum ueneno, confestim perijt.

Angli Dacorum tyrannidem pertæsi, facto in eosdem impetu, duræ seruitutis iugo se exiimunt. Daci ad unum omnes in Anglia partim deleti, partim eiecti, post annum 30. quam Sueno Dacorum primus totius Angliæ imperium est adeptus. Alfredo Etheldredi regis filio, ex Normania, ubi cum Edouardo fratre exulabat, à proceribus ad regnum accersito, eodémque Godouini Comitis proditione in itinere interempto, Edouardo communi consensu imperium defertur. Is Enima Normanica matre genitus, Gulielmi Normaniæ ducis opera in regnum restitutus, sanctissima uita & castissimis moribus præditus, uiginti tribus (quot regnauit) annis summa pace usus, regnum optimis institutis atque legibus exco-

luit:

luit: quas leges posteri communes appellarũt: & populus cùm à Normannis aliis datis legibus sibi ademptas quereretur, sæpe à suis regibus eas ueluti maxima reipublicæ commoda, armis repetere conati sunt. Strumam item gutturis uitium, quod nonnulli Scrophulam dicunt, solo tactu in quàm plurimis sanasse dicitur: quam curationem ad posteros Angliæ reges diuina uirtute quasi hæreditatem emanasse ferunt. Geor. Li.

Anno 1047. Gulielmus Normanorum Dux ex illegitimo matrimonio procreatus, Henrico rege Gallo adiuuãte Normanos suos tumultuantes coërcet. Qui in Italiam superatis Alpibus profugerant Normani, duce Gulielmo Montrolienſi Comite, deinde uiribus paulatim collectis Roberto Viſcardo duce in Apuleia & Calabria magnas ſibi opes famámque compararunt.

Benedictus 9. Papa horrẽda imagine cuidã uiſus, inquit, Iuſto Dei iudicio damnatus ſum, quia ſine lege uixi. Plat.

Poſt Clementem factus eſt 157. Papa Damaſus ſecundus, Bauarus, anno 1048. qui ui papatum occupauit dies 21.

Damaſo ſecundo ſucceſſit 158. Papa Leo nonus, Germanus, uir ſimplex, ſeditque annos quinque, menſes 2. Is fuit in Concilio Moguntiæ habito, & aliquandiu poſtea uerſatus eſt

apud

apud Henricum Nigrum. Is à Romanis & imperatore copijs acceptis, cũ Normannis cõgreßus, uincitur & capitur. Blõd. li. 3. Dec. 2.

Species ſectæ Manichæorum in Goſlar resurgit, quæ omnis animalis eſum execrabatur. Her. Cont.

His temporibus Berengarius Diaconus Andegauanus in Gallia, docebat uerum corpus & ſanguinẽ Chriſti nõ eſſe in pane & uino, in xta inſtitutũ Chriſti. Impia hæc hæreſis apud Heluetios noſtro tẽpore per Zuingliũ renouata eſt. à Leone 10. in Cõcilio Vercellẽſi dãnat⁹ eſt hic error, ſed interim relicta huiꝰ ĩpietatis ſeminaria, multũ negotij fecerũt poſteris quoq;

Leoni 9. ſucceßit 159. papa Victor 2. anno 1054. Fuit is antea Epiſcopus Eichſtetenſis, ſedit an. 2. menſ. 3.

Concilium Florentiæ de pluralitate beneficiorũ & labe ſimoniaca an. 1056. peragitur.

Victori 2. ſucceßit 160. papa Stephanus 9. Lotaringus ann. 1057. præeſt menſ. 7. Huic ſe Mediolanenſis eccleſia ſubdidit, cui 200. annis nil negotij cum Romana fuerat. Sab.

Stephano 9. ſucceßit 161. P. Benedictus 10. Campanus, menſ. 9.

Benedictum ſecutus eſt 162. papa Nicolaus 2. Sabaudus, an. 1057. ſedit. an. 3.

Hic abdicauit potificatu Benedictum, & primus ſtatuiße dicitur ius eligendi pontifices in

in posterum penes Cardinales tantùm fore. Ite Berengarij error.
rum ab hoc quoq; Berengarius damnatus est
in Lateranensi synodo, & coactus ad revocan
dum quæ de sacramento impiè docuerat.

Idē statuit missā nō debere audiri a presby
tero cōcubinario, ut patet .32. dist. ca. pter hoc.

Theodora fœmina Græcis hoc tempore im
perat. Herm. cont.

Nicolao 2. succesit 163. papa Alexander 2.
Mediolanensis, an. 1062. & tū propter electio
nem magni cōflictus Romæ fuerunt. Hic ponti
fex maximo exercitu in Neronianis campis cō
gressus cū Cadolo Parmensi episcopo (quem
præsules Lōgobardiæ et Germaniæ, habito cō
uentu Basileæ in præsentia imperatoris papā
elegerant) victor euasit. Sedet an. 11. mens. 6.

Instituit ne quis ecclesiastica beneficia ab
ullo laico accipiat. Herm. Cont. Plat.

Alexandro secundo succesit 164. Papa
Gregorius 7. Hetruscus, an. 1074. antè Hil
debrandus appellatus, monachus astutissi
mus, ui sedem Petri an. 12. aut circiter tenens.
is excommunicauit & persecutus est Henricū
quartum, bellis etiam acerrimis concitatis, ut
adsereret & obtineret, sine Cæsaris suffragio
& cōfirmatione pōtificem creandum esse, ne
Cæsares autoritatem sibi uendicarent in pon
tifices dominandi, de quo mox plura in Heri
co quarto dicemus.

Henricus quartus, Cæsar Germanus XVI.

Henric⁹ quartus.

ANno Christi 1057. imperare cœpit mortuo patre Henricus quartus, puer adhuc septem annorum: et regnauit annos quinquaginta. Ferunt hunc circiter 12. prælia commisisse. In hoc uirtus huius generis Imperatorum nō tantùm defecit, sed totius Germaniæ imperiū adeò corruere cœpit, ut postea nunquam uel in ueterem statum redigi, uel pristinas uires recuperare potuerit integre.

Hildebrād⁹ papa quāti fuit, mali auctor.

Tragœdiæ huius autor papa Hildebrandus fuit, qui omnia fere inter Germaniæ principes teterrimis bellis commiscuit.

In pueritia Henrici Cæsaris, Agnes mater eius non sine laude imperio præfuit, bona pace Germaniam et Italiam trāquillauit, sed Otho Colomēsis Episcopus puerum principem duodecimum annū iam ingressum, & maturum imperio, clàm ab duxit, matrem Augustā imperio deturbauit: & ipse interim postea regni gubernacula tenuit. Dicitur quod & indigne educari curauit Cæsaream sobolem.

De pōtificia electiōe, sanctionem de pōtificia electione tulerat, ut ea electio Henrici Nigri.

Lōgum est hic referre omnes causas: tātùm quæ memorabilia sunt, cōmemorabo breuiter. Pater Henricus Niger, optimo sanè consilio sine imperatoris permissu nō fieret. Iā uerò ubi Hildebrandus sedi papali præfectus est, cōtrà statuit

ſtatuit decretum, à Cæſare pontificatus confirmationom nõ eſſe petendam. Atqui hanc conſtitutionẽ patris ſui ratam habere uoluit Cæſar. Præterea quoq; ius erat Imperatori conferendi Epiſcopatus imperij, ſed ne id quidẽ ferre uoluit Hildebrandus. Etenim cõtigit ſæpe, ut defuncto Epiſcopo aliquo, alius in eius locũ à Cæſare, alius rurſum à Papa conſtitueretur, & ab hoc excõmunicaretur alter. Tãdem in hanc cataſtrophen abijt hæc tragœdia, ut Cæſar ipſe a ſummo põtifice nõ excommunicatus ſolùm ſit, ſed & reliquis potentioribus principibus qui Henrico ſacramento adſtricti erãt, mandatũ, ut imperatorem alium deſignarent. Et huius ludi ueluti choragus fuit, in gratiã pontificis, diœceſis Halberſtadianæ Epiſcopus in Saxonia. Itaq; defecerũt ab Henrico quarto, Otho Saxoniæ dux, Rudolphꝰ dux Sueuiæ, cui Cæſaris germana ſoror nupta erat, & Epiſcopi pleriq; maximè Saxones. A Cæſare ſtabant Bohemi, & Principes Catuli, quibus pulſo Othone Saxone, donauerat Hẽricus Bauariam. Præterea & Epiſcopi quidam, qui improbabãt tyrannidem Papæ in deroganda autoritate Cæſarũ pro ſua libidine. Quare et ipſi Synodos faciẽtes, reiecta excõmunicatione Papæ Hildebrãdi, ipſũ uiciſſim excõmunicarũt.

Ab Henrico quarto qui defecerint, in gratiã papæ.

Iam uerò in Italiã profectus eſt Cæſar tryſigendæ huius cõtrouerſiæ cauſa: & interea ab

aduersa parte creat⁹ Cæsar est in Phorcēsi op
Rudolf⁹ Cæsar ab episcopis creatus. pido Rudolfus Sueuiæ Dux, idq; sub annum Christi 1077. Rudolfo missa est à pontifice co rona, cui uersiculus hic inscriptus erat:
Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo.
Quo significare uoluit: à Christo imperiū collatum esse pontifici, & ab hoc cōferri principib⁹ uicissim. Proinde properè in Germaniā redit Hēricus, & ex Sueuia pellit Rudolfum in Saxoniā, & aliquot pugnas cum eo cōmisit ad Vnstrotū amnem, in quibus Vuormaciēsis & Magdenburgensis Episcopi occubuerunt.
Anno 1080. nouissimè pugnatū est contra Rudolfum apud Mersburgum, & in ipso conflictu dextera manus Rudolfo amputata. Pro
Rudolfi Cæsaris querela de Episcopis. fugientibus iam in urbem Mersburgum omnibus, Cæsari in lecto decumbenti, circumstātibus iam Episcopis, manus allata est, quam ubi uidisset, En, inquit, domini mei Episcopi, hæc manus est qua domino meo Hērico Cæsari fidem cōfirmaui. ipsi uos nunc expēdite quā piè consaluerit is mihi ut ab eo deficerem. Miserabilis omnino querimonia hæc est, quæ testatur boni principis perturbatum animum, seipsum seditionis reum iudicasse. Ita demū sub electionis suæ annū quartum mortuus est Rudolfus. Quem, quæso, nisi ferreus planè sit, ad parendum suo magistratui nō cōmoueat, & à seditionis studio deterreat, hoc exemplum tam horre

horrendũ? Interim tamẽ Episcopi quieti non erant, & post hunc casum, etiam filium cõtra patrem solicitarunt. Pontifex Hildebrandus phantasma sibi per quietem obuersatum gloriabatur, illegitimum Cæsarem eo anno periturum. Sed hoc Caiphæ uaticinium erat: nam supplicij pœna non in Henricum, sed in papæ complices redundabat.

Hildebrandus papa alter Caiphas.

Post hãc uictoriam Cæsar Romam uenit, & urbe per uim capta, cepit papam Hildebrandum, eúmque officio deiecit & in eius locum Rauennas Episcopus Clemẽs dictus suffectus est, in ordine 165. P. & ab hoc imperialem coronam accepit Henricus quartus. Cæterùm Clemens ingratus Romanis, multa sanguinis effusione repellitur: & non multò pòst in exilio mortuus est pontifex Hildebrandus.

Sigebertus historicus nõ admodum laudat Hildebrãdũ, & repræhẽdit facinora hominis, quòd sine magna causa & ecclesiæ & imperij statum tranquillum perturbarit: & scribit quoq; idipsum conquestum fuisse Hildebrandũ iã moriturũ, & per legatos petijsse ab Hẽrico admissi criminis cõdonationẽ. Hildebrãdus hic prohibuit Sacerdotes Germaniæ matrimonia contrahere, & multa iam cõtracta matrimonia diuulsit.

Hildebrãdus papa primꝰ sacerdotũ cõnubia diuulsit ĩ Germania.

Anno 1103. uictis iam ab Henrico Saxonibus,

bus, et trucidato Comite Misniæ Ecberto, cui spem fecerat Episcopi adipiscendi imperij post Rudolfum, præterea & cõpositis iam Germaniæ & Italiæ rebus, delectus est ab Henrico Quarto Henricus Quintus filius eius Imperator. Porrò hũc Henricum filium solicitarũt Episcopi, ut aduersus patrẽ insurgeret, eumq; imperio pelleret. Id uerò ingenti dolore affecit optimum Principem. Itaq; fœdere inito Henricus filius, anno milleſimo centeſimo quinto primùm Mogũtiæ obsedit patrem, sed oppugnationem detrectantibus principibus coactus est discedere Henricus filius: & relicta Mogũtia Norimbergam cum exercitu petijt, eamq; spatio duorum mẽsium obtinuit, & diripuit. Insequutus est pater filium, & utrinq; ad tẽpus in aduersis castris erant prope Ratisbonam, sed interponentibus se semper principibus, nunquam iusto conflictu pugnatum est. Atque monitus per filium pater ut à propriis sibi ministris caueret, profugit clàm Leodiũ, & ibi eodem anno è uiuis excessit. Cæterùm dum quinquennio propter excommunicationem pontificis inhumatus iacuisset, in Spirensi Basilica sepultus est accepta absolutione. Hodie etiamnum scripta extant missa ab Henrico patre ad Frãcorum Regem de iniuria filij, & malitia eorum qui filium aduersus patrẽ instigabant.

Norĩberga capta ab Hẽrico V.

Mutat

Mutatio multorum Ducatuum in Germania.

QVantum acerbum calamitatum traxerit secum ciuile hoc bellũm Germania, excitatum artibus Papæ, inde facilè æstimari potest, quòd principibus multis et summis quibusq; hominibus cæsis, dominia passim immutata sint. Henricus quartus Bauariam Catulis Sueuiæ principibus dedit. Sueuiæ ducatum post defunctum Rudolfum donauit Henricus genero suo Friderico Stauffensi. Frãcorum genus intra breue admodum tempus interiit. Ecbertus Comes Misniæ cæsus est. Gebhardus illius Lotarij, qui postea imperator factus est, pater in pugna occubuit. Et ut semel omnia dicam, Germaniæ uires debilitatæ prorsus et immutatæ sunt hac ciuili cõcertatione principũ.

An. 1065. Edouardus Angliæ rex obit, diuino (ut fertur) uicinæ mortis præsagio admonitus, annulo quem is paulò ante cuidam pauperi D. Ioannis euangelistæ nomine eleemosynam ab eo petenti dederat, à peregrino quodam Hierosolyma redeunte, sibi reddito. Sepultus est in Vuestmonasterij templo, ac paulò post inter diuos relatꝰ, annulusq; ille in eiusdẽ templi archiuis recõditus, comitiali morbo laborantibus mirificè (ut aiunt) salutaris: & hinc natum, ut Angliæ reges quotannis annulos so-

lenni cerimonia sacratos, cõtracta membra di uina uirtute soluentes, populo erogent.

Guilielmus Normannus cõquæstor Angliæ rex anno 1069. prõfligatis Dacis, qui ad regnũ capeſſendum iterum in Angliam irruperant, & frequenti Anglorum procerum rebellione suppreſſa, ciuibus generatim magna agrorum parte mulctatis, nouos magiſtratus creat, & antiquam iuris dicendi rationem immutat, legibus quæ in hunc diem Angli obſeruãt, Normannico idiomate populo promulgatis.

Pontifex Romæ ſynodum celebrat, quæ nullum ad ſacerdotium admittendum, qui non perpetuam promiſerit continentiam, cõcludit. Beneficia eccleſiaſtica à ciuili magiſtratu aufert. Berengarij opinionem denuo damnat. Epiſcopos omnes cum Cæſare ſentientes excommunicat. Vxores ſimul & concubinas ſacerdotibus adimit. Ieunium ſabbati hominibus indicit. Sunt qui ſcribant eundem Necromãtiæ operam impendiſſe.

Grandimontenſium monachorum ordo de profeſſione S. Benedicti à Stephano Gallo loricam ſupra nudum corpus geſtante excogitatur, anno domini 1076. Volat.

Arnulphus abbas apud D. Quintinũ Bellouacum Ordinem Canonicorum regulariũ auſpicatur, anno 1080. Volat.

Nicephorus Orientis imperator ab Alexio reg

regno exutus, in monasterium detruditur. Plat.

Anno 1085. Philippus Galliæ rex turpi se adulterio cum Bertrada quadã publicè a marito abducta, ita contaminat, ut nisi fulmine põtificio, aquæq; & ignis interdictione, ab illa abduci non potuerit.

Vratislaus Mogũtiæ ab imperatore Hẽrico primus Rex Bohemiæ declaratur.

Anno 1087. Gulielmus Cõquæstor Angliæ rex in Normanniam trajicit: ubi dum bellum Gallis parat inferre, ruptis frociẽtis equi saltu intestinis 4. Id. Septemb. moritur, & Gadomis redempto sepulturæ loco inhumatur.

Gregorio 7. defuncto, qui Hildebrandus erat, electus est extra urbem Romã anno 1086. à socijs Gregorij pontifex quidam abbas Casinensis, Victor dictus, eius nominis tertius, 166. in ordine pontificum, in odium Clementis Rauennatis ab Henrico & Germanis præsulibus electi. Sub hoc pontifice Ordo Cartusiẽsium initiũ sumpsit authoribus Hugone Gratianopolitanorum episcopo, & Brunone Coloniæ Agrippinensis ciue, scholarum magistro: qui Bruno cum doctoris cuiusdã mortui uox audita esset, Iusto dei iudicio dãnatus sum, ab ordine Benedictino Cartusianorum uitã produxit. Aemil. 5. Plat.

S. Nicolai corpus hoc tẽpore Barũ in Iota

ringiam translatum dicitur. Plat.

Victore anno primo pontificatus sui mense 4. hausto veneno i sacro calice sumpti sublato, creatus est pont. 167. an. 1088. Vrbanus 2. qui sedit an. 11. mens. 4. Is septē horas canonicas instituit, Toletano episcopo primatum in Hispania concessit, & ordinem Cistertiensem ab Ardingo Anglo excogitātum approbauit.

Sub hoc pontifice Placētinum cōcilium celebratur, in quo acta Gregorij 7. contra imperatorem Henricum confirmantur, & licentia ecclesiasticorum compescitur. Paulò post synodus Claromontensis cogitur, in qua Turcis bellum inferri placuit: & ne à quouis principe beneficiorum inuestituram clericus acciperet, ordinatur. Sab. Plat. Vola.

An. 1095. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus agnoscitur.

Robertus qui alijs est Nobertus, Lotaringus homo nobilis, potens, & literatus, relicto mundo Christum sequens Præmonstracenses instituit. Alij hoc in annum 1137. reijciunt.

De occupata urbe Hierosolymitana.

TEmporibus Henrici 4. Imperatoris, nempe anno 40. eius imperij, an. domini 1096. sub Vrbano papa Claromontano Concilio in Gallia, decernitur expeditio in terram sanctam aduersus Saracenos & Turcas.

Primus

Primus dux erat Godfridus Bilionensis, Lotaringiæ princeps. Comitati sunt hunc præstantissimi quique principes ex Gallia.

Anno 1099. Godfridus die 39. obsidionis potitus est urbe Hierosolymitanæ, & statim rex creatus est. Coronari autẽ diademate aureo recusauit, q̃ Christo eo in loco corona spinis cõtexta fuisset olim imposita. Cõtigit quadringentis sexaginta octo annis ab eo tempore quo Hierusalẽ ex Persarum potestate per Heraclium erepta est. Tum uero non multo supra annos tredecim, Saraceni Hierosolymitanæ urbis dominj facti sunt. Postea iam multis annis exactis, à Turcis Saraceni pulsi sunt ex Hierosolyma. Sub hæc tẽpora iterum potiti sũt Christiani Hierusalem, & multas præterea circũquaque urbes ac regiones subegerãt. Regnum Hierosolymæ habuerunt annos 38. usque ad annum Christi millesimum centesimum octogesimum septimũ. Sub Friderico Barbarossa iterum a Sultano occupata est Hierusalem. Godfridus Bilionensis.

Anno 1100. Guilielmus Rufus Angliæ Rex in clerum desæuiens, & Anselmo Cantuariensi archiepiscopo propter piam eius admonitionem in exilium electo, templorum prouentibus ad priuatũ quæstum abutens, ac sæpe dictitans pinguem Christi panem esse, & delicias præbere Regibus, inter uenandũ apud Nouæ foresteæ saltum a suo quodam milite sine

casu

casu siue de industria sagitta trãsfixus confe-
stim perijt, Cal. Augusti. Magno documento
Christi ministros non esse uexandos aut sper-
nendos, quanto minus irridendum Christum.

Ardingus Anglus Cistertienses monas-
chos à Benedictinis oriundos excogitat. Vola.

Vrbano secundo successit Paschalis secun-
dus, Papa 168. anno domini 1100. sedit an.
18. menses sex. Primùm captus hic est ab Hen-
rico Quinto, cuius tamen antè pedes exoscula-
tus fuerat: sed postea ab eo coronam Imperia-
lem extorsit.

Henricus Quintus, Cæsar Germanus XVII.

Henric⁹ Quint⁹.

ANno 1107. *post obitum patris, imperiũ*
Henrici Quinti cœpit, & regnauit an-
nos uiginti. Scilicet digna huic ab Episcopis
gratia relata est, quòd consilia eorum secutus,
optimum Imperatorem patrem suũ bello erat
Vltionis exemplũ. *insectatus. Romam ueniens, à pontifice coro-*
nam impetrare non potuit, nisi prius statuere
uellet, porrò pro rato habendum esse, & Pon-
tificem Romanum & Episcopos sine Cæsa-
ris approbatione & consensu creãdos. Præter-
ea & tumultus à pontifice sub idem tempus
excitatus est tantus in urbe Roma, ut nisi sua
ipsius manu uitam defendisset Cæsar, iam
periisset. Victore Cæsare trucidati & capti
multi sunt Romani: captus est & pontifex,

&

& abductus extra urbem: & cùm de coronatione & iure electiuo in creandis pontifice & episcopis cum eo ageretur, consensit ultro Paschalis, ut hanc sibi prærogatiuam usurparent Cæsares, ne quis uel pontifex uel Episcopus citra eorum suffragationem designaretur. Inde Romam reuersi sunt, & à Paschali insignitus est Henricus quintus diademate imperiali.

Cæterũ post discessum Imperatoris ex Italia, mutauit sententiã pontifex, & coacta Synodo nõ solùm reuocauit cocessum priuilegiũ, sed excommunicauit etiam Cæsarẽ. quod ubi nunciatum est Henrico Quinto, illico Romam magna ui repetens fugauit pontificem, & aliũ in eius locũ suffecit. Interea nihil feriatum est ab Episcopis in Germania, qui denuo incitarunt Saxones aduersus Cæsarẽ, adeo etiam ut iterum Germania discordijs mutuis agitata, infestis copijs utrinque congressa sit, & commissa pugna anno 1115. tertio Idus Februarij apud Mansfeldium, iuxta Catulariam syluam, in quo conflictu perijt Comes Hoierus de Mansfeld. Pugna apud Mansfeldium.

Porrò uidens Cæsar sedari non posse hanc tragœdiam sine perpetuo conflictu, neque quiescere Romanos pontifices, nisi ut patrẽ suum, ipsum quoque antea oppressissent, publicæ trãquillitati Imperij consuluit optimus princeps, & inre priuilegij sui ultro cessit. Itaq; per hãc occasio-

occasionem firmata pace inter pontificem & Cæsarē, præterea & inter reliquos principes, eáque publice ad Rhenum non procul à Vuormacia, ubi ingentes copiæ utriusque partis in castris erāt, proclamata, summa lætitia in tota Germania coorta est propter initū hoc fœdus concordiæ publicæ.

Gessit & hic Hēricus bella in Hollandia, et Lotaringia. Porrò Lotarius Saxoniæ Dux, qui post Henricum Cæsar factus est, Mogumtiam uenit in uili & oblonga ueste, gratiam expetēs supplex a Cæsare, quam ultro pro singulari clementia sua concessit ei Henricus. Habuit hic Cæsar nullam masculam prolem, & Ducatus Francorum cessit Conrado filio Friderici Stauffensis, & sorori Henrici Quinti.

Anno 1102. Florentiæ Concilīū à Paschale pontifice indicitur propter Fluentini præsulis de nato Antichristo opinionem. Plat. Sabel.

Anno 1103. Hēricus primus Angliæ Rex in Normanniam trajcit: Robertum fratrem Normanniæ ducem cōtra pacis fœdera rebellantem, magna Normannorum strage edita, captiuum secum in Angliam ducit, atque ibi uitam in carcere finire cogit. Normannia deinc Angliæ regno coniuncta.

Bernardus Clarenallensis abb.as agnoscitur, & ordo Bernarditarum initia sumit.

Anno

Anno 1110. Paschalis pontifex ad Guardastallum episcopos conuocat, de homagijs, feudis & sacramentis leges dat: Rauennatia que præsuli potentiam auferens, sibi adjcit. Templa Romæ prophanatæ externorum hominum concursu, denuo consecrat.

Anno 1114. Vigornia in Anglia incendio tota ferè consumpta.

Nuptiæ inter Henricum v. imperatorem, & Mathildē Henrici Angli regis filiam Maguntiæ celebrantur.

Anno 1118. Initium primi belli Gallici, quod sexcentis fœderibus compositum, semper renouatur. Theobaldus Campanus Comes in Gallia ex Blesensium comitum familia natus, atque exinde Henrico primo Angliæ regi affinitate cōiunctus, qnōd Adela eius soror, Stephani Blesensis Comitis uxor esset, generis fiducia, impetrato ab Henrico auxilio, in Ludouicum Craßum Gallorum regem bellum mouet. Craßus inito consilio cum Baldæuro Flandriæ, & Fulcone Andegauæ Comitibus, Hēnrico Regi Normanniam adimere parat, & Guilielmū Roberti defuncti filium in possessionem mittere. Henricus Rex in Normanniā trajcit, atque apud Nicasianum oppidū profligatis Craßi Gallorum Regis copijs victor euasit. Baldumus Flandriæ Comes uulnere acceptō interijt, Andegauensis ad Henrici partes

tes transijt. pax deinde inter Reges facta.

Anno 1119. Henrici Angliæ regis filij Guilielmus & Ricaldus, ac filia Maria, dum ex Normannia in Angliam transmittuntur, orta fœda tempestate, ac illisa scopulis naue fluctibus obruti intereunt. Geor. Lil.

Anno 1126. Henrico quinto Imperatore in Germania mortuo, Mathildis Augusta ad patrem Angliæ regem reuertitur: ac paulo pòst Gaufredo Andegauensium Comiti nupta, ab Henrico patre Anglici regni hæres declaratur. Porrò autem ann 1135. Henricus Angliæ rex moritur, & in eo omnis Guilielmi magni uirilis sexus legitima prosapia defecit. Stephanus Blesensis Comes Henrici ex Adela sorore nepos, neglecta Mathilda Augusta Henrici filia, quam pater hæredem regni declarauerat, regnum præoccupat, & cõpositis in Normannia rebus, cõtra Scotos Mathildis Augustæ partes tutantes mouet, Angliámque totam perturbat. Mathildis Augusta cum auxiliaribus suorum copijs ex Gallia soluens, atque ad Arundelium appulsa, contra Stephanum regem in Angliæ bellũ parat. Rex apud Lincolniam Mathildæ copijs congressus capitur, & Bristolium captiuus abducitur. pactis demum utrinque conditionibus, Roberti Gloucestriæ Comitis permutatione (qui & ipse Mathildis sororis partes tutatus, paulò pòst à regis fautoribus

fautoribus captus est) Rex libertati & regno restituitur. Porrò Henricus Mathildis augustæ filius, defuncto Gaufredo patre Andegauensem principatum consecutus, collecto suorum exercitu in Angliam traiecit, matri contra Stephanum regem opem laturus. Et tandem post diutinam contentionem pax is conditionibus transacta est, ut ipse Stephanus dum uiueret, rex haberetur: mortuo autẽ, Henricus Mathildæ filius regnum obtineret, Normanniamq; interim possideret. Aleonora Guilhelmi Aquitaniæ Ducis, & Pictonum Comitis filia, à Ludouico iuniore Gallorum rege repudiata, Henrico Andegauensi Mathildis augustæ filio nubit, ad quem inuito Gallorum rege priorem attulit dotem, Pictones & Aquitaniam: quod deinceps perpetuum belli seminarium fuit inter Gallos & Anglos.

Paschali 2. succeßit Gelasius 2. Caietanus, 169. P. an. 1118. sedit ann. 1. Pulsus hic est Roma ab Henrico quinto, & in eius locum suffectus est Gregorius quidam. Gelasius in Gallia exul obiit.

Gelasio 2. defuncto delectus est in Gallia Papa 170. Calistus 2. Burgundus. Is Romam ueniens aliquot pugnas habuit cum Antipapa Gregorio, quem Henricus quintus statuerat. Tandem captus Gregorius, & retrorsum asino impositus circumuectus est. Sub Calis-

C sto

sto pacis fœdera cum Henrico quinto sunt constituta.

Circa hæc tempora, nempe an. 1118. ordines nobilissimi Ioannitarum & Templariorum exordia sumunt, qui non longe à sepulchro domini habitantes, peregrinos suscipiebant, eosq; per loca sacra armati ducebãt ac reducebant, quò eis sine ullo maleficio inuisere loca sancta liceret. Plat.

Calisto 2. successit Papa Honorius 2. Imolensis 171. an. 1125. sedit an. 5. mens. 2.

Post Honorium factus est Papa Innocentius secundus.

In odium huius electus est Petrus Leonis, qui se Anacletum appellauit. Ab hoc per uim pulsus est Innocentius. Compescuit hos motus Lotarius, qui ab Innocentio corona imperij est insignitus.

Lotarius secundus Saxo, Cæsar Germanus 18.

Lotarius Saxo.

ANno 1127. Lotarius secundus Saxonia Dux, ab Electoribus Cæsar creatus est, cuius pater Gebhardus ab Herico 4. cæsus est. Regnauit Lotarius an. 11.

Grauissimis subinde insultibus conquassatum est hoc imperium Germanicum. Nam iterum nunc contra Lotarium quoq; ingens & diuturnus tumultus exortus est. Etenim Suevi & Francones, quibus iam diu cum Saxoni-

bus

bus bellum fuerat, ægerrimè ferebant imperij celsitudinem ad Saxones deriuari. Præterea erant & filij Ducum Sueuicorum, ex sorore Henrici Quinti prognati, ideoq; hi iure ad se pertinere Imperium contendebant. Dederat Henricus Quintus Cunrado Sueuo sororio suo nepoti, Franciæ Orientalis ducatum. Fauebat huic Comes Palatinus Godfridus, à quo Cunradus electus est. Cæsar, & secutæ sunt huius partes, Sueuorum & Francorum urbes. Cæterùm Bauariæ dux Henricus Catulus Lotario adhæsit, nam Lotarij gener erat, quo nomine & Saxoniæ possessio hæreditaria successione contigit Bauaris: & qui hodie adhuc Brunsuicenses principes uocantur, Bauarici sanguinis sunt, ex Catulo Henrico Bauariæ Duce. Brunsuicenses principes à Catulis.

Porrò ut Lotarium anteuerteret Cunradus, Italiam ingressus, Longobardiam occupauit, ubi & ferrea corona insignitus est. Interea à Lotario obsessæ & uictæ sunt urbes. Spira, Vlma, et Norimberga: et inde cõsecutus est Cunradum in Italiam. Nam maiori prudentia & calliditate instructus Saxo, facilè cogitauit sine Germaniæ firmo præsidio Italiam à Cunrado non posse retineri. Proinde ubi cognouit Cunradus & urbes Germanicas amissas esse, & nullam spem præsidiorum expectandam esse ex Germania, ad seruandum regnum Italicum, relicta Italia, pacis cõditiones

D. Bernhard° pacificator inter Cũradũ & Lotariũ Cæsares.

per Diuũ Bernhardum apud Lotariũ pactus est, & ultrò susceptò imperio cessit.

Lotarius bis in Italiam profectus est. Priùm ad compescendos motus contra Innocentium, alio pontifice electo, coortos Romæ: demde contra Rogerium, qui Campaniam & Apuliam inuaserat. Exturbauit hunc ex Italia, sed defuncto Lotario Rogerius redijt.

De reparatis & restitutis Legibus Romanorum.

LOtarius non modò commendatur ob insignem fortitudinem in rebus bellicis gerendis, quibus & Germaniæ & Italiæ res lesta pace composuit, sed etiam propter religionis & optimarum legum studium. Fuit eius temporibus in Italia uir magnæ eruditionis Vuernherus, quẽ Accursius Irnerium sæpe nominat, apud reginam Mechtildim. Is obsitor iam pulueribus in bibliothecis legum Romanarum libros reperit, & in lucem reduxit. Mandauit hos publicè in scholis tractari Lotarius, & iterum secundùm eas leges ius dici in iudicijs imperialibus. Itaq; per hanc occasionem in usum reuocatus est is thesaurus, quo neque utilior neque pretiosior esse alius potest, nimirum ex quo innumeræ commoditates defluxere. Primùm enim certum, & humanæ rationi consentaneum ius restitutum est uniuersæ Europæ. Nã omnes regiones & omnes aliæ leges

Vuernherus restitutor legum.

leges utuntur hoc Romano iure tanquam a-
mussi quadam in æquitate cognoscenda. est
enim publicæ honestati proxime accõmodatũ.
Deinde ad hoc quoq; non mediocriter condu-
cunt restaurata hæc iura Romana, quòd ea de
communibus officijs huius uitæ, & optimis mo
ribus præcepta tradunt, quæ nusquam alibi fe
rè reperiuntur: ut interim taceã & puritatem
Latinæ linguæ ex reparato hoc iure iterum ue
luti renatã florere cœpisse. Porrò instituto hoc
studio iuris, magni & multi præclari iurisco-
sulti extiterunt, quibus & interpretari leges,
& in publicum usum reuocare hæc iura curæ
fuit. Equidem mirari non satis queo, tantam
illius temporis homines cognitionem esse conse
cutos, quo usus Latinæ linguæ, historiæ, omnes
deniq; Romanæ disciplinæ ueteres erant inter-
missæ: ita ut facilè existimare possis, primos
illos iurisconsultos, non solùm summæ diligen-
tiæ & sedulitatis homines in studijs, sed ma-
gnos atq; prudentes quoq;, & usu rerum publi
carum uiros exercitatissimos fuisse: nam sine
ea exercitatione ne possibile quidem fuisset le
ges Romanas cognoscere. Itaq; illi ipsi doctores
iuris nihilo inferiores censendi sunt ueteribus
illis iurisperitis, Vlpiano, Seruio, & reliquis.

Axo, qui uel præcipuus est inter commenta- Axo.
tores iuris, uixit temporibus huius Lotarij.

Post hunc Accursius uixit, & is tempora Fri- Accursi-

derici secundi attigit. Sub Henrico Lucelburgensi multi & præclari doctores fuerunt. Bartolus, & alij. Gratianus, qui decretorum libros congessit, etiam Lotarij temporibus fuit. Erant autem & antea quoq; tales libri. Nam huius generis libellus quidam conscriptus erat ab Episcopo Vuormacienſi quodam, quitum erat in manibus hominum, & nos eum vidimus nostra hac ætate. Cæterùm florescentibus iam ubique legum studijs, eaq; doctissimis quibusq; (quemadmodum in re noua fieri solet) amplectentibus, videntes monachi scripturæ sacræ cognitionem frigescere & omnì præ studio Iurisconsultorum, et ipsi quoq; Theologicum studium auspicari cœpere, atq; exemplo Iurisconsultorum disputationes scholasticas de rebus sacris instituerunt. Initium hoc habuit scholastica Theologia, de quo paulò pòst plura dicemus.

Bartol⁹. Gratianus. Monachi qua occasione ad scribẽdũ adducti.

Anno 1140. Innocẽtius 2. constituit ne cui liceret clerico manum intendere. Idẽ ad Lateranẽ celebratæ synodo statuit ne quis in prædijs sacerdotalibus sibi succesorẽ cõstituere posit.

Alaph rex Turcarum Ediſſam Mesopotamiæ ciuitatem capit ac diripit, & occisis omnibus Christum profitentibus, nobilissimas etiam matronas super altare S. Ioãnis Baptistæ, quod sciebant à nostris piè ac sanctè cultũ fuisse, barbari stuprant. Plat. in Cælestino 2.

Cunrad

Cunradus tertius Sueuus, Cæsar Germanus 19.

Cũradus Sueuus.

ANno Christi 1138. Lotario Saxoni in regnum succeſsit Cunradus natus Sueuiæ dux, & ab Henrico Quinto princeps Francorum factus. Imperauit an. 15. Coronam à Pontifice accepisse nusquam legitur. Cunradus hic (id quod antea diximus) contra Lotarium arma cœpit, sed dedere se sub Cæsaris potestatem coactus est, & mortuo Lotario successio Imperij ad Cũradum delata est: quanquã Bauarorum & Saxonũ dux Henricus gener Lotarij, ambiuit imperium, & Augustæ obsedit Cunradum: sed excõmunicauit Henricũ Cunradus Cæsar, & Bauariæ ducatũ Comiti Austriaco donauit. Verùm non fuit admodũ diuturnũ hoc bellũ: nã non multò pòst in Saxoniã in fata conceſsit Henricus, & in monumentũ Lotarij soceri sui illatus est. Inde propter Ducatum Bauariæ cum duce & Cæsare Cũrado bellum gestum est à Catulo quodã Principe, sed conatibus irritis. Proinde tandem per Fridericum, qui Cæsar postea factus est, reconciliatus est Cunrado. Ex cõsilio diui Bernhardi cũ multis principibus & maximo exercitu Hierosolymam est profectus Cunradus contra Saracenos Christi hostes, aduersus quos & unà quoq; arma parauit Ludouicus Francorum rex, sed Constantinopolitani Cæsaris Emanuelis

Emanuel Cæsar

Constat. parum pius.

lis perfidia plurimi milites perierunt. Interim tamen in Asia & Hierosolyma multæ & ingentes pugnæ à nostris commissæ sunt. Quarto tandem anno post expeditionē primùm reuersus est Conrardus in Germaniam, & in Lorchēsi oppido, apud Gemund mortuus sepelitur.

Vueinsburgum.

In bello cum Catulis gesto cœpit Cunradus arcem & Vueinsburgum urbem, non procul à Nechare fluuio sitam. Mandauit tum Cæsar omnes equestris ordinis uiros capi: mulieribus abire permissum est cum tanta sarcina bonorum, quantam posſent ferre. tum uerò relictis rebus, nobiles pueros omnes asportare maluerunt. Id uerò cùm calumniarentur quidā, qui retinere captiuos pueros uolebant (nam bonorum non hominum asportandorum beneficiū propositum esse) adeò delectatus est Cæsar hac uirtute fœminarum nobilium, ut non solùm illis puerorum, sed omnium etiam opum copiam fecerit ut secum auferrent.

Nobiliū matronarū uirtus.

Innocentio 2. succesſit 173. P. Cælestinus 2. Tuscus, an. 1143. sedit mens. 5.

Cælestino 2. succesſit Lucius 2. Bononiensis, P. 174. mens. 11.

Synodus hoc pontifice in Gallia congregatur contra Petrum Bailardum (qui & Abelardus quibusdam dicitur, & Baliardus) Anglum, philosophum Peripateticū Parisiensem. qui præter creatorem & creaturas aliud quid dam

dam ponebat, & præter Deum aliquid ponebat æternum: qui erroris conuictus, postea in deserto loco monachus cum quibusdã discipulis sanctissime uixit. Plat.

Post Lucium 2. factus est anno 1145. P. 175. Eugenius 3. Pisanus, sedit que annos octo, mens. 4. Hic à Romanis qui Senatores suos & consules confirmari uellent, pulsus, in Franciã profugit, & Gallorum præsidio in sedem papalem restitutus est.

Anno 1146. Tornacum sedes fit episcopalis, cùm antè per annos fere 600. sub episcopatu fuisset Nouiodunensi.

Anno 1147. Gilberti Porretani Pictonum episcopi hæresis damnatur.

Anno 1148. Cunradus imperator & Ludouicus iunior rex Gallus in Syria ad Damascum offensionem recipiunt, & rex in reditu penè captus est.

Anno 1149. Henricus Regis Ludouici frater ad Claramuallem monachus, Bellouacorũ episcopus consecratur.

Anno 1150. Ludouicus Gallorum rex simul religionis ergò in Hispaniam ad D. Iacobum proficiscitur, simul ut Alphõsum Galecorum regem inuiseret, cuius filiam, repudiata priore uxore Leonora, cõiugem superduxerat.

Eugenio tertio succesßit Anastasius quartus Romanus P. 176. ann. 1153. seditq; an. 1. men. 4.

Hic cùm tota ferme Europa fame laboraretur, & clàm & aperte pauperibus multas eleemosynas largiebatur.

Richardus de S. Victore Parisijs illustris habetur.

Anastasium secutus Adrianus quartus, Papa 177. ann. 1155. homo Anglus, Albanus antistes, antè ab Eugenio Cardinalis creatus, quòd Noruegiam ex gentilitate ad Romanam ecclesiam conuertisset. sedit ann. 4.

Vuilhelmus Siculus.

Ab hoc Corona imperij donatus est Fridericus Barbarossa, sed postea Vuilhelmi Siculi qui Neapolim tenebat, partes secutus est, & Longobardos sibi obnoxios fecit, fœdissima cõiuratione inita contra Imperium. Excommunicauit Fridericum, & teterrima bella in Italia conciuit. Scriptum reperitur, nõ diu antea cùm moreretur, dixisse eum, Non esse in terris aliud uitæ genus calamitosius Papatu: & sanguine parare pontificatum, non esse Petro succedere, sed Romulo potius, qui propter Monarchiam occidit fratrem. Testantur satis hæc uerba, pœnituisse eum cœptæ controuersiæ aduersus Cæsarem.

Adriani papæ morietis querela.

Post Adrianum ingens schisma exortum est. Cardinalium quidam Octauianum Romanum ciuem elegerunt, qui Victor dictus est. A quibusdã electus est Alexander tertius Senensis anno 1159. in ordine 178. Fridericus Barbarossa

baroſſa Octauianum ut uerum pontificem cõ plexus eſt, ſed interim tamen ſynodis coactis diſquirendum præcepit uter pontifex eſſet mã ſurus. Sed detrectãs autoritatem conciliorum Alexander, intra Galliam ſe continet, & excõ municat Fridericum. Tandem præſidio Italo rum potitus eſt papatu Alexander, & Romã redyt, quò tum & Fridericus uenit: ſed timo re perculſus Alexander Venetias profugit, ubi pax tandem ſancita eſt. & durauit Alexan dri papatus an. 21. menſ. 11. Sed de his in hiſto ria Friderici plura dicemus.

Fridericus primus, Barbaroſſa dictus, Cæſar Germanus 20.

ANno Chriſti 1152. Cæſar electus eſt Fri- Frideric
dericus primus huius nominis, cogno- Barba
mento Barbaroſſa. Imperio præfuit annos 37. roſſa.
ex inclyta Sueuorum domo progenitus Dux fuit, Cunradi Cæſaris ex fratre nepos, audacia, fortitudine, & iuſtitia clariſſimus princeps. Quantum ego conſyderare poſſum eius res geſtas, uidetur Fridericus, ut humaniſsimus Sueuus, æquo animo ferre nõ potuiſſe iniurias illas quibus à Romanis pontificibus afflictus eſt, & ex hac occaſione contigiſſe arbitror ut durius aduerſus eos egerit.

In initio ſui imperij Bauariam & Auſtriam in concordiam redegit, & Catulo Henrico Saxoniæ duci, Henrici generi Lotarij filio

lio Bauariam restituit. Henricum cognatum suum Comitem Austriacum creauit, & utrisq; Ducatus terminos discriminales posuit.

Austriæ Ducatus initium

Tunc primùm Austriæ Ducatus cœpit. Porrò Bauariam non diu tenuit Henricus Catulus: nam deseruit Fridericum in Italia, & in Germania nouas factiones cõcitauit aduersus eũ. Itaque propulsato postea Henrico per Fridericum, Bauariæ Ducatus donatus est Othoni de Vuitelspach. Atq; ex huius Othonis sanguine illi principes qui hodie Bauariã tenent, & Palatini Comites Rheni progeniti sunt. Electiniius Saxoniæ Principi ab Anhalt Bernhardo donauit. Profugus Henricus in Angliã cũ uxore & liberis abijt, sed tandẽ ubi reuersus est, transactio facta est, ut Hẽricus Catulus Brunsuicensem Ducatũ obtineret. Tũ uerò Philippus Coloniẽsis Episcopus armata ui Vuestphaliam ademit Saxonico Ducatui.

Bauariæ Duces et Palatini Comites.

Lubeca.

Fridericus Lubecam obsedit, & imperio subiugam reddidit. Coëgit & Danorum regem ad pacis conditiones petendas.

Mediolanum.

Mediolanenses rebelles erant, & nitebãtur reliquas Italiæ urbes sub suum imperium perducere. Nam ea consuetudo & libido dominãdi etiamnum durat apud Italos. Quamobrem profectus in Italiam Fridericus, pacauit tumultus omnes. Postea uerò pontifex Romanus solicitauit Mediolanẽses & urbes reliquas ad

coniura

coniurationem aduersus Fridericum, eúmque excommunicauit: qua de causa quartum iam profectus in Italiam, subegit atq; diuipuit Mediolanum: omnésque rationes ineundæ concordiæ inter se & pontificem tentauit: sed frustrà. Nan adduci non potuit Alexander tertius pontifex quò minus lacesseret humanissimũ principem: ideóque Romam petijt Fridericus, sed ad Venetos profugit Alexãder. Missus est tum à Friderico contra Venetos Otho filius eius: quo capto nauali prælio, pacis conditiones susceptæ sunt. Etenim uidebat Fridericus imperator quiescere nullo modo posse Romanos pontifices. Ad hæc expendebat quoque, præterquam quòd captus filius erat, quos euentus habuerãt Cæsares superiores. Itaque usus est Fridericus deiectione, & summa humilitate. Nã Venetias uenit, ac pro tẽpli foribus humi prostratus ante pontificem, pedibus calcari se per missit, qui clamari quoque præcepit: SVPER ASPIDEM ET BASILICVM AMBVLABIS. ac tũ demum eum absoluit. Fridericus contrà dixit; exhiberi à se eam humilitatem non Alexandro, sed Petro. Ad quæ respondit Alexander, Et mihi, & Petro. Cæterùm quid de hoc facto Põtificis censeri debeat, id ego sino lectorem iudicare. A' Pontificibus bella sine ulla legitima occasione cõcitata sũt. Contẽdit enim Alexander priuatæ suæ electionis

Friderici excõmunicatus à põtifice.

Friderici humilitas.

Psal. 90.

nis causa, neq; uel cõcilium, ueq; ullas conditiones alias unquã uoluit admittere: & præterhanc iniuriã, summa etiam libidine atq; superbia usus est in eminẽtissimã orbis Christianæ
1. Pet. 2. c potestatem, dum Cæsarem pedibus conculcat, quem Deus etiam honorandum præcepit.

Porrò hac transactione facta, consortem imperij gubernandi delegit Henricum filium suum anno 1186. ne sine rectore esset imperium dum ipse profectionem adornaret in Asiã. Cõstantiam Rogerij Siciliæ regis filiam uxorem desponsdit filio: qua occasione Siciliæ & Neapolitanum regnum ad imperium & ad Germanos redijt, & regẽ iuniorẽ Italiæ gubernandæ præfecit. Nõ multò post maximo apparatu & comitatu multorũ principum, in Asiã profectus est, Hierosolymitanæ urbis, quæ non diu
Fridericus 1. in Asiã pro fectus. antea amissa erat, recuperãdæ causa. Cepit in Cilicia multas potentissimas urbes, & Saracenos ac Turcas prostrauit. Sultanũ in tantũ sui nominis terrorem cõiecit, ut ipse à suis multarum ingentium ciuitatum mœnia solo iusserit æquari in Syria, cùm diffideret se eas retinere posse: & ipse in Aegyptum profugit. Nam & Angliæ & Franciæ reges iam in Asiã appulerant magno cũ exercitu. Sed quid sit? dum maximas copias collectas habẽt, Fortuna quæ nũquã perpetuo bona est, aduersari cœpit. Fridericus capta iã Armenia, caloris causa equo in

in rapidum amnem ingressus est, & strenuissimus heros in undis periit, anno 1189. Neque uerò mirum uideri debet perüisse hoc modo in amne Fridericum, nam testatur historiæ alias cuius quoq; sæpe ingredi aquas solitũ fuisse. In altera quadã expeditione ad Mediolanum, castra suã posuerãt Itali in ulteriore ripa Abduæ fluuij, qui Albi minor non est, & ludebant Fridericum Cæsarẽ, qui cũ suo exercitu ab hac parte fluminis erat, existimãtes amne interlabẽte impune se posse in Cæsarẽ iocari. Tũ uerò intrepidè commisit se flumini Cæsar, insitque equestres copias cõsequi. id uerò nunquam existimantes fore Itali: quia sine iusto ordine passim aut iacebant, aut uagabãtur temere, fugã cepere, ac à non magna equitum turma uicti sunt. Testatur hoc factũ insignis audaciæ principem fuisse Fridericum, præterea & qui facili de causa aquis se committere nõ sit ueritus. Frideriamne sæpe aquas se cõmisit.

Bohemiæ princeps à Friderico rex est creatus ob præcipuam & insignem eius fidem qua erga Cæsarem Fridericum ad Mediolanum usus erat. Bohemiæ princeps rex creatus.

Valdenses seu Pauperes de Lugduno circa hæc tempora errores suos seminant. Hi iuramentum negant, & omnes orãdi formulas, excepta oratione dominica, Pater noster, præterea omnes fere sanctiones Romanæ ecclesiæ ut inutiles & superstitiosas tollunt. Acn. Syl. in

in Bohem. capite trigesimoquinto.

Guilhelmus Aquitaniæ dux triplici catena cinctus Hierosolymã, Romã, & S. Iacobũ petens, initia dedit ordini Eremitarum. Vol. Veneti Chium occupant.

Gratianus Decretorũ cõpilator agnoscitur.

Anno 1163. Theobaldus Cantuariensis Archiepiscopus in Anglia, cui primo Innocẽtius 2. P. Ro. legati nati titulum cum pallio donauerat moritur, eiq; succedit Thomas Beletus qui anno pòst ecclesiastica iura defendẽs, à Rege in exilium actus, Senone in Gallia apud Alexandrum 3. P. Ro. de iniurijs conquestus, ad Pontiniacum cœnobiũ se cõtulit. Interea Rex Anglus Henricus 2. filium suum Henricum à Rogerio Eboracensi archiepiscopo, absente tũ Cantuariense, cuius id muneris fuerat, 17. cal. Iulij an. 1170. in regem coronandum curat: de qua iniuria Thomas Cantuariensis apud Alexandrum P. conquestus, ita eum mouit, ut is Eboracensi, & alijs qui istiusmodi coronationi interfuissent, sacrorum administratione interdixerit. Sed anno tandem septimo exilij sui Thomas Cantuariensis reconciliato (ut putabatur) rege in Angliã reuersus, 4. cal. Ianuarij coniuratorum gladijs in tẽplo confossus occiditur, an. 1171. ab Alexand. P. postea martyrum catalogo adscriptus. Rex per legatos apud Alexãdrum P. se de Cãtuariensis nece purgat, &

Hiber-

Hibernicam expeditionẽ, eiusq; insulæ dominium ex eiusdẽ pontificis authoritate sibi dari postulat. Alexandri pont. legati duo causam de Cantuariensis nece cogniturí in Angliã aduenium. Rex iureiurãdo factũ suum purgauit, in hoc tantùm se peccasse fassus, quòd ex sua in Cantuariensem simultate, aliis perpetrandi facinoris occasionẽ dedisset. ad quam culpã eluẽdã expiandamq; ducentos milites ad sacrum bellum in Syriã suis sumptibus se misurũ recepit, ac semet intra triẽniũ eius expeditionis sociũ cũ aliis principibus subsecuturũ. Quin & legẽ tulisse dicitur, qua perpetuò cautũ esse uoluit, neminem posterorũ regum in Anglia regiũ nomen insigniaq; deinceps gesturũ, nisi quẽ Romanus pontifex ritè iussisset designassetq;.

Anno 1165. Trium Magorũ corpora, quorum meminit Euangelista, à Mediolano Coloniam transferuntur. Sab. En. 9. lib. 5.

Auicenna & Auerrois philosophi & medici insignes clarent. Sabel.

Dalmatæ omnes sese Emmanueli imperatori orientis dedunt. Blon. 5.

Anno 1170. Sarracon Turcarum Rex Aegyptum occupat. Sab.

Saladinus Sarraconis filius maiorẽ Asiæ partem suo regno adjcit. Blon.

Vuilhelmitarum ordo, quos Eremitas uocant, per Ioannem Bonum Mantuanũ instauratur.

ratur. Sub. En. 9.

An. 1179. Emmanuele imperatore Græcorũ mortuo, Alexius eius filius rerũ potitur in Oriẽte, tutore illi dato Andronico Græco è regia progenie: cuius etiã consensu, Hagne Ludouici iunioris Regis Galli filia annos nodũ 8. nata, in Græciã accersitur, ut Alexio nubat admodũ etiã adolescẽti: uerùm libidine regnandi occæcatus tandẽ Andronicus, pulsis Latinis qui puero fauebant, Constãtinopolitanũ imperiũ usurpauit, in ordine imperatorũ Orientis 109. an. 2. necato in undis puero, dũ laxandi animi causa paruo nauigio huc illuc temere dilabitur. Et ne parum hoc esset, ut tyrannidem stabiliret, proceres omnes quorũ uirtutem suspectam habebat, breui interficit. duobus an. imperio præfuit.

Petrus Longobardus Parisiensis quatuor libros sententiarum edit, & Petrus Comestor scholasticam historiam conscribit. Volat.

An. 1180. Ludouicus Gallorum Rex uotiuæ causa D. Thomæ sepulchrum Cantuariæ inuisit, & à Rege Angliæ honorificè accipitur, in Galliam reuersus moritur. Io. Til.

Anno 1181. Lucius 3. Tuscus, Papa 179. sedit an. 4. sub quo bella in terra sanctã inualuerunt.

Terræmotus ingẽs in Asia aliquot insignes urbes, in Sicilia 15000. hominum delent.

Anno

Anno 1182. Iudæi mense Iunio coacti regno Franciæ excedere.

Christiani in Syria uincuntur, & Hierosolyma 6. cal. Octob anno 1187. à Saladino capitur, cui 89. annis a Christianis fuit possessa.

Lucio 3. Pontifici successit anno dom. 1186. Vrbanus 3. Mediolanensis, P. 180. qui post annum primum ac mensem decimum pontificatus dolore mortuus est ob Saladini successus.

Huic successit Gregorius 8. Beneuentanus, P. 181. sedit dies 57.

Gregorio 8. successit Clemens 3. Romanus, P. 182. sedit an. 3. Hic cleri mores correxit, Imperatori persuasit ut bellum contra Turcas susciperet. eum Tancredo ipse ob Siciliæ regnum armis desceptauit. Plat.

Clementem 3. secutus est Cœlestinus 3. P. 183. anno 1191. qui sedit an. 6. mens. 7. Ab hoc coronam imperij accepit Henricus Barbaroßæ filius.

Gladiatorum ordo in Liuonia circa hæc tempora oritur.

Humiliatorum ordo initium sumit. Sab. En. 9. lib. 5.

Antiochia à Turcis capitur, anno 1190.

Berna et Friburgum in Heluetijs ædificata. Monst.

Meinradus uir doctissimus Liuoniam ad Christi fidem perducit. S. Monst.

Syria populatur à Christianis. Blon.

Anno 1191. *Philippus Augustus Rex Gallus, & Ricardus I. Rex Anglus coniunctis copijs Ptolemaidem expugnant. Mox suborta inter se discordia, Philippus relicto Odone duce Burgundiæ copiarum suarũ præfecto, in Galliã redijt, Ricardus in Syria remansit, & Hierosolymitani regni permutatiõe Cypri regnũ Guidoni Lusignano uendidit, quod eousq; seruarũt eius posteri, quo ad illic imperare cœperunt Veneti: & hinc factum ut Hierosolymitani regni titulum Angliæ Reges aliquandiu gesserint. Porrò Ricardus domesticorũ suorũ in Anglia conspiratione, & Philippi Galloriũ Regis simultate, rẽ Syriacã deserere coactus, domum rediens in Germania à Leopoldo Austriæ duce intercipitur, & Henrico imperatori, in ueteris odij ad Ptolemaidis expugnationẽ inter se concepti uindictã traditus, frustra intercedente pro eo Cælestino P. Romano, in uincula conijcitur, unde non antè liberatur q̃ 140. milia marcarum persolueret. Ge. Li.*

Anno 1195. *Christiani dissentientibus inter se Regibus, Syriam maiori ex parte amittunt. Sab.*

Saraceni partem Hispaniæ subigunt. Blon. 6.

Cruciferorum ordo in Italia inchoatur, an. 1197. Volat.

Henr

Henricus sextus, Cæsar Germanus XXI.

ANno 1190. *post defunctum patrem Fridericum regnare cœpit Henricus sextus huius nominis, & regnauit annos decem. maxima in Apulia bella gessit, & totum regnum tandem subegit. In Germania aduersarios habuit, Colonien sem & Leodien sem Episcopos, præterea & Burgũdiones. In hoc tumultu Leodiensis Episcopus ferro confossus est: & hoc cæsu permoti alij quieuerũt ab incepto, & ultrò paruerunt. Fridericum filium adhuc puerum consensu electorum Cæsarem creauit. Electio sigillatis tabulis electorum principũ confirmata est. dictus est hic postea Fridericus secũdus. Porrò moriens iam Hẽricus tutelã pueri & imperij gubernationẽ commisit fratri suo Philippo, penes quem uiuente etiam Henrico summa imperij administrandi fuit.* Hẽricus sextus.

Cœlestinum tertium secutus est Papa Innocentius tertius Anagninus, ann. 1198. sedet an. 18. mens. 7. Is persecutus est Cæsarem Philippum, & dixisse fertur, aut se Philippo imperialem coronam adempturum, aut pontificalem insulam sibi ab illo detrahendam. Insignibus imperij donauit Othonem Saxonem, sed ne hæc quidem diuturna & firma amicitia fuit. nam non multò pòst Otho à pontifice excommunicatus est. Innocentius tertius Papa.

Philippus Barbaroſſæ filius, Cæſar Germanus XXII.

Philipp⁹ Cæſar.

ANno 1200. electus Imperator eſt Philippus Barbaroſſæ filius, Sueuiæ dux: & Cæſaris nomine Italiæ gubernator, regnauit annos nouem. Huius tempore maximæ ſeditiones in Germania exortæ ſunt. Nam defuncto Henrico, properè ex Italia maturato reditu ſuo, monuit Electores principes Philippus de facta electione in iuniore nepote ſuo Friderico Cæſare creato. Et ne quam mutationem pateretur imperium, aut ſibi committendam adminiſtrationem, aut creandum ſe Imperatorem, nō alium principē, aiebat. Id uerò ubi olfecit Innocentius pōtifex Roman⁹, ſolicitauit ſeriò Principes Electores, ut alius Imperator eligeretur, indicans apertè ſe Philippum ferre nolle. Erat enim infenſus illi propterea, q cū res Italiæ gubernaſſet, Papæ nō nihil fuerat aduerſatus: quo nomine ab Innocentio fuerat excommunicatus. Verùm abſolucrat Philippū legatus quidā, qui & hoc nomine pontifici pœnas dedit. Sed quid opus eſt uerbis? Pontifex exoſus erat uniuerſum genus Friderici, illud q; extirpare cogitabat. Proinde ab Electoribus deſignatus eſt Imperator

Barthol-das Dux Zerin-genſis.

Bartholdus Dux Zeringēſis, qui præterquam quòd opibus potentiſſimus erat, nullā ferè laudē meruit. Philippus in oppido Mulhauſen e-

rat,

rat, quò et multi prĩcipes, Bohemiæ, Saxoniæ, Bauariæ, & Sueuiæ cõfluxerãt, à quibus Cæsar creatus est. At uerò simul atque cognouit Zeringensis dux, potentia ac uiribus minorem se esse Philippo, ultro ad eum uenit, & ueluti domino suo se sponte dedidit, nolens imperatoriæ maiestatis appellationem in se recipere. Cæterùm põtifex Romanus nihilo magis ab instituto suo destitit, sed effecit ut à Coloniensi Episcopo, & comite Palatino Rheni, Brunsuicensis Princeps, profugi Henrici filius, Otho quartus huius nominis Cæsar crea- Otho.
retur. Hunc confirmauit & coronauit Innocentius, excommunicato Philippo. Itaque defecerunt ad Othonem non pauci principes, Bohemus, Comes Thuringiæ Hermãnus, Episcopus Argentinensis. Sed interim tamẽ fortunauit Deꝰ res Philippi, adeò ut imperiũ per totã uitam suam administârit. Primũ in Alsatiã profectus Argentoratum cepit, & Episcopum Argentinensem ad deditionem coëgit. Interea Fortunat
tẽporis Spirãq; usq; Otho peruenerat, sed et is deꝰ res le
inde à Philippo in Saxoniam retrofugatus est, gitimèuo
& subsequente iam Philippo in Thuringiam, catorũ.
conuenerant eò Bohemiæ rex, & Thuringiæ Comes, sed hi pugnam detrectantes Philippi imperio se subdiderunt. Posteæ & Coloniensi urbe obsessa, adegit ad deditionẽ Episcopum: qui etsi coronauerat iam antea Othonem, ta-

men & Philippũ Aquisgrani imperiali diademate donauit. Non multò pòst armatus Otho præsidio quorundam Episcoporum destituit Coloniensem Episcopum propter defectionem ad Philippum. tum uerò Coloniam reuersus Philippus, aliquot prælia cõmisit cum Othone, & uictoriam adeptus est. Cæterũ Otho in Angliam profugit. Tandem ubi iam uiderent principes infirmatas partes Othonis, & retineri imperium à Philippo, qui & alioqui familiarẽ se præbuit principibus (uxorẽ enim Irenen habebat Cæsaris Constantinopolitani filiam, ex qua filias quatuor susceperat, quarũ unam Bohemiæ regis filio, unam item Brabãtiæ principi in matrimonium tradiderat) cùm inquam uiderent hæc omnia principes, de trãsigenda controuersia consultarunt, missiq; ad pontificem summum legati sunt de concordia ineunda inter Papam et Philippum, præterea ut Otho quoq; in gratiam reciperetur. Itaque missis à pontifice in Germaniam Legatis, absolutus est ab excommunicatione Cæsar Philippus: trãsactio quoq; facta est, ut filiarũ una nuberet Othoni, quò tantò firmius initæ concordiæ & familiaritatis uinculum seruaretur inter utrunq;. Facta sunt hæc omnia.

Irenefilia Cæsaris Cõstãtinopolitani.

Porrò sancito iam hoc fœdere agebat Bãbergæ postea Philippꝰ, & die quodã cũ esset ei à medico uena incisa, & nihil iam mali suspicar

spicaretur optimus princeps, & solus in con- Philipp.
clavi non haberet plures secum, præter Cancel Cæsarab
larium et Dapiferum de VValpurg, ingressus Othone
est ad eum Otho de VVittelspach, cuius genus VVittel-
Fridericus primus celebre & clarum fecerat. spach ex
Is ubi Cæsarem sine præsidio solum esse uidet, insidijs in
ferro obruit inopinatum, & ingens uulnus terfecto.
collo Imperatoris infligit. Accurrit Dapifer,
opem laturus suo principi, sed latro impune ob
celeritatem elapsus est. Letale hoc uulnus Phi
lippo fuit. mortuus Bambergæ sepelitur: sed
postea à Friderico secundo humatum corpus
Spiram translatum est. Saxo quod monumen
tum tegit, inscriptum est, Philippus Bamber-
gensis. Neque uerò parricida Otho de VVittel Vltionis
spach, suo tandem merito supplicio caruit: nã exẽplũ.
& ipse non multò pòst trucidatus perijt.

De primis mendicantium Monachorum ordinibus institutis.

TEmporibus Philippi imperatoris S. Domini-
Franciscus Assisias sanctitate & eru cus.
ditione illustris, & S. Dominicus Hispanus Francis-
Calaguritanus doctrina & moribus illustris, scus.
mẽdicantium monachorum ordines institu-
unt, ille quidem minores dictos, hic uerò præ-
dicatores. Nam qui aut Canonici, aut mona
chi opulentiores erant, uj iam domini potentes
facti, contempto ministerio docendi in Eccle-

sia, cum Cæsaribus & principibus bella gerebant. Itaq; hi duo uiri tum prædicare cœperunt, & socios sibi asciuerunt homines modestos et pacatos, quales studiosi literarum erãt: atq; hoc rei initium fuit. Posteà horum exemplo plures ordines orti sunt, id quod plerunq; fieri solet quoties res nouæ incipiũt esse in admiratione. Sed ut nihil perpetuò firmũ, & in suo gradu stabile perdurat in humanis rebus, ita & monachorũ ordines cõplures hoc tẽpore suum statũ & doctrinas amittere uidemus.

Anno 1200. Innocentius pontifex Decretales suas edit, inter quas habetur q̃ papa principes corrigere debeat, & eum imperatorem esse, quem ipse coronarit. Idem confessionem auricularem confirmat. Pau. Phry.

Galli & Veneti Constantinopolim occupant, & Henricum Flandrum imperatorem 111. creãt, qui præfuit an. 1. Post quem Balduinus frater Henrici, 113. in Oriente imperat. an. 13.

Veneti anno 1201. Cretã occupant. Sab.

Almæ Trinitatis ordo inchoatur. Volat.

Almaricus Gallus theologus, imagines, altaria, & sanctorum inuocationes, idololatriã censet, transubstantiationem altaris negat, et præterea alios errores docens comburitur Parisijs. Ber. Lut.

Tartari Asiam uastant. Sa.

Syno

Synodus Lateranensis maxima 7. Archiepiscopis, 411. episcopis & 1300. prælatis recuperandæ Hierosolymæ gratia anno 1110. celebratur: in qua cùm nihil certi cõcludi posset, frustra discessum est. Aemil. lib. 6.

S. Elizabeth regina Vngariæ, & uxor Ducis Cattorum, sanctitate lucet. Sab. En. 9.

Pontifex ordinem Franciscanum approbat. Plat.

Ioannes de Pregma rex Hierosolymorum eligitur. Blond.

Carmelitarum familia monastica instauratur. Plat.

Otho quartus, Cæsar Germanus XXIII.

ANno Christi 1209. post defunctum Philippum, imperij celsitudo Othoni Brunsuicensi principi cessit, qui antea quoque in odium Philippi Cæsar creatus fuerat. regnauit post Philippi obitum annos quatuor. Porrò intra hos quatuor annos primùm Romã est profectus, et imperij coronam ab Innocentio accepit. In Italia regali planè et sumptuosissimo apparatu usus est, & ostendit grauitatem insignem in principes & ciuitates omnes, adeo ut supplices eum omnes reuererentur. Post coronationem urbes aliquot Imperiales a pontifice iam occupatas cepit, & hæc occasio fuit rumpendæ amicitiæ pontificiæ. Otho 4.

Proinde

Proinde anathemate notauit Othonẽ Innocentius, etiam cũ præsens adhuc esset in Italia, & ante reditum Othonis in Germaniam, legatos misit ad principes, ut Cæsarem alium, nimirum Fredericum secũdum Henrici sexti filium eligerent.

Superbum planè atq; crudele fuit, ad eum modum excõmunicari à pontificibus Cæsares, neq; excõmunicari tantùm, sed imperio deiici, ita ut nihil ferè honesti cogitare queas in his factis pontificum, præsertim si causas et rationes omnes expenderis. Hi omnes uno ordine excommunicati sunt, & fuerunt interim potentissimi & cordati Cæsares, qui magna & præclara negotia confecerunt:

Cæsares excõmunicati à põtificib.

Henricus quartus Francus.
Henricus quintus Francus.
Fridericus primus Sueuus.
Philippus Friderici primi filius.
Otho quartus Dux Brunsuicensis.
Fridericus secundus Henrici sexti filius.
Cunradus Friderici filius.

Anno 1212. reuersus Otho in Germaniã, quanquam cognosceret exasperatos in se principium animos, tamen comitiorum diem dixit Norimbergæ, & monuit principes, ne permitterent id iuris pontificibus Romanis, ut ipsi pro sua libidine imperio deiicerẽt Cæsares: nã imperiũ nõ ad Papam, sed ad Germanos principes

cipes pertinere. Pertraxit hac admonitione principes quosdam in suam sententiam, & inuasit Comitem Thuringiæ Hermannũ patrẽ Ludouici comitis, cui diua Elizabeth nupta erat. Nam ut gratificaretur Hermannus Comes pontifici, opposuit se imperatori ueluti pontificis diris & excõmunicatione homini condemnato. Sed ab omnibus postea principibus destitutꝰ est Otho, uno Marchiæ comite in Misnia excepto. Nam uenit iam hostis Othonis in Germaniã Fridericus iunior præterea adiente papa, Francorum rex in Othonem arma sumpserat. Cæterùm nuncio allato de aduentu Friderici, profectionem parauit aduersus eum Otho in Alsatiam usq;, & Brisacæ erat cum suo exercitu: uerùm destitutus omni præsidio suorũ, in Saxoniã profugere coactus est. Tum uerò reparato exercitu, & Angliæ regis ope adiutus in inferiorem Germaniam contendit contra Gallorum regem, à quo uictus est, & obyit postea anno 1218. Priuatus imperij titulis annos quinq; uixit. D. Elizabeth.

Pontifex anno 1212. Ioannem Angliæ regem in sacra prophanáque, nullius ordinis aut ætatis ratione habita, desæuientem, misso Pandulpho uiro clarissimo, graui denunciatione regni administratione submouet. quare territus Ioannes, quòd à suis episcopis, principibus, populariburq; destitueretur, inuitus ad

sanitatem

sanitatem redijt, Pōtificemq; agnouit, ac graui iureiurando sponsionem fecit, se pontificis arbitrio staturum, posterosq; Reges idem facturos, ut se deinceps Romani pontificis beneficiarios perpetuò agnoscerēt: unde & āno pōst secundo, nempe 1214. Nicolaus Tusculanus Cardinalis legatus missus, 3. Cal. Iulij interdictum quo antea Anglia per 6. annos, menses 3. ac dies 12. obstricta tenebatur, publica autoritate sustulit.

Fridericus secundus, Cæsar Germanus XXIIII.

Fridericus 2.

ANno Chrsti 1212. Fridericus huius nominis secundus, Barbarossæ filius, Neapolitanus, Siciliæ Rex, & Sueuiæ dux, Othone deiecto Cæsar delectus est. coronā imperij Aquisgrani accepit. Regnauit ānos triginta septem, interim tamen annos quinq; antequam moreretur, à papa Innocētio priuatus est imperio. Nemo satis miserari potest sortem huius laudatissimi Cæsaris, qui cùm multis et præclaris uirtutibus præditus esset, interim tamen maximas atq; grauissimas insectationes pontificum Romanorum sustinuit. Multarum linguarum peritissimus fuit, Græcæ, Latinæ et Germanicæ, & Saracenorum linguam nouit exacte. Ad hæc & bonarum artium disciplinas promouit, effecitq; ut Ptolemæi Almagestum ex Saracenico idiomate Latinitate donaretur,

retur, et ea occasione Astronomicæ disciplinæ, Astronomicæ disciplinæ quas multis iam annis nemo hominum in Europa tradiderat, in lucem reuocatæ sunt.

Primum bellum in Germania aduersus Fridericum Othonem quartum gessit ex consilio papæ, sed eo secundo idem a pontifice præmiu retulit, quod aliis Cæsaribus contigit ante sua tempora.

Secundu bellu in Brabantia gessit cõtra Brabantiæ Ducẽ, & partes Othonis, & Lotaringiam Germanico imperio iterum restituit.

Anno 1216. In Anglia regni optimates Ioannis regis tyrannidem pertæsi, contra eundem arma capiunt. Ludouicus Philippi Gallorum regis filius ab eisdem in spem regni uocatus, iureiurando obsidibusq; acceptis in Angliã trajicit. Rex suis omnibus inuisus, in monasterio Suineshed. 14. Cal. Nouem. ueneno sublatus est, monacho id illi propinante, quo & ipsemet, uti fertur, una cum rege periit. Principes neglecto Ludouico Henricum puerum Ioannis defuncti filium regem consalutant. Ludouicus post ligam altercationem cõuentione facta, acceptaq; pecunia, in Galliã se recipere cogitur. G.L.

Post Innocentium 3. electus est P. 185. an. 1216. Honorius 3. Romanus, qui sedem Bariensem tenuit an. 10. mens. 7.

Albianorum hæresis in Comitatu Tolosano crescit, qui Christi corpus in pane, ut in aliis

aliis rebus, esse censuerunt. Aemil. lib. 6.

Hos Albianos seu Albigesios, aut Albigenses S. Dominicus sua eruditione & authoritate domuit. Blond. lib. 7.

Clara uirgo suum ordinem auspicatur, qui minoritis subijcitur. Volat. 21.

Christiani Hierosolymam recipiunt.

Anno 1220. Fridericus ab Honorio 3. papa imperij coronam accepit. In Thuscia Comites duo occuparũt urbes quasdam quæ ad imperium pertinebant, quas cum cepisset Fridericus, expulsi comites profugerunt ad Honoriũ pontificem, à quo recepti sunt in defensionem, & præcepit Fridericus, ut eos in urbium ablatarum possessionem restitueret. Id uerò facere recusantem Fridericum excommunicauit papa Honorius, omni qua eum complexus antea erat amicitia, deleta.

Anno 1222. iterũ in Germaniam redijt Fridericus, & comitijs Herbipoli habitis, iuniorẽ filium suũ Henricũ imperij cõsortem fecit, & is Aquisgrani est coronatus. At uerò postea captus est is Henricus à Friderico patre, propter initum fœdus in Lõgobardia cum ciuitatibus aliquot aduersus patrẽ: et uiuẽte adhuc patre situ ac squalore carceris extinctus est Hẽricꝰ.

Henricus filiꝰ à Friderico captus.

Quanquam Hierosolyma urbs amissa iam erat, tamen possederunt interim Christiani alias magnas & potentes ciuitates in Syria: ue-

rum

rùm in dies magis ac magis crescente potentia Turcarũ, & retrolabente fortuna Christianorum, Romam uenit Ioannes, qui regis Hierosolymitani titulũ adhuc tenebat, ac opem ab Honorio papa petijt, impetrauitq; ut ab Honorio absolueretur Fridericꝰ anathemati obnoxius. Itaq; consenserunt ultrò Fridericus et Germaniæ Principes ad exercitum parandũ pro Hierosolymæ urbis liberatione, & rex Hierosolymitanus tradidit Iolem filiam suam in matrimoniũ Frederico Cæsari: unde id quoq; hodie est, quòd regni Hierosolymitani titulũ uendicant sibi Siciliæ reges. Proinde ingẽti exercitu instructo, Hierusalem petebat Cæsar cũ multis Germaniæ principibus, inter quos & Ludouicus Lantgrauius fuit, cui Elizabeth nupserat, & is in ea expeditione Brundusij obijt.

Ioannes Hierosolymorum rex.

Siciliæ reges cur regnũ Hierosolym. sibi uendicent.

Circa hæc tempora, nempe anno 1225. Dominicus uir doctus & bonus Prædicatorum ordinem instituit sub regula B. Augustini, ut & mendicantes Eremitæ & Carmelitæ fuere. Sunt enim in uniuersum quatuor tantùm probati ordines, utpote S. Basilij, Augustini, Benedicti, & Francisci: cæteri omnes sunt horum ueluti appendices. Volater. 21. Huius ordinis cœnobia fuisse 4143. suo tempore testatur Sab. En. 9, lib. 6.

Anno 1227. Gregorius nonus, Hernicus, Innocentij tertij nepos, Pontifex 186. fit, sedet

an.14. Hic decretales colligens, in librum retulit: & Franciscum Assisium Minoritam, ac Dominicum, & Antonium Vlyssiponensem, ac Elizabetam Pannoniæ regis filiam inter sanctos retulit. Plat.

Idem Gregor. celebrato Concilio cum suis Cardinalibus, Friderico imperium abrogat, & contra eundem Salue regina & c. instituit. Blond. lib. 7. Dec. 1.

Hoc tempore Hannibal quidam Romanus cum quibusdam sacerdotibus urbem seditione & hæresi perturbat, tanta quanta nunquam antea uisa sit. Cæterum diuina ultio tumultū compescuit. nam & Tiberis supra modum inundans multa damna mortalibus intulit, & tanta pestis laboratū est, ut uix decimus quisq; superfuerit.

Anno 1227. S. Ludouicus in Gallia rex existens illustris habetur.

Antonius discipulus S. Francisci claret.

Ioannes de Sacrobusto mathematicus Parisijs floret.

Accursius Florentinus iuris interpres doctissimus agnoscitur. Sab.

Iordanes Theologus Dominicanis silentium esse instituit. Volat.

Helias, Ioannes & Albertus armis inter se decertant pro successione S. Francisco in Abbatia. Volat. 21.

Vincent

Vincentius hiſtoricus prædicator inſignis habetur.

Petrus martyr concionator uehemens agnoſcitur. Sab.

Anno. 1228. profectus eſt Fridericus imperator Hieroſolymam belli gerendi cauſa: & negotium ita confecit, ut à Sultano non ſolum Hieroſolyma, ſed multæ aliæ urbes in uicinia ſitæ ultro ei ſint redditæ. Coronatus eſt Hieroſolymæ Fridericus anno 1229. Hieroſolymam & Ioppen urbes munitionibus firmari curauit aduerſus uim hoſtium: & pacis fœdera ſanciuit cum Sultano decennij ſpatio. Significauit hæc omnia per epiſtolam pontifici Romano, petiitq; excommunicationis abſolutionem: nam et ab hoc Gregorio Papa anathemate notatus erat, neſcio cuius iuris cauſa in regno Siciliæ. Sed parum erat pontifici denegare Cæſari abſolutionem, niſi & hos quoq; dolos ſiue iniurias potius faceret abſenti Friderico. Etenim contra eũ ciuitates Italiæ mouit, occupauitq; per uim urbes aliquas in hæreditario eius regno Neapolitano. Itaq; hac neceſſitate coactus eſt Fridericus redire in Siciliam, & hæreditariũ regnum ſuum ex periculi metu eripere. Quam autem ſumma uſus erat perfidia pontifex in abſentem Cæſarem, tamen tanta demiſſione abſolutionem poſtulauit, ut promitteret ſe à pontifice Siciliam in regni feudum acce-

pturum. Ad hæc & principes Germanos uocabat in Italiam, ut uel per eos controuersia inter se & pontificem transigeretur. Proinde liberauit Gregorius Cæsarem ab anathematis diris iterum anno 1230. relatis (ut Blondus scribit) 12000. unciis auri pœnæ loco.

Postea tertiùm uenit in Germaniam Fridericus, & bellum in Austria contra Hungaros gessit, & cœpit Viennam urbem: quæ ut esset & maneret imperialis ciuitas, datis literis id. uoluit ratum confirmari. Tum quoque filium suum Cunradum Viennæ Cæsarē elegit, moratuo iam in carcere Henrico filio.

Anno 1238. iterum redeunte in Italiam Friderico, Mediolanenses contra eum insurrexerunt, & aliæ pleræq; præpotentes ciuitates. Mediolanum grauissima clade affecit Fridericus. qua de causa ciuitates inito fœdere cū pontifice, conspirant cōtra Fridericum Cæsarem quē hoc nomine tertio excōmunicat papa Gregorius, & hæreticum proscribit, concitatis etiam ad arma cōtra eum Venetis. Fridericus edictis scriptis publicè quæstus est de illata iniuria, & interim supplex quoq; absolutionem petijt à pontifice. Erāt ex Cardinalium ordine multi, qui consilia papæ non probabant: & qui ad Concilium ad Lateranum à Pontifice indictū proficiscebantur Cardinales, à Friderico capti in carcerē coniecti sunt. Cæterum ubi precibus de

Friderico 2. tertiò excōmunicatus.

de impetrãda uenia nõ dabatur locus omnino apud Gregoriũ, neceſsitas cõpulit Fridericum ut ſe tueretur: & nõ carust ſua factione, quæ tum in Italia potentiſsima erat. Nã diuiſa tũ erat Italia in Guelphos & Gibelinos. Hi pro Cæſare, illi uerò pro pontifice ſentiebãt. Vtrũq; nomẽ ex Germanis ortũ, in Italiã tranſlatum erat. Nam Guelphorũ genus perpetua odia ex ercuerat aduerſus ſanguinẽ Fredericiunde & Guelphi dicti ſunt, ut perpetuò infenſi hoſtes Friderici. Porrò Friderici generis origo à Vuiblingis erat, unde appellati ſunt Guiblingini, id qd mutato nomine Gibelini dixerunt Itali. Guelphi. Gibelini.

Pontifex grauiſsima neceſsitate compulſus, crucem & indulgentias publicauit aduerſus Cæſarem Fridericum perinde ac manifeſtè impium, & prophanatorem religionis. Tulit id multo ægerrimè Fridericus: obſedit Romã: ſed re infecta deceſsit, ac Rauennam urbem cepit.

Anno 1240. Gregorij 9. Pontificis mortem eclipſis ſolis tanta præceſsit, quanta nunquam antea uiſa. In Gregorij locum ſufficitur Cœleſtinus 4. Mediolanenſis, ſenex admodum & ualetudinarius, qui 18. die moritur. Vacauit itaq; tum ſedes papalis uno & uiginti menſibus, quòd Cardinales à Friderico imperatore captiui tenerentur.

Anno 1243. Innocentius quartus, Genuenſis Pontifex electus ſedit annos 11. menſes 7.

Is apparatum Decretalium & Authenticæ compoſuit, & librum de iuriſdictione imperij: & autoritate pontificis cõtra Petrũ quendam cognomento Vineam, qui Imperij & aliarum rerum omnium arbitriũ Imperatoris tantùm adſcribebat, Apologeticum inſcriptum edidit.

P. Cardinalibus roſeũ galeriũ attribuit, utq; equo in urbe ueherentur conceſſit. Natalẽ Deĩ paræ uirginis octonis diebus eccleſiam celebrare inſiit. Is ſententias priorum pontificum contra imperatorem cõprobauit, habitoq; concilio Lugduni, abdicauit imperio Fridericum, uſus Gallorum præſidio: & per literas ſignificauit Electoribus principibus, ut alium Cæſarem deſignarent. Illi uerò dixerũt imperatorem Henricum Thuringiæ Lantgrauium. Is ante Vlmam urbem tormento bellico ictus periit.

Fridericus 2. abdicatur à papa imperio.

Ordo Cruciferorum confirmatur, an. 1243.

Ioan. Luc.

Fridericus nouã in Italia urbem condidit, quæ Victoria dicta eſt. Vbi argenti inopia laborabat, corio iuſſit numiſmatis formam parari, ut eſſet quo militibus ſtipendia ſolueren-tur: cæterum quum primùm argenti copia fieret, ſe id quod ex corio erat, uero & bono numiſmate commutaturum, id quod liberaliter etiã poſtea fecit. Iam uerò cùm nulla amplius ex Germania ſperare præſidia poſſet, præterea captus eſſet Encius filius eius, qui & periit in

Vrbs Victoria.

carc

carcere, uariè adflictus est, & contulitse in Apuliam, ubi & mortuus est, anno 1250. Sunt qui scribunt ueneno necatum esse. Scilicet quiescere non poterant sanctissimi patres, nisi prorsus optimum principem extinctū uidissent. Neapolitanum regnum hæredi filio suo Cunrado reliquit. Italia factionibus diuisa mansit postea semper. Pars enim in perio, pars pontifici adhæsit, donec Venetorum & Mediolanensium uires crescerent, & augeri cœpissent postea.

Anno 1250. Christiani principes & S. Ludouicus rex Galliæ in Syria ad Faramiam uincuntur à Soldano. Blond.

Alphonsi sphæra astrologis deseruiēs incipit ann. a natiuitate domini 1251. Io. Luc.

Alexander de Halis doctor theologus acutissimus claret.

Hugo Cardinalis Concordantias Bibliorum conscribit. Plat. in Innocentio 4.

Post Innocentium 4. electus est Papa 1289. Alexander quartus, Campanus, qui Petri sedem tenuit ann. 7. Is Claram uirginem Assinatem, Petrum martyrem, & Stanislaum Cracouiensem inter sanctos retulit. Mēdicantium ordinem literis celebrauit. Guilhelmū de sancto Amore monachos ex eleemosyna in otio uiuentes non saluari scribentem, hæreticum censuit. Plat.

Ordo Eremitarum S. Augustini confirmatur. an. 1256. Volat.

Henricus Cardinalis Hostiensis iuris peritus inclaruit, simul & Bartholemæus Brixianus, qui multa in Decretales edidit.

Cunradus quartus, Germanus Cæsar 25.

Cũradus

ANno 1150. regnauit Cunradus Friderici filius mortuo patre, sed ab Innocentio quarto excommunicatione notatus est. Lantgrauius Thuringiæ Henricus uicit eum apud Francofordiam, uiuente adhuc patre Friderico. Sunt qui scripsere post Henrici obitum gestũ hoc bellũ contra Cunradũ à Wuilhelmo Lantgrauio. At uerò ubi considerauit Cunradus se destitutum præsidio Germanorum Principum, contulit se in hæreditarium regnum Neopolitanum, ibique defunctus uita est. anno 1153.

Vinis Sueuiæ ducũ. Cunradinus.

Cunradus de quo modò diximus, uxorem habuit Bauarici sanguinis, ex qua filium susceperat Cunradinum, qui in hæreditario Ducatu suo Sueuiæ educabatur, & post obitum patris hæreditarium regnum suum Neapolitanum petere uolebat: Sed aduersus eum uocabat in regnum Neapolitanum pontifex Clemens Carolum Gallorum regis fratrem Cunradinus, ut qui Sueuiæ dux erat, magna præsidia et copias Germanorũ circũ se habebat, & princi

principio magnis victoriis usus est. At verò tandem per insidias Cũradinus Cunradi filius & Fridericus Austriæ dux capti sunt. Prætrea & sordidius quàm decebat, tractati, & contumelijs affecti sunt. Tandem concilio papæ cruentè carnifici amputandam præbuere. O insignem crudelitatem. Saxeus plane esset, qui quem non tantæ crudelitatis exemplũ commoueret, nimirum tam generosum regem, à tot Cæsaribus ortum, adeo sine ullo iure & ratione tam turpiter à Clemente papa è medio sublatum esse. Scripta etiam hodie extant, quæ tunc temporis edita sunt, in quibus queritur de iniuria optimus Princeps, & totam causam ordine commemorat longa narratione, ut dubium non sit meram tyrannidem ad versus Cũradinum exercuisse papam. Clementis papæ insignis crudelitas in Cũradinum.

VVilhelmus Cæsar Germanus 26.

ANno 1254. electus est Cæsar Vuilhelmus Holandiæ comes, principem ferunt probitate morum & uitæ innocẽtia insignem fuisse, sed à Frisijs cæsus est anno 1256.

Interregnum.

Mortuo hoc Vuilhelmo, sine certo Cæsare stetit imperium annos septemdecim, idq; non sine summo exitio Germanicæ nationis. Infortunium hoc natum est ex bellis ciuilibus quæ in imperio per pontifices Romanos sunt excitata

tata. Porrò dissidio propter electionem orto inter electores, à quibusdam electus est Cæsar Alphonsus Hispaniæ rex, propterea quòd sapientia non uulgari & præclaris uirtutibus præditus erat. Is ille est Alphonsus, qui Astronomicis artibus non solùm ipse est delectatus, sed etiam multis præclaris libellis de ea scriptis studium eius auxit, & emendauit. Cæterùm Alphonsus quanquam monitus à papa de recipienda imperij maiestate, tamen id constanter recusauit, propter incertã fidem & instabilem concordiam Romanorum pontificum cum imperatoribus. Pars altera electorũ designauit Cæsarem Ricardũ, regis Angliæ fratrem, eumq; Basileam usq; duxerunt, uerùm ab imperio receptus non est.

Alphonsus Hispaniæ rex mathematicus.

Anglici annales asserunt, Ricardo imperatori creato Aquisgrani Coloniensem Antistitem diadema imposuisse, & eius filium Edmundum, paulò ante hæc tempora mortuo Friderico, ab Innocentio quarto Pont. Romano in Manfredi filij spurij Friderici imperatoris, tyrannidis ultionem, ad Siciliæ regnum euocatum.

Anno 1258. in Anglia Pictones omnes, quorum tum ibi ingens erat numerus, cum cæteris alienis exterminantur. G. L.

Eodẽ anno Ricardus rex Angliæ in Galliam traijcit, & cũ Ludouico rege is cõditionibus

bus pacem facit, ut Gallus Normaniam cum Andegauensibus ac Cenomanis obtineret, & Anglo pro bellorum impensa millia aureorũ centum & quinquaginta, ac per singulos annos dena millia tributi nomine persolueret, Anglus Aquitaniam à Septentrione Caranto fluminc, & à meridie Pyreneo monte terminatam possideret.

Anno 1259. Optimates regni in Anglia contra Regem, quòd antiquatas leges nonnullas in pristinam formam (ut ipsi postulabãt) restituere nollet, ciuile bellum triẽnio excitãt: quod tandem confirmatis aliquot legibus antea latis compositum est.

Michaël 7. Palæologus 117. Imperator Orientalis, anno 1260. electus, rerum potitur annis 5. cùm Galli tenuissent ann. 58. Blond.

Post Alexandrum 4. succeßit 190. Papa Vrbanus quartus, Gallus. sedit ann. 6. Huius tempore Guelforum & Gibellinorum factiones de Italia certant. Pontifex cõtra Manfredum Friderici imperatoris spurium, & Cunradinum Germanos Siciliæ reges Italiam infestantes, Ludouicũ Galliæ Regem inuocat, qui illi Carolum Prouinciæ & Andegauiæ Comitem consobrinum & generum suum cũ exercitu auxilio mittit. Plat.

Veneti & Genuenses in Syria & sinu Adriatico terrestri & nauali prælio annis 10.

uario

uario euentu congrediuntur. Sab.

Albertus magnus Teutonicus ordinis Prædicatorũ, naturæ arcana scrutatur, & scripturam sacrã Coloniæ explicat, tanta modestia, ut Ratisponẽsem episcopatum oblatũ resfuerit, quẽ tumultu & armis gubernare interdũ opus erat, ut nunc etiam apud Germanos mos est, quorum pleriq; episcopi ense & milite res suas tutantur. Huius discipulus fuit Thomas Aquinas, qui relicta patria, insigniq; cognatione (originem enim è Comitibus Apuliæ ducebat) Coloniam pergens, tantum profecit, ut post aliquot annos apud Parisios primum in doctrina locum teneret.

Raimundus Lullius Philosophus, ac theologus floret.

Anno 1265. Vrbanum quartum secutus est Papa 191. Clemens quartus Narbonensis, cathedramq; papalem tenuit ann. 4. habuit hic duas filias ex uxore præmortua, quarũ alteram in monasterium collocatæ 39. libras turonensiũ paruorũ dedit: alteræ autẽ quæ marito suæ conditionis nupserat, CCC. libras turonenses dotis nomine numerari iussit, hac conditione, ne quid unquam amplius peteret. Nepotem quendam clericum habens, tribus iam præbendis cohonestatũ, duabus dimissis unicam quã uellet ex tribus retinere iussit, imitatores in hac re paucos relicturus. Is Carolum Gallum Ludo-

Ludouici regis generum Hierusalem & Siciliæ regem inungit Romæ in basilica Lateranensi, ea lege, ut quotannis feudi nomine ecclesiæ Romanæ 40. millia nummùm aureorum persolueret. Plat.

Alexãder Minorita suam Grammaticam uersibus componit. Sab.

Genuenses Cretam inuadunt. Sab.

Bandogabar Soldanus deuictis Tartaris & Saracenis Christianos in Syria persequitur. Blond.

Anno 1270. D. Ludouicus Galliæ rex moritur. succedit Philippus ann. 5.

Clemente 4. defuncto, ob dissensionem deligendo pontifice ortam, uacauit Papatus biennij spatio.

Anno 1271. Henricus 3. Angliæ rex moritur, filios relinquens Edouardum Vualiæ principem, & Edmundum Lancastriæ comitem: à quibus Rosæ Albæ, & Rosæ Rubeæ, quæ istorum familiæ insignia fuere apud posteros factionum nomina. Geor. Lil.

Post interregnum in papatu tandem creatus est P. 192. Gregorius decimus Placentinus in Edouardi Angli Vualiæ principis Syriacis castris agens. sedit annos 4. Is monuit in initio sui pontificatus Electores ut consentientibus uotis imperatorem iterum designarent, ne Imperij status prorsus collaberetur.

Circa

Circa hæc tẽpora Flagellantium hæresis in Italia orta, per Galliã & Germaniam uagatur, multa Romanæ ecclesiæ damnans, & in errores incidens grauissimos. Bern. Lutz.

Synodus Lugdunensis in præsentia Michaëlis Palæologi imperatoris Græcorum celebratur pro recuperanda Palæstina, & contra Græcos de processione Spiritus sancti, ibiq; Rudolpho Hasburgensi confirmatur imperiũ: de quo mox.

Rudolphus Cæsar Germanus 27.

ANno Christi 1273. electus est Rudolfus Comes Hasburgensis seu Habsburgius, & Alsatiæ Comes prouincialis. regnauit annos 19. Confirmatus est à Pontifice. conuenerant enim Cæsar & Pontifex Lausanæ, id quod uersiculi ueteres testantur.

Bis sexcẽti septuaginta tres q; stetere
Anni, Lausanæ dum Rex & Papa fuere.

Cæterùm in Italiam non est profectus Rudolfus, neq; coronam imperialem accepit. Solitus est Aesopi fabulam recitare de uulpe, quæ Leoni in spelunca ægrotanti dixerat, Ideo se terreri ab ingressu, quòd uestigia omnia ingredientium, nõ egredientium essent animalium. Ad eundem modum & se considerare, maiores suos ingressos quidem sæpe magnis copijs Italiam, sed male tractatos demum plerunq; dijsse

dusse. Interim tamen uicarium gubernatorem misit in Italiam, qui receptus est à potissima parte urbium Italicarum.

Restiterunt Rudolpho primùm Bohemi & Bauari. sed Bauariam cito subiugam reddi- Othacarus rex Bohemorum
dit. Othacarus rex Bohemorũ noluit parere, & præterea iam uacuam hæredibus Austriã, quæ Imperio tunc cesserat, contra ius fasq; occupabat. Missus est itaq; à Rudolfo Norimbergensis Burgrauius in Bohemiam, ut nunciaret regi ex imperatoris iussu, ut pareret, & Austria cederet. sed utrũq; recusauit Othacarus. Proinde post multas disceptationes super ea re habitas, duxit in Austriam armatas copias Rudolfus, eamq; occupauit: obsidione cinxit Viennam urbem, & ingenti prælio pugnatum est apud Nidesburgum. anno 1278. Othacarus in eo conflictu cæsus est. Ita demum redacta Austria est sub ditionẽ Rudolfi, & in ea ducem postea constituit Albertum filium suum, ut ea occasione iam porrò sit Austria beneficium seu feudum imperiale. Porrò ab hoc Alberto iam inde originem ducunt Austriaci principes, usque ad laudatissimum Cæsarem Carolum quintum: & regem Ferdinandum fratrem eius.

Albertus Austriæ dux.

Rudolfus Cæsar summa clementia ac humanitate usus est erga Vuenceslaum Othacari filium. reliquit enim illi Bohemiæ regnũ,

&

Vuēceslaus Bohemiæ rex inter dignos relatus.

& filiam ei in matrimonium dedit. Vuenceslaus hic in diuorum numerum relatus est, & sacris honoribus colitur. Rudolfus & Burgundiones domuit. In Alsatia primum seditiosas urbes, quæ conspirauerant in eum, ui cepit, & dignas de illis pœnas sumpsit. Interea urbes Haganoa, Colmaria, Tigurum & Berna fuerunt.

Anno 1286. Comitem Vuirtembergensem Ebrardum inuasit, & Stutgardium obsedit, tandem causa per Episcopum Mogumtinensem transacta est.

Anno 1290. Rudolfus celebria comitia habuit Erfurdiæ, & præsidio urbis Erfurdianæ diripuit & solo æquauit circiter sexaginta arces in Thuringia. Eo demum pacto turbatum & plenum seditionibus statum Germaniæ, diu certis imperatoribus caret, sub pacis leges redegit Rudolfus, & collapsum imperium fere erexit. Mortuus est anno Christi 1292. Vacat imperium ann. 1.

Anno 1276. Gregorio 10. succesit P. 193. Innocentius quintus, Burgundus, ex Dominicano pontifex electus, qui antea Petrus Tarantasiensis uocabatur, qui in epistolas Pauli & libros Sententiarum annotationes scripsit. sedet mens. 6.

Innocentio succesit Adrianus quintus Genuensis P. 194. sedet dies 40.

Adri

Adrianum secutus est P. 195. Ioannes 21. Hispanus Vlyssiponensis medicus. uir doctus, ut rerum agendarum inscius. Is mens. 8. noui ædificij ruina periit. Plat.

S. Bonauentura ordinem D. Francisci instaurat, libros sententiarum explicat. Plat.

Ioanne 21. mortuo, Papa 196. factus est Nicolaus tertius, Romanus, anno domini 1279. sedit an. 3. mens. 8. Moliebatur is duobus nepotibus suis duo Italiæ regna tradere, ut alter Hetruriæ, alter uerò Longobardorum rex esset. Videbat enim plus satis negotij fieri Rudolfo in Germania: putabatq; ea de causa in Italiam uenire eum non posse. Verùm quo minus succederent conatus Papæ, restiterunt Cæsarianæ urbes, & misit Rudolfus uicariũ gubernatorem in Italiam.

Post Nicolaum tertium factus est Papa 197. Martinus 4. Gallus, anno 1282. qui sedit an. 4. menses 2. Hic Romanis concessit ut duos Senatores ex nobilibus eligerent. Blondus.

Bellum cum Petro Arragonum rege Siciliam inuadente gessit.

Hoc tempore Siculi propter Gallorum libidinem & militarem insolentiam, suadente Ioãne quodam à Prochyta, coniurationem in Gallos ineunt, ut die sacro Paschæ cùm primùm uesperi cãpana audita foret, ubiq; Galli

nullo sexus discrimine habito cæderẽtur. Quæ in re adeò certè sæuitum est, ut etiam mulieres Gallico compressu prægnantes cæsæ dicantur. Hinc tritus ille sermo est, cùm quis multorum interitum exoptat, ut uesperas Siculas commemoret. Plat.

Martino quarto mortuo factus est Papa 198. Honorius quartus, anno 1286. sedit anno 1. Hic ordinem Eremitarum Parisijs nondum receptum probauit: Cærmelitis albũ assignauit amictum, cùm prius nigro uterentur. Plat. Sedes P P. uacat mens. 10.

Philippus Tudertus Florentinus mercator Ordinem seruorum B. Mariæ incipit, qui & confirmatur post reformationem Carmelitarum. Sab. En. 9. lib. 7. Io. Lu.

Post Honorium quartum factus est Papa 199. Nicolaus 4. Longoburdus, minorita an. 1288. sedit an. 4. mens. 1.

Vacat sedes annos duos, menses 3.

Circa hæc tempora florent Henricus de Gandauo, & Ioanes Scotus subtilis disputator & acer. Plat.

S. Rochus de Narbona insignis habetur. Plat.

Adolfus Cæsar Germanus XXVIII.

ANno Christi 1292. Adolfus (qui Ioanni Lucido est Astaulphus) Comes de Nassau,

sau, Cæsar eligitur. fuerat hic antea apud Rudolfium in magna existimatione, erat præterea eius frater Moguntinensis episcopus, & huius suffragio iuuabatur Adolfus ut imperium consequeretur. Regnauit annos sex, et per electores ab imperio depositus est: nam ad tolerãdos sumptus eminentiæ Cæsareæ non satis sufficiebant copiæ familiares, adhæc et magnis in rebus gerendis planè erat infortunatus. Memorabile bellũ quod gessit, id erat, quòd in Thuringiam duxit exercitum. Nam Alberto Lantgrauio Thuringiæ contentio erat cum filio suo Dietero, & Friderico, cui à morsa maxillæ cognomen erat. Et uendidit is Adolfo Cæsari prouinciale Comitatum Thuringiæ. Studebat is quoq; generis sui nobilitatẽ reddere illustriorẽ, & in Thuringiam profectus, magnis eam cladibus affecit. Obsedit Crutzbergium, Franckenstein, & Friburgum. Verũ à Friderico repulsus est. Porrò ob uarias & multas perturbationes quæ tum erant in imperio, compescendas, potentiori quodam capite opus erat in Germania. Ideoq; conuẽtu habito ab electoribus principibus Moguntiæ, deligitur Cæsar Albertus Austriæ dux, Rodulfi Cæsaris filius. Sed cùm retinere uellet imperium Adolfus armatis copijs contra eum profectus est dux Albertus, & infestis signis uterinq; pugnatum est prope VVormatiam. in

eo conflictu perijt Adolfus, anno 1268. id quod hi uersus testantur:

Anno milleno trecentis bis minus annis
In Iulio mense, rex Adolfus cadit ense.

Post Nicolaum quartum factus est P. 200. Cœlestinus 5. Eserniensis, anachoreta professione, anno domini 1294. Hic uir pius & simplex, successoris sui Bonifacij 8. fallacia post sextũ dignitatis mẽsem se pontificatu abdicat, & ad eremiticã uitam rediẽs, ex itinere à Bonifacio retractus, carceri includitur, ubi dolore animi ante tempus moritur, anno uno, mense quinto post initam pontificatum. Plat.

Circa hæc tẽpora Dantes Aligerius poẽta Beatricem Florentiæ uersibus celebrat. Vola.

Post Cœlestinũ 5. factus est Bonifacius 8. P. 201. anno 1294. sedit an. 8. mens. 9.

Ab hoc ferunt deceptum Cœlestinum uoce tanquam cœlitus missa per cannam ad eum facta, ut desereret pontificatum, & Bonifacium substitueret. Ingentia bella in Italia excitauit Bonifacius, excommunicauit Philippũ Pulchrũ Gallorum regem, & titulum regni Gallici donauit Alberto Cæsari, ut hac occasione tandem inter se conflictarẽtur Germani & Galli. Hic pontifex sextum librum Decretalium ordinauit. Apostolis & Euangelistis, & quatuor ecclesiæ doctoribus, Gregorio, Augustino, Hieronymo, Ambrosio duplicem celebrita

britatem statuit. Idem iubilæum annum post Mosaicum primus instituit anno 1300. & centesimo quoq; anno deinceps obseruari mandauit: & omnibus tum limina apostolorum uisitantibus plenam delictorum omnium remissionẽ concessit. Gibellinos pessimè oderat: unde notũ illud est quod Procheto dixit Genuensi archiepiscopo ad pedes eius die Cinerum procumbẽti. Nam cùm dici à sacerdote tũ soleat, Memento homo quia cinis es, & in cinerem reuertêris: dixit mutis quibusdã uerbis, Memento homo quia Gibellinus es, et cum Gibellinis in cinerem reuertêris, in eiusq; oculos cinerem coniecit, non in caput, ut mos est. Postremò iussu Philippi regis, opera Sarræ cuiusdam Colũnensis, adiuuantibus Gibellinis, captus est Anagniæ Bonifacius in domo paterna, & Romam perductus, ubi 35. die pòst dolore animi confectus periit: atque hinc est quod dicitur de eo: Intrauit ut uulpes, regnauit ut lupus, mortuus est ut canis.

Ordo Cœlestinorum confirmatur an. 1297.

Io. Lu.

Alborũ et Nigrorũ factiões in Italiæ ortæ.

Albertus primus Cæsar Germanus XXIX.

ANn. 1299. cœpit regnare Albertus Austriæ Dux, Cæsaris Rudolfi filius, imperauit annos 10. bello superauit Adolfum Cæsarem. Albertus Cæsar Austriæ

rem. Primùm Bonifacius papa ratum habere voluit Imperium Alberti, postea ultro confirmauit, in odium Gallorum regis: & donatiũ Albertum titulo regni Gallici, extimulauit eum contra Franciæ regem: uerùm rex Gallorum tradita filia in matrimonium filio Alberti, placauit eum, ne quid hostiliter aduersus eum tentaret. In Bohemiam expeditionem adornauit, & filium suum Boheniæ regem constituit. Bauaros & Moguntinos hostilia fœdera ineuntes contra se, it.a domuit, ut parerẽt imperio.

Vltionis exemplũ.

Tandem à fratris filio & comitibus quibusdam Austriæ trucidatus est. Fortè id ita uoluit Deus, ne cædes in Adolfum Cæsarem commiss.a, foret impunita. Quanquam enim is erat nõ paris potẽtiæ, tamẽ interim ut dominum suũ cõstitutũ à Deo, uenerari debuisset. Parricidæ & suas quoque pœnas dedere. Deus enim cædes & latrocinia inulta non sinit.

Post Bonifacium octauum factus est Papa 102. Benedictus 11. Italus, ordinis Praedicatorum, anno 1304. sedit ann. 8. Vacat sedes annum 1. mensem unum.

De Turcis.

TEmporibus Alberti Austriaci, anno à Christo nato 1300. genus Ottomanni (qui filius erat Zichi cuiusdam tenui conditione hominis) apud Turcas potentia & æstimatione

mationeexcrescere cepit: ex cuius sanguine illi Turcici reges qui hodie imperant, originem ducunt. Regnauit annos 18. defunctúsque est salutis nostræ anno 1328. sub Benedicto undecimo.

Translatio sedis pontificiæ à Romanis in Galliam.

Benedicto undecimo mortuo, declaratus est Papa Clemẽs quintus, genere Gallus, Vasco, Burdegalensis episcopus, anno 1305. qui sedit ann. 8. mens. 10. Egit hic in Gallia apud Lugdunenses, & absoluit ab excommunicatione regnum Gallorũ. Porrò iam inde ab hoc tempore, hoc est anno 1305. translata erat pontificia sedes ab urbe Romana Auenionem Galliæ urbem, ubi successores manserũt annos 71.

Interea pontifex tres Cardinales Romam misit, qui urbẽ & Italiam gubernarent. Aemil. Plat.

Porrò silentio inuoluendum non est, coronationem huius põtificis multo celeberrimam, addẽ & funestam etiam quibusdã fuisse. Illi siquidem interfuere, Philippus Rex Franciæ cognomine Pulcherneius frater Carolus nuper ex Italia reuersus: Ioannes Britanniæ dux, qui ruina muri oppressus moritur cum plerisque alijs, dum pompa coronationis (ut fit) per urbẽ ducitur. Philippus quoque ex ea ruina aliqua ex parte debilitatus est. Pontifex autem in tã-

ta trepidatione ex equo deturbatus, solũ Carabũculum ex tiara amisit, pretij aureorum sex millium. Plat.

Tẽporib⁹ his Fratricelli fuerunt, qui plane Anabaptistarum more, qui nostra hac ætate in incertum uagantur, senserunt, promiscuos docentes concubitus, nihil proprij habendum, non esse administrãdas respublicas Christianis, & similes phanaticas opiniones habuere.

Pontifex patrum decreto Templariorum ordinem destruit, quòd ad Saracenos defecisse diceretur: eorumq; bona Rhodijs militibus cõcessit. Plat. Vola.

Idem Clementinas constitutiones cõgessit.

Circa hæc tẽpora, nempe anno 1309. Rhodos insula, Turcis expulsis, à Christianis ducibus expugnatur. Greg. Li.

Viẽnense cõcilium universale celebratur 400. episcopis anno 1311. in quo multa cõtra Indecorum insolentiam ordinantur, & festum corporis Christi confirmatur. Plat.

Post Clementem 5. factus est papa 204. Ioannes 22. anno domini 1317. qui ecclesiam Auenione gubernat annis 18. Is Clementinarum editionem confirmat, Grandimontensem ordinem instaurat. Milites Iesu Christi instituit in Lusitania: qui Saracenis resisterent Beticã & Aphricam incolentibus. Habito præterea

conu-

conuentu hæreticos eos iudicat, qui dicũt Christum & eius discipulos in hac terra nihil proprij possedisse, de eademq; re disputari in Academijs prohibuit. Ludouicũ Caroli Regis Siciliæ filium præsulem Tolosanũ, & duos Thomas, alterum episcopum Herfordẽsem, alterũ Aquinatẽ Dominicanũ, iter sanctos adscribit.

Hoc põtifice an. 1321. Iudæi per conductos leprosos fontes in Germania intoxicant. Sebast. Franck.

Nicolaus de lyra, ex Iudæo Minorita factus, uniuersam scripturam commentarijs illustrat. Vola.

Henricus VII. Lucelburgensis dictus, Cæsar Germanus XXX.

ANno Christi 1309. Imperator electus est Henricus princeps Lucelburgensis, qui regnauit annos sex. Etenim interea dum in Gallia pontifex erat, ambiuit imperij dignitatem rex Gallorum, & cõsensu pontificis sui se uoti cõpotem fore sperabat: sed ne inter pontificem quidem & Gallũ cõcordia diu stabilis erat proinde monuit papa Electores principes, qui iam multo tẽpore de electione disserẽrãt, ut maturarent concordibus uotis Lucelburgẽsem principem imperatorem designare, qui tũ ob sapientiam cum summa grauitate coniunctam clarissimus habebatur princeps. Electũ Henric. 7.

statim confirmauit pontifex: itaque votis & studio suo frustratus est Gallus in transferenda ad se imperij Romani dignitate.

Primùm spoliauit Henricꝰ Comitẽ VVirtẽbergensem omnibus fortunis, quòd rebellis erat Imperio. Ioãni filio suo regis Bohemiæ filiam uxorem dedit: estque hac occasione Ioannes Lucelburgẽsis princeps, Caroli Quarti pater rex Bohemiæ factus. Postea cum ingẽtibus copijs in Italiam descendit, & tãtam sui formidinem incussit Italiæ, quantam iam multo tempore antea nullus Imperator alius. Vrbes quædam nõ nisi ui coactæ, dedere se noluerũt, utpote Cremona & Brixia: reliquæ ultrò parerunt. Romæ imperator coronatus est. Florentiam grauissima obsidione premebat, quo tempore, (ut scriptum reperitur) monachus quidam prædicatorij ordinis suborn atus à Florentinis, perdidit Henricũ ueneno, quod Eucharistiæ illitum dederat ei. Quin & põtifex ipse suis armis instructus minabatur Henrico excommunicationis telo, ubi augeri æstimationem eius in Italia sensit.

Hẽricus 7. ueneno necatꝰ à monacho prædicatore.

Ludouicus Bauarus XXXI. Cæsar Germanus.

ANuo Christi 1314. cõuenerant Francofordiæ Electores principes, Mogũtinẽsis, Treuerensis & Colonien sis Episcopi, Ioãnes Bohemiæ rex, Rudolfus Comes Palatinus Rheni,

Rheni, Rudolfus Saxoniæ Dux, Volcmarus Marchio Brandemburgensis. In die Luciæ à Moguntino & Treuerensi Episcopis & Bohemiæ rege & Marchione Brandemburgensi electus est Ludouicus Bauarus. Et contra hũc delegerũt Fridericum Austriacum Coloniẽsis Episcopus, Palatinus, & Saxoniæ Dux. Ludouicus Aquisgrani coronatus est. Fridericus Bonnæ imperij insignia accepit. Controuersiæ hæc in eligẽdo, ingentis ciuilis belli occasionem peperit in Germania. Austriæ dux fautores habuit pontificem, Franciæ & Hungariæ reges, Suenos, Palatinum, Argentinenses, & alias multas urbes. Ludouicum autem, qui uiribus infirmior erat, & destitutus humano præsidio, fortunauit Deus. Imperauit annos 33.

Anno 1323. collatis signis pugnatum est inter eos ad Necharem fluuium, & utrinque multi occubuerunt in prælio.

Circa hæc tempora, nempe anno domini 1328. Ottomannus moriens Orchani filio regnum per manus tradit, Imperatori Turcarũ fecũdo, sub quo dissidio Græcorum, Cantacuzeno & Palæologis contendentibus, adeò res Ottomannica creuit, ut Prusiam Græcis adeo merit: in cuius expugnatione uulnere accepto Orchanes post 22. annum regni moriens, Amurathi filio uictoriam fruendam reliquit, temporibus Clementis 6. pont. max.

Anno

Anno 1325. pridie Michaëlis, ingenti conflictu congressus est Ludouicus Cæsar cum Friderico. Fridericum iuuabat frater eius Lupoldus, cõiunctis Sueuis & Heluetijs, & magna quoque parte Hungarorum, Ludouicum secutus erat Bohemiæ rex, & Norimbergici castri comes, & Principes plerique alij. Iam uero ciũ cunctaretur Lupoldus, quòd traijcere amnem non posset, cæsus est à Ludouico exercitus Austriacus, & captus est Fridericus à Francone quodam, cui Ebrardo Mosbachio nomẽ erat, qui perduxit eum ad Burggrauium Norimbergensem, à quo ad Ludouicum missus est.

Lupoldꝰ.

Fridericus captꝰ ab Ebrardo Mosbachio.

At uerò ubi uidit Lupoldus opem ferre se non posse fratri, tanta animi indignatione ac furore percitus est, ut seipsum penè interfecturus fuerit, nisi sui cohibuissẽt eum, qui & consuluerunt quoque ut recederet, neque sua sponte conijceret se in periculũ. Postea uerò nequicquam multa tentauit Lupoldus & apud Pontificẽ, & Francorum regem, ut ui eriperet Friderico fratrẽ. nã Gallus alieno negotio non admodum mouebatur. Fridericus trium annorũ spatio captus fuit in arce quadam apud Baiuaros. tandem transacta controuersia, dimissus est hac lege, ut imperio cederet: quod cum ultro recepisset, restitutus est à Ludouico in Austriam. Itaque usus est summa humanitate atque clementia Ludouicus in hoste suo, interim

interim tamen non quiescente Lupoldo à motibus excitandis, etiam post liberatum Friderícum.

Postea censuris pontificijs animaduertit in Cæsarem Ludouicum Ioannes 22. quòd ante coronationem imperiali autoritate et imperio usus fuerat in Italia. Occasio ingentis schismatis inde orta est apud Germanos, idq; duravit circiter uiginti quatuor annos. Interea magnæ passim seditiones in imperio & urbibus sunt natæ, & pars altera alios per coniurationem pellere & opprimere conabatur. Et quanquã non semel petüßet absolutionem à põtifice Ludouicus, tamen nullis eam precibus potuit impetrare, ut & Benedictus papa post Ioannẽ, & alij multi & honesti uiri reiecerint actæ papæ. Et extãt etiamnum cõtrouersiæ scriptæ inter põtificem & Cæsarẽ, in quibus glioriari ueritus non est Ioãnes papa, penes se summam autoritatem & ius eße creandi & deponendi nõ solùm reges, sed imperatores omnes pro suæ uoluntate. Aestimari ex his potest facilè, non graui admodum de causa papã exercuiße tãta odia aduersus Imperatorem. Non deerant quoque sub idem hoc tempus homines eruditi, qui scripta pontificis palàm insectarẽtur. inter hos Occam fuit. Principes Germani omnes tã Ecclesiastici, quàm equestris ordinis, Imperatori adhæsérũt, tandem compulsi quidam sunt

Lodouicus excõmunicatus.

Schismæ Germanicum.

ad

ad defectionem, atque adeò etiam ad electionẽ alterius Cæsaris per pontificem.

In Italia maximas factiones habuit Ludouicus Galeatius Mediolanẽsis, & Senatus Romanus expetijt aduentum Ludouici in Italiã. Itaque profectus est comitãte Regina, quæ & peperit Romæ filium, qui dictus est Ludouicus Romanus: et factus postea ab Imperatore Marchio Brandenburgensis, Mediolani ab Episcopo, Romæ à Cardinali de Columna coronatus est. Constituit quoque Romæ pontificem Petrũ Corbarien sem, qui non multò post Aucnionem pertractus est uinctus ad Ioannem 22. à quo in carcerem est coniectus, in quo perijt.

Galeati⁹ Mediolanensis.

Ludouic⁹ Romanus.

Porrò dum hæc omnia geruntur, nullis obtestationib⁹ assequi potuit Ludouicus, ut anathemate liberaretur à pontifice: uerũ enimuero id tãdem indefessis conatibus suis effecit papa, ut in Lucelburgo conuentu habito, Moguntinus, Treuirẽsis, & Colonẽsis Episcopi & Bohæmiæ rex una cum Saxoniæ duce aliũ imperatorem designarent. Electus est Carolus 4. Morauiæ Comes prouincialis, filius Bohemiæ regis. Is à Clemente 6. pontifice tum confirmatus est. Cæterùm dum Aquisgranum & Colonia urbes eum Cæsarem agnoscere nolũt, Bonnæ imperij insignibus est exornatus.

Contigit sub hoc tempus Romæ insignis cuiusdam stultitiæ exemplum. Nicolaus quidã

Nicolaus August⁹.

scriba

scriba urbis Romæ ea erat potentia & autoritate, ut penes eũ totius urbis imperium esse diceres: nam aberant tum adhuc quoque pontifices in Galliam translati. Appellauit hic Nicolaus se Tribunum Augustum, & publicis scriptis editis est testatus, Romam adhuc uerũ caput esse imperij, & ideo ex authoritate urbis Romæ penes se summã potestatẽ esse tradendi causs Imperij. Et pro ea autoritate uocauit Ludouicum & Carolum, ut coram se in iudicio compareret, & causam suam ipsius arbitrio committeret. Similem stultitiam eius generis exercuit sæpe in urbes, & reges quoq; alios, ad biennij spatium: tandem à pontificia factione pulsus miser hic Augustus, profugit ad Carolum quartum. Carolus uerò hominẽ temerarium Auentionem misit ad pontificem, à quo captus in carcere seruatus est.

Anno Christi 1347. obijt Ludouicus Bauarus. Tum uerò cum ingentibus copijs ex Bohemia Ratisbonam uenit Carolus, ubi imperator agnitus est. Indè & à Norimbergẽsibus receptus est. Prætexuit enim Carolus clemẽtẽ sibi a pontifice absolutionem contigisse, pro expiandis grauibus peccatis illis, quibus dum Ludouico adhæsissent, redditi essent obnoxij. Basileæ cùm Consuli committeretur ut urbis nomine absolutionẽ peteret, respõdit: Arbitrari se nihil eos criminis admisisse quòd Ludouicũ habuissent

habuissent Cæsarem, neque etiam existimare se Ludouicum hæreticum fuisse: interim tamen si à delictis absolui possent, id se non ægre laturum. Itaque absoluti sunt.

Anno 1348. defuncto iam Ludouico, maior etiam discordia orta est, Moguntinus, Patalinus, Brandenburgensis, & Saxoniæ dux, filius illius cuius suffragio Carol⁹ creat⁹ erat Imperator, conuenerunt, & reiecta Caroli electione, asciuerunt ad suscipiendam maiestatē imperij Eduardum Angliæ regem: sed ille ut rem molestiarum plenam suscipere recusabat. Inde delegerūt Fridericum Missiæ Comitem prouincialem: cæterùm & hic cōtempsit Imperij titulos. noluit enim in exitiū hæreditariæ terræ suæ cum Bohemis uicinis belligerari.

Güther⁹ Comes Schuuartzēburgēsis, electus Cæsar.

Anno 1350. Francofordiæ Cæsar electus est, non omnium tamen Electorum consensu, Güntherus Comes Schuuartzemburgicus. recepit is gubernacula imperij: et instructus omnibus præsidijs ad retinēdum imperium, satis munitus erat aduersus uim Caroli, qui tunc Moguntiæ agebat. Cæterùm paucis post diebus Güntherus ueneno necatus perijt Francofordiæ. Statim itaque imperio solus Carolus potitus, Froncofordiam uenit, & pro Cæsare receptus est.

Benedict⁹ 11. papa.

Post Ioannem 11. factus est P. 205. Benedictus 12. an. 1335. Is nunquam Ioannis actio-

nem

nem contra Ludouicum cõprobauerat, & pontifex factus ultro eum absoluisset, nisi commonitionibus suis Franciæ & Neapolis reges cũ id facere prohibuissent. Porrò cum inter dicendum commemorarent regij legati Ludouicum multa nefanda contra pontificem machinatũ, respondit Benedictus: Imò nos fecimus contra eum. Vixit in Papatu ad breue tempus, idcirco causæ omnes infectæ hæsere. Anno enim 7. pontificatus sui, mens. 3. obijt, multã auri uim non cognatis & affinibus, sed ecclesiæ relinquens.

Franciscus Petrarcha an. domini 1338. ab Vrso Anguillariæ Comite corona poëtica in Capitolio donatur adstante populo omni, Romanaq; nobilitate.

Post Benedictum 12. factus est Papa Clemens sextus. Lemouicensis, in ordine 206. ann. domini 1342. sedit ann. 10. menses 6. Is renouauit illatæ excommunicationis tela contra Ludouicum, & acerrime eum persecutus est, tametsi interim de pacis conditionibus tractare tur in Viennensi concilio apud Gallos, & supplicem se declararet Cæsar Ludouicus. Emit hic Clemens Auenionem Franciæ, atq; ita urbs hæc iuris pontificij facta est.

Auenio urbs pontificia.

Porrò hisce temporibus in Germania & Gallia simul multæ turbæ hominum oberrarunt passim qui seipsos uirgis cõcidebant. Multi eorum Spiram uenerunt in ipsis comitiorum

Flagellatorum secta.

diebus, magnam religionis speciem præ se ferẽtes. Sanctimoniæ nomine à ciuibus ad prædiæ sunt inuitati. Erroris fucus ut nihil differebat ab Anabaptistarũ opinione religiosa, ita secta non minus pernicioſa erat illis tẽporibus. Tandem uerò damnata est.

Papa annum Iubileum à cẽtesimo in quinquagesimum redaxit, celebrauitq; ipse primus Romæ anno 1350. Plat. Sab.

Iuo presbyter in Britannia bona sua pauperibus diuidens, sanctorum catalogo inscribitur. Sab.

Bartolus de Saxo ferrato leges summa diligentia interpretatur. Mat. Pal.

Ioãnes Bocatius insignis hæbetur. Mat. Pal.

Adamitæ hæretici in Bohemia oriuntur, qui nudi (ut dicitur) cum fœminis cõueniebãt. Bern. Lutz.

Anno 1347. Caletum 3. Non. Augu. 11. obsidionis mense à Gallis Edouardo tertio regi Angliæ deditur. Ciues incolumes dimissi, nobilibus aliquot ad pœnã reseruatis, quibus regina grauida ueniam uitamq; impetrauit. Geo. Li.

Clementem sequutus est P. Innocentius 6. huius tẽporibus Carolus 4. coronat⁹ est Romæ.

Carolus quartus, Cæsar Germanus 32.

Carol. 4. ANno Christi 1347. post obitum Gunthe
ri Schuuartzenburgensis, imperare cœ-
pit Caro

pit Carolus huius nominis quartus, Lucelburgensis sanguinis princeps, Iohannis Bohemorũ regis filius. Erat enim is Henrici Lucelbergensis filius. Porrò ab hoc anno 1347. regnauit Carolus annos 32.

Anno 1350. Ordo militum D. Georgij siue Garteriorum, qui periscelidum insigne ferrẽt, in Anglia instituitur.

Ioannes Vuiclefius in Anglia suam hæresim disseminat.

Armacan quidam homo eruditus contra Franciscanos docet turpe esse Christianis sua sponte mendicos esse. Volat. 21. in ord. Franc.

Anno 1352. Carolus in Italiam descendit, & humanissimè ab urbibus exceptus est. Roma totus Senatus & optimi quique obuiam procedentes, eius aduentum religiose excepere. Illæ uerò ut uicissim suam humanitatem Romanis testaretur, equo descendit, & pedes deditionem urbis recepit. Postea ab Hostiensi Cardinale coronatus est. Ciuitates pontificij iuris in Italia, sed interim rebelles, subegit in pontificis gratiam, ut amplius non reluctarentur. Alia quæ in hac expeditione fecerit, non reperio.

Anno 1360. Carolus Ebrardum Vuirtenbergensem Comitem ingẽti exercitu oppressit atque depopulatus est, tandem autem per Augustanum, Argentinensem & Spirensem Epi-

ſcopos controuerſia compoſita eſt.

Baldus iuris conſultiſſimus Peruſij illuſtris habetur. Plat.

Maximus Planudes monachus agnoſcitur. Volater.

Bononia in poteſtatem pontificis uenit. Sabell.

His temporibus, nempe ann. 1362. moritur Innocentius 6. eiq; ſuccedit Vrbanus 5. in ordine 208. anno domini 1363. qui ſedit an. 8. menſ. 4. Hic Apoſtolorum capita quæ nullo in honore erant, diu quæſita ex terris eruit, & opere ruit argento. Idem grauia bella in Italia geſſit cũ principibus ab anteceſſoribus ſuis prius contra imperatorem conſtitutis. Plat. Sab.

Hoc pontifice ann. 1367. Ordo monaſticus Ieſuatorum à Ioanne Colũbano & Franciſco Vincentio Senonẽſibus inchoatur. Volat. Sab.

Brigida deuotiſſima mulier Suetia princeps cum quatuor filijs & totidem filiabus in eccleſia lucet. ea ſub finem uitæ Vrbani 5. noti cauſa Romam uenit, & ordinem ſuum auſpicatur, in quo uiri & mulieres cohabitarunt, muro tantùm diſtincti. Volat. lib. 21.

Catharina Senenſis ſanctitate illuſtris è monachis prædicatorum colitur. Volat.

Anno 1366. iterum in Italiam perrexit Carolus in qua urbes quaſdam tumultuum cupidas compeſcuit, & ſubegit. Carolus

Carolus Vlmam obsedit, sed quæ de causa, id nusquã reperio scriptũ. Etenim imperiti historicæ proprietatis Germani nostri, circũstantias & causas rerũ gestarum non attenderũt.

Magnam laudem meruit Carolus ob auream bullam conditam, in qua multa quæ ad publicam pacem seruãdam pertinent, commode complexus est. Rerum Bohemicarum in primis studiosus fuit, gymnasium publicum Pragæ instituit. Sunt qui imprõbant, iura in Arelatẽsi regno tradita ab eo esse Gallorum regi. Aurea bulla. Pragense gymnasium.

Anno 1370. Carolus filium suum Vuenceslaum Cæsarem creari fecit. Alteri suo filio Sigismundo Comitatũ Marchiæ Brandenburgẽsis, quẽ emerat à Ludouico Romano, donauit.

Circa hæc tempora, nempe anno 1371. post Vrbanum 5. creatur summus P. 209. in ordine Gregorius 11. Lemouicensis, qui sedit ann. 7. mens. 5. qui maiore iã Italiæ parte amissa, sedẽ ex Gallia iterũ Romam trãsfert suasu Catharinæ Senẽsis, an. 1376. Idib. Ianuar. an. 71. postquam in Galliam trãslata erat, quanquã Platina in Clemẽte 5. scribit, in Gallia ad 74. ann. remansisse: & in Gregorio 11. dicit ann. 70. migrationis in Gallias, Romam iterum transtam: ut aut hic aut illic mendum ineße fateri necesse sit. Ab hoc pontifice Florentini excommunicantur ob illatum sibi bellum.

Hoc pontifice, ann. domini 1373. Amura-

thes Turcarum imp. 3. qui primus in Europã traijciens, Adrianopolim & omnes circumadiacentes regiones imperio suo adiecerat, & Seruiam Bulgariamq; ingressus, Lazarũ Seruiæ principem in prælio captum interfecerat, à seruo quodam Lazari in ultionem domini, occasione capta, pugione cõfoditur, an. regni sui 23. Ei Baiazetes filius (qui & Paiasetes & Paiazates & Pazaietes alijs est) interfecto fratre germano, Solimano in regnũ succedit, Imp. 4. qui post subiectam sibi magnam Bulgariæ partem, euastatamq; Bosſinam, Croatiam & Illyriam, Constãtinopolim etiã obsidione iam octenni fatigatam, cum Tamberlane Scitha acie cõgressus, 200000, Turcarum suorum in prælio interfectis, ipse uiuus in potestatem Tãberlanis uenit, à quo aureis catenis uinctus, atque in ferreã caueam detrusus, per totã Asiam ac Syriam circunductus est, quousq; mors illi miseriarum finem attulit. Incidit autẽ ea clades Turcis an. 1397. salutis nostræ, Bonifacio 9. P. Ro. Cæterùm ut ad Caroliñ 4. reuertamur.

Anno 1377. Vdalrichus Vuirtenbergensis Comes infeliciter ante Reutlingium urbem pugnauit. Perierunt in eo conflictu homines multi & præclari.

Cõflictus ad Reutlingium.

Heluetia.

Helueticæ fœderis.

SVb hæc tempora Heluetica fœdera cœpere, & primùm Lucerna, deinde Berna, postea Tigu-

Tigurum Heluetijs se adiunxerunt, & genero
sissimus princeps Lupoldus Austriæ Dux ab Lupold⁹
Heluetijs inclytus occubuit, ann. 1365. Austriæ

Cæterùm quãdo extant passim rerum Hel dux occi
ueticarum historiæ, superuacaneum esse existi⁹ su⁹ ab
mo facta eorum lõga commemoratione in hoc Heluetijs
libello recensere.

Bombarda instrumẽtũ bellicũ circa hæc tẽ
pora, nẽpe tẽpore Greg. 11. inuenitur, secũdum
quosdã: secũdum alios tempore Vrbani 6. Pla.

Schisma.

Post Gregorium undecimum ingens schi- Schisma
sma ortum est. Itali Italum pontificem Vrba- tempore
num 6. dictum creauerunt an. 1379. & is Ro- Greg. 11.
mæ mansit, seditq; ann. 11. mens. 8. Galli item
elegerunt pontificem in Italia, quem Clemen-
tem 7. appellarunt, is Auenionem se recepit. In
huius odium Vrbanus quinq; Cardinales sac
co inuolutos aquis submergit, & iterum 29.
Cardinales unico die creat. Erat itaq; diuisa
Roma, erant & pontifices duo, alter in alterũ
censuris sæuiebat. Porrò Italia, Germania &
Hungaria, Vrbano Romanorum põtifici adhæ
serunt. Durauit hoc schisma usq; ad Constan-
tiense concilium annos nouem & triginta.

Vuenceslaus Cæsar Germanus 33.

ANno 1379. post obitum Caroli imperare Vuenceslaus
cæpit Vuenceslaus filius eius, & regna- laus.

uit mortuo patre annis 22. His temporibus apud Pragenses publicè docere cœpit Ioannes Huß contra indulgentias pontificias, atq; ex hac occasione pernicioſi tumultus in Bohemia contra ſacerdotes & monachos exorti ſunt.

Vuenceſlaus tandem à Sigiſmundo fratre ſuo captus eſt, & Viennæ in carcere ſeruatus. Alia de hoc Vuenceſlao nõ reperio, quæ digna exiſtimem ut conſcribantur.

Lithuania circa hæc tempora Chriſtianorum religionem ſuſcipit. Monſt.

Galeatius Vicecomes Mediolanenſis magnam partem Italiæ ſuo dominio adiũgit, & hauditа multò pòſt à Vuenceſlao Cæſare dux Mediolanenſis conſtituitur. Blon. 10. Decad. 2.

Petrus Hiſpanus uir doctiſſimus in Gallia agnoſcitur. Hunc Galli poſtea in pontificẽ eligẽtes, Benedictum 13. uocarunt, qui Regi Franciæ decimas eccleſiaſticas donauit. Rober. 9.

Rupertus (qui & Robertus Bauarus aliſs dicitur) Cæſar Germanus 34.

Rupertꝰ Cæſar.

ANno 1400. Cæſar factus eſt Rupertus Comes Palatinus Rheni, imperio præfuit annos 10. Cæterum cùm iam multos annos in Italia abfuiſſent Cæſares, Galeatiorũ potentia apud Mediolanenſes creuerat, et Florentini quoq; facti opulentiores erant, & bella gerebant contra Mediolanenſes. Florentini opem

opem petebant à Ruperto Cæsare ad cõpri-
mẽdam potentiam Galeatiorum. Proinde ad
iuturus Florentinos Rupertus transcendit in
Italiam, & cepit Galeatium. Verùm enimue-
rò destitutus Rupertus Cæsar ducis Austriaci
& Episcopi Colonienſis præsidio, infirmior
erat, quam ut res tãtas posset cõficere: & quã
quam tentasset uaria, tamen negotio infecto
in Germaniam redire coactus est.

Post Vrbanum 6. factus est Papa III. Bo-
nifacius 9. Romæ, ann. 1391. seditque annis 14.
mens. 9. Hic inuenis admodum existens, cogna
tis nimium tribuens, & indulgentias uenales
omnibus proponens, claues Papæ in contem-
ptum perduxit. Idem primi anni reditus omni
um beneficiorum (quæ annatæ dicuntur) sibi
suisq; successoribus decreto suo assignat, sicq;
orbis dominus factus. Huic decreto soli Angli
restiterunt, qui iniquũ id esse dicebãt. Pla. Vo.

Hoc pontifice Chrysoloras è Byzantio in
Latium Græcas literas, quæ per 700. annos e-
xularant, reduxit. Mat. Pal.

Põtifex cum Vicecomitibus Mediolanen-
sibus bellum gerens, Bononiam amittit. Plat.

Contra Bonifacium nonum Auenione crea
tus est Papa post Clementem 7. mortuum Pe-
trus Luna, dictus Benedictus 13. de quo paulò
antè dictum est.

Post Bonifacium nonum factus est Romæ

Papa Innocentius septimus, Sulmonensis, Iurisperitus, ann. 1405. qui sedit ann. 2.

Papæ 3. simul.

Post Innocentium 7. factus est Romæ Papa Gregorius 12. in ordine 213. anno domini 1407. sedit ann. 2. mens. 7. Is promisit cessurum se pontificatu, si Benedictus item cedere non recusaret. Cæterum fugiente Benedicto in Hispanias relicta Auenione, reuocauit promissum suum Gregorius de resignando Papatu. Proinde concilio Pisis habito, uterque & Gregorius & Benedictus Pontificatu sunt depositi, & in locum eorum suffectus est tertius P. Alexander 5. Cretensis, anno 1410. sedit mens. 11. Gregorius profugit Ariminum, ubi mansit usque ad Constantiensis concilij tempora. Alexander quintus Bononiæ egit. nam Hungari occupata tum urbe Roma, incredibilem tyrannidem exercebant, & belligerabantur cum Gallis propter Neapolim.

Post Alexandrum quintum factus est Papa Bononiæ 215. Ioannes 23. ann. domini 1410. qui sedit ann. 4. mens. 10. Itaque hic Ioannes vigesimus tertius Bononiæ, Gregorius Ariminj, Benedictus in Hispania superstites uixerint usque dum Constantiæ publica Synodus cogeretur. Sunt autem tres hi pariter in eo concilio Papatu deiecti.

Ordo S. Hieronymi circa hæc tempora instituitur, nempe anno 1407. Ordo

Ordo Scopetinorum incipit, anno 1410.

Laurentius Vulla circa hæc tempora docet pontificem nullum ius aut munus imperij habere. Volat.

Thomas Valdensis contra VVicleffistas scribit. Volat.

Ioānes Gerson theologus doctissimus claret.

Poggius Florentinus agnoscitur.

De Tamerlane Tyranno Tartaro.

Tamerlanes tyrannus.

AEtate Ruperti Cæsaris uixit longè crudelissimus tyrannus Tamerlanes Tartarus, qui immani deuastatione totum ferè Orientem & Asiam peragrauit cum decies centenorum millium exercitu. Persas, Armenios, Syrios depopulatus est. Item & minorem Asiam inuasit, & Turcicum Cæsarem Paiasetum (ut suprà in Carolo 4. dictum est) cepit, eumq; perinde ac auem caiea inclusum secum spectaculi & ludibrij loco circumuexit.

Paiaet⁹ Turcicus Cæsar.

Paiaseto in uinculis mortuo, superstites fuere duo liberi mares, Orchanes, quē alij Calepinum, & Maomethes, quem & Moysen quidam uocarunt. Orchane ergo intra biennium per insidias à fratre interfecto, Maomethes rem Turcicam solus occupat: qui Turciæ auito regno Asiæ recepto per Tāberlanis interitum, Bulgaros & Valachos prædis & clādibus afflixit, Adrianopoliq; recepta, regiam

ibi

ibi suam statuit, ubi tandem post annos regni 17. moriens, Amurathæ filio regnũ per manus tradit, Ioanne uigesimotertio Barionæ sedem tenente. Bap. Eg.

Sigismundus Cæsar Germanus 35.

Sigismũdus Cæsar.

ANno milleſimo quadringenteſimo undecimo, poſt obitum Ruperti Cæſaris, Sigiſmundus imperator factus eſt, filius fuit Caroli 4. Marchio Brandeburgenſis, Hungariæ & Bohemiæ rex. Imperio præfuit annos 7. & 20. Sapientia, eruditione & probitate clariſſimus princeps fuit, ſtatura talis, qualis principem tantum decebat. Effigies eius graphicè admodum depicta etiam hodie adhuc reperitur apud generoſum & nobilem Comitem Hoierum de Manſfeld. Ingentia bella in Hungaria geſſit contra Hungaros, à quibus captus eſt. Contra Turcas ſæpius pugnauit. Cæterùm Cæſar factus, omnium nationum præſidio ingentem expeditionem inſtruxit aduerſus Turcas, id quod infra dicemus.

De concilio Conſtantienſi.

IN initio ſui imperij Sigiſmundus in Italiã tranſcendit, ac conſultauit cum Pontifice Ioanne de publico cõcilio cogendo, ſchiſmatis tollendi cauſa. Ipſe quoque ad Gallorum regem profectus eſt, & cum eo egit, ut in conuocanda Synodo cõſentiret. Proinde ſuffragatione Pa-

pæ

pæ Ioānis, Cæsaris, ad hæc Franciæ, Hispaniæ & Angliæ regum, Constantiense concilium inchoatum est anno 1414. & quatuor annis perfectū: ad quod Pontifex Ioannes ipse uenit.

Imperator Sigismundus sub natalem Domini Constantiam uenit: & in Missæ sacro tanquam Diaconus Euangelium cecinit, Exijt edictum à Cæsare Augusto. Postea de Ioanne Huss tractatū est, & damnato eius dogmate, unà cum Hieronymo Pragensi est exustus. Inde de schismate pacando egerunt, ac tribus Pontificibus Ioanne 23. Gregorio 12. & Benedicto 13. de Papatu depositis, suffectus est in Pontificatum Otho de Columna, qui Martinus 5. dictus est, in ordine 216. anno 1418. qui sedit ann. 13. mens. 3.

Exustus

Porrò uerò cùm pœniteret Ioannem 23. quòd ultro consensisset in abdicationem pontificatus, clàm fugam meditabatur, adiuuante eum Friderico Austriæ duce. Sed inter fugiendum retractus est per Cæsarianos. Ioannes Dux Austriæ uerò proscriptus est à Cæsare, direptis aliquot pagis in eius Ducatu. Tādem ad hunc modum transacta controuersia est. Suasum est Friderico, ut ultro resignatis in potestatem Cæsaris omnibus terris suis, supplex condonationem criminis precaretur. Proinde clementia & humanitate imperatoris in Austriacum Ducatum restitutus est.

At

At uerò destitutus Ioannes Pæpa, Ludouico Palatino Comiti seruandus est traditus. Is abduxit eum in arcem Manheim, non longè ab Heidelberga ciuitate, ubi triennij spatio seruatus est. Inde à Martino pontifice in gratiam receptus, Cardinalem egit. Itaque pernicioso schismate illo quod inter pontifices erat, sublato, cōcordia atque tranquillitas Ecclesiæ est restituta, idque ductu & studio Sigismundi Cæsaris, qui hoc nomine longè maximas laudes meruit.

Reliqua quæ in hoc conuentu gesta sunt, superuacaneum est memorare. extant enim de his omnibus integri libelli conscripti.

Anno 1426. Academia Louaniensis in Brabantia à Ioanne Burgundiæ duce instituta, à Martino quinto pōtifice Romano confirmatur. Archil. P. Gas.

Florentia fit Archiepiscopatus. Plat.

Papa constituit ut singulis decem annis sit nodus uniuersalis habeatur. Plat.

De Comitibus prouincialibus Marchiæ Brandenburgensis.

ANno 1417. prima dominica post resurrectionem Domini, donauit Sigismundus Cæsar laudatissimo principi Friderico Burggrauio Norimbergensi ius electiuum imperij, & prouincialem comitatū Marchiæ Brā den

denburgenſis in concilio, idq; ob excellentes eius uirtutes, & ſummam fidem quam in maximis quibuſque cauſis conficiendis erga imperium declarárat. Porrò quam inſignes principes & ante adeptam Electionis dignitatem, & poſtea quoque fuerint in hoc genere Burggrauiorum, id quidem longum eſſet hic recenſere, quin & ſupra quoq; eorum tam ſæpe facta eſt mentio. Poſtquam autem Electores facti ſunt, maximis ſemper & grauiſſimis rebus imperij tractandis intẽti fuerunt: quo nomine frequens admodum ipſorum mentio iam deinceps incidet. Proinde in hiſtoriis noſtrorum tẽporum præ aliis omnibus Albertus Marchio prædicatur, qui ob uirtutes ſuas, Germanici Achillis cognomentum eſt adeptus.

Albertus Marchio Achilles cognominatus.

Illud quoque noſtris temporibus obſcurum non eſt, Ioachimum Marchionem electorem Brandenburgenſem, clementiſſimum principẽ meum, & fratrem eius Albertũ Cardinalem & Electorem, Archiepiſcopum Mogũtinum, & Magdenburgenſem &c. eximia quadã ſanctitia, & omnibus heroicis uirtutibus à Deo exornatos eſſe, & idcirco in ſummis & difficilibus negotijs, nõ ſolùm que ad imperium, ſed ad uniuerſum orbem Chriſtianum pertinent, eorum operam & concilium præ aliis multis requiri. Neque enim in imperijs aliter fieri poteſt, quæ quandiu conſiſtunt, neceſſe eſt ſapientia

tia summorum hominũ administrari: id quod in diuinis literis sapientia ipsa testatur: Per-

Prouer. 8. me reges regnant.

Anno 1419. Rotomagum in Normannia 5. mensibus ab Anglis obsessum, oppidanis fame oppressis, Henrico regi Anglo deditur.

Philippus Burgundiæ dux, iuncta cum Anglis societate, in patris sui ultionem, qui paulò antè ad Montrigolium in conspectu Delphini Franciæ de pace agere uolentis interfectus erat, Carolum 6. regem Gallum, reginam, Lutetiam, & quicquid suæ factionis habebat, in manus Henrico 5. Angliæ regi tradit: & in Tricassibus Catharinam Caroli regis filiam nubere illi cogit, ea lege, ut ij, eorũq; liberi Franciæ regno succederent, & Hericus interea rex Angliæ, & rector Franciæ cognominaretur. Delphinus exhæredatus & proscriptus est.

Anno inde 1432. Henricus 6. Angliæ rex, Henrici 5. f. decimum ætatis annum agens, in Galliam traductus, in primario Lutetiæ templo ab Herico Cardinale Vintoniensi, promulgato Angliæ & Franciæ titulo, coronatur.

Anno 1436. Lutetia Francorum uirtute ab Anglis uindicatur in Aprile mense.

Celebrato concilio Constatiensi, crebræ expeditiones in Bohemiam adornatæ sunt aduersus seditiosos & malè feriatos homines, qui post mortem Ioannis Huss templa pariter &

Mona-

Monasteria diripiebant & populabãtur. Dux eorum Zisca dictus erat. Ingens clades utrinque cõmissa est in Bohemos & Germanos qui contra eos profecti erant, neq; tamen hoc modo seditionis incendium restinctum est. Zisca dux.

Sigismundus, id quod suprà diximus, longe maximum excercitum ex Germanis, Burgũdionibus, Gallis, Italis, Hũgaris denique collectum aduersus Turcas paranit, & usque ad Adrianopolim perduxit. Erant in hac expeditione summi principes, Cæsar Sigismũdus, & Philippus Burgundionum Dux. Cæterùm Gallis contẽdentibus primum sibi in acie locũ deberi, perturbati ordines sunt, non sine incredibili iactura Christianorum: nam uicti sunt ab hostibus, & Burgundionum Dux captus est, Cæsar Sigismũdus Constãtinopolim profugit. Tandem multo tempore postea Burgũdionum princeps liberatus est. Sigismũdi expeditio cõtra Turcas.

Narratur de Sigismundo historia admodum festiua. Ministrum familiarẽ habuit multis annis, in quem parum fuerat liberalis, quãquam interim munificentia & largiendo clarissimus erat princeps, id quod & Leonardus Aretinus scribit, qui uiderat Sigismundum Cæsarem, & Pontificis nomine multas coram eo causas egerat. Porrò accidit ut cum amnem esset ingressus, equus ipsius meieret: quod ubi uidisset minister, qui prope antecessit Cæsarẽ, Sigismũdi historia cũ ministro quodam.

per iocum inquit, equi eandem esse naturam, quam & dominus haberet. At qui audiēs hoc ipsum per occasionem Cæsar, mirabatur, iubebatq; indicari sibi hoc dictum. Respōdit minister. In amnem urinā spargere equum, ubi iam antea aquæ abundarent. Sic & erga illos beneficum esse Cæsarem, quibus iam antea opes adfluerent satis, nec haberēt illis admodum opus. Animaduertit Imperator Sigismundus, perstringi se modestè, quòd in ministrum iam ueteranū nihil beneficij peculiaris aut eximij contulisset: et subiecit, nunquā quidem sibi bene merēdi uolūtatem defuisse, sed Principum dona non illorū esse propriè, qui ea mererētur, sed quibus sint destinata fato. Et idre cōprobaturum se dixit, quum primū ocij & quietis occasio tātisper daretur. Postea ocium nactus Cæsar, pyxides duas parari iussit magnitudinis & formæ eiusdem. In unam aurum, in alteram plumbum ponit, pondere eodem: & ministro aduocato, præcepit ut alteram pyxidem deligeret. Consternatus minister, librādo modò hanc, modo alteram pyxidem tollit, nesciēs utram debeat potissimum eligere: tādem eam aufert pyxidem, quæ plumbū cōtinebat. quod ubi conspexit ille, iam reclusa pyxide aiebat Cæsar, uideri palàm, nō suam uoluntatem, sed ipsius infortuniū obstitisse hactenus, quo minus beneficium sit cōsecutus. Testatur sanè hoc

factum

factum, prudenter consyderaße Cæsarem, felicem succeßum rerum a Deo contingere.

Cæsar Sigismundus hæredem maſculū nō habuit, filiam unicam in matrimonium dedit Alberto Austriaco Duci, qui hac occaſione Hungariæ & Bohemiæ rex factus eſt. Albertus Austriacus.

Anno domini 1427. Aurelianenſes ab Anglis obſeßos Ioanna Lotaringa puella armata commeatu iuuat: coactisq; hoſtibus obſidionē relinquere ad 8. id. Maij an. 1429. Anglos uiriliter expellit.

Pataiense prælium, in quo cæſis & profligatis Anglis Ioannes Talbotus copiarum præfectus capitur. Puella Carolum Gallum armis per loca ab hoſtibus occupata Rhemis cōſecrādum ducit, multasq; in itinere urbes recipit. Porrò anno 1439. puella Compendium obſeßum ui & aſtu ingreßa, cū in hoſtes irruptionem faceret, a Io. Lucemburgenſi capitur, Romagumq; ad ducem Somerſetenſem mittitur: dein magiæ damnata exuritur.

Mortuo Martino 5. papa factus eſt ordinis cœleſtinorum, Eugenius 4. Venetus, in ordine 217. anno 1431. ſedit an. 16. Is Romæ coronauit Sigiſmundum Cæſarem. Idem Romæ & paſsim in Europa academias inſtituit.

Hoc tempore S. Bernardinus Franciſcanus Senēſis ſua prædicatione Guelforū et Gui-

bellinarum factiones ferè restinguit, cùm duraſſent annis 200. Sab.

Ab anno 1431. uſque ad annum 1447. ubiq; à doctis & indoctis pariter diſputatur, ſitne Pontifex concilio, an Concilium pontifici ſubiectum: quos papa anathemate notauit. nam & ipſe Concilium Baſilienſe literis ſuis approbauit primò, poſtea uerò abrogare eſt conatus. Plat.

Minoritæ his temporibus in duas factiones abeunt, ut pars una obſeruationis, altera à conuentu iam inde dici cœperit. Sab. En. 10. lib. 5

Anno 1434. uiuente adhuc Sigiſmundo, Concilium Baſilienſe cœpit. Erat enim in Cöſtantienſi Synodo ſtatutũ, ut poſt annos duodecim nouum concilium cogeretur. Cæterùm ubi infata conceſſit Sigiſmũdus, Pontifex Romanus celebrata Synodo primùm Ferrariæ, deinde Florentiæ, impediuit ſucceſſum Baſilienſis Concilij, & id fecit tantò facilius, quòd nemo monarcha aut inſignis Princeps decretum de concilio Baſilienſi tuebatur.

Concilium Baſilienſe.

Anno 1435. Coſmas Medices Florentiæ principatum obtinet. Volat.

Turca Theſſalonicam recipit. Blond.

Anno 1436. Iacobus 1. Rex Scotiæ ſuorũ cõiuratione occiditur: cui ſuccedit Iacobus 2.

Anno 1437. Catharina Henrici 6. Angliæ

gliæ regis mater obit. Quinus Tyderius, Vall°, infimi generis, cuius maritus, relicto ex se Edmundo filio, à quo postea Henricus 7. rex futurus genitus est, quòd regio toro se cõmiscere ausus sit, iussu Ducis Glocestrensis bis in carcerem conjicitur, ac postremùm capite plectitur.

Anno 1438. Pontifex Ferrariensem synodum celebrat, quam postea Florentiã transtulit. Ibi Palæologus Græcorum Imp. præsens de sancti spiritus processione Latinis cõsentit, conueniuntq; cum Romanis Armenij et Indi. Græcis purgatorium, & Romanum esse uniuersalem episcopum suadetur: quod tamen dominum reuersi, suasu Marci Ephesini antistitis denuo negarunt. Plat. Vola.

Ludouicus Cardinalis Aquileiensis primus sui ordinis canes & equos alere incipit ex bonis ecclesiæ. Volat.

Albertus secundus huius nominis, Cæsar Germanus. XXXVI.

ANno Christi 1438. post obitum Sigismũdi Cæsar creatus est Albertus Austriaci sanguinis princeps, Hungariæ & Bohemiæ rex. uitam finiit in secundo Imperij sui anno.

Bohemiæ pars Poloniæ regi adhæsit, conabaturq; regnum Bohemicum ad Polonos trãsferre. Ingentes copias duxerunt Poloni in Bohemiam, & pertraxerunt in suam factionem

seditiosum hominũ genus Taboritas. Contra hos missus est ab Alberto Cæsare Marchio Brandenburgensis Albertus. is frequentibus prælijs factis, effecit ut inter Cæsarem & Poloniæ res componeretur.

Cæsar Albertus maximis copijs instructus Hungariam ingressus est contra Turcam Amuratten, qui tum inuaserat Hungariam per incursionem. Veniente Alberto Cæsare retro fugit, & oppugnata Sinderouia urbe, in Græciam se conuertit, & Thessalonicam urbem uicit. In hac expeditione in morbum incidit Albertus, & reductus Viennam nõ multos post dies è uiuis excessit. Sindonia

Hoc tempore, nempe an. 1438. in Concilio Basiliensi (quod anno 1435. cœperat) Pragmatica sanctio constituitur, & Bituricibus à Carolo 7. rege Gallo probata nonis Iulij, Lutetiæ deinde in Senatu publicatur 7. Id. Iulij. In eo ipso concilio Eugenius papa deponitur, subrogato Amadeo duce Sabaudiæ eremita qui tamen Eugenij factione impeditus est quo minus Romanam sedem ascenderet, adeò ut schisma maximum in ecclesia sit ortum.

Porrò defuncto Eugenio substitutus est Nicolaus 5. Lucensis, in ordine 218. anno 1447. ex humili loco, utpote primò magister, postea subdiaconus, tandem ob rem bene in Basiliensi synodo actam Papa creatus, sed det

det an. 8.

Is Amadeum Sabaudum Cardinalibus annumerat, & Germaniæ legatum creat: Bernardinum Senensem Catalogo sanctorum ad scribit: literas humaniores instaurat: stipendia viris doctis assignat: & summa liberalitate fouet nõ solum eruditos Italiæ, sed & eos qui Constãtinopoli profugerant Romam, Gazam Cimirum, Trapezuntium, Argyropylos: quorũ opera omnes meliores artes renouatæ sunt & redditæ emendatiores.

Fridericus tertius Cæsar Germanus XXXVII.

ANno Christi 1440. post obitũ Alberti designatus Cæsar est Fridericus tertius huius nominis, Austriæ Dux. Imperio præfuit annos 53. hic primus feudorũ ꝓprietates cõstituit. aliàs 47.

Iam uerò filia Sigismundi Cæsaris, Alberti coniunx, uterum gestabat, sed Hungarorum quidã expectatione futuri hæredis regni abiecta adsciuerunt in regnum iuniorem Poloniæ regem Vladislaum. Erat autem in Hungaria regius gubernator Ioãnes Hũniades, Matthiæ pater. is ingenti cõflictu debilitauerat Turcarum uires, coëgeratq; Amuraten ad pacis cõdi tiones poscendas. At uerò simul atq; in regnũ Vladislaus uenit, sperabãt Hungari, si ipsorũ & Polonorum uires coniungerentur, facilè se magnã gloriã relaturos si Turcam inuadant. Ioannes Hunniades.

Et fortaſſe cupiditate huius gloriæ delectatus eſt ætate iuuenis rex Vladislaus. Proinde induciarum leges initas cũ Turca diuulſit atq; irritas fecit Iulian⁹ Cardinalis, hoc prætextu, neſas eſſe concordiæ fœdera ſancire cum Turcis non conſentiente pontifice, nimirum cùm causa ea ad uniuerſum orbem Chriſtianum pertineret. Itaque collecto exercitu profectus eſt Vladislaus contra Amuraten Varnã uſq; quæ nõ lõge à Conſtãtinopoli diſtat, tameſſi interim Ioãnes Hũniades modis omnib⁹ diſſuaderet de ſuſcipiendo bello, utpote cui ſuorũ infirmitas, & potentia Turcarum comperta optime eſſet, & qui non ſine ſumma neceſſitate pacem cum Amurate fecerat. Ferunt quoq; petiũſſe Vladislaum ſubſidia copiarum a Vualacho Dracole, ſed et illum ſuaſiſſe ab expeditione deſiſtendum. Interim tamen filium ſuum miſit cum equitibus 2000. in ſubſidium regi Vladiſlao: ad quẽ dixiſſe fertur, donare ſe ei acrem & uelociſſimum equum, qualẽ item & filio eſſet daturus: nam cogitare ſecum, fore ut ſuccumberent in prælio, ideo ad manum habẽdos hoſce equos, ut neceſſitate urgente, illorum celeritate periculũ poſſent euadere. Porrò proſpiciunt ſibi non minori ſolicitudine quã prudentia Turcæ, & undiquaq; ſumma opportunitate iam inſtructi ſunt, priusquàm Hungari in ordinem collocarentur. Quanquam igi-

Vladiſlaus.

Iulianus Cardinalis.

Vualacho Dracoles.

Equi uelocis utilitas.

tur

tur pro gloria Christiani nominis fortiter pugnarent Hungari, & maximas copias hostiũ humi prosternerent, tamen multitudine tandẽ uicerunt Turcæ, cæso Vladislao iuniore rege, et postea in fuga cõfosso Iuliano Cardinale. Hũniades, ut erat prudens miles, cauit sibi loco, et elapsus est. Commissum est hoc prælium anno 1444. decimo die Nouembris. Amurates post adeptam hanc victoriam Mahometicus Monachus factus est, existimans post tantam felicitatem in profligatis hostibus defunctum se suo munere in imperio, ne porrò temere credẽs blandiẽti fortunæ, gloriam suam malo aliquo cõtaminaret. Cæterum Hũniades iterũ inuasit Turcas, & ita grauiter afflixit, ut Amuratẽ denuo reuocarint ad imperiũ ut resisteret hosti Hũniadi, eũq; ex Turcia repelleret. Postea ubi Cõstantinopolis est amissa, Mahometẽ Cæsarem Turcicum infestissimum exercitum ducentem in Hungariam ingenti clade superauit Hunniades, & uniuersam Europam à periculi metu liberauit. Etenim si ea expeditio successisset Mahometi Turcarum Cæsari, iam non Italiam solùm, sed alias quoq; regiones occupasset.

Ad Varnãclades. Armurates Monachus factus. Hunniades grauiter afflixit Turcas.

Mortuo Vladislao puerum Ladislaum hæredem regni ex Sigismundi filia natum regem receperunt Hungari. Vladislaus hic ætate iam adulta in Pragensi urbe Bohemiæ moritur.

Anno 1444. Delphinus Franciæ Lodo-
uici Caroli 7. Regis filius cum Armeniacis in
Alsatiam exercitum hostilem duxit usque ad
Basileam urbem, nõ sine magna & horribili
clade Germanorũ. Erant qui existimabãt ab
Eugenio Põtifice missum fuisse in Germaniã
ad cõturbandum cõcilium Basilien se. Habuit
Delphinus uirorum quinq; & uiginti millia.
Contra hos miserunt Heluetij ad cripiendam
urbem Basileã quatuor millia. Aggressi sunt
hostes tanta uirtute, ut nemo corũ cesserit: &
quanquã ob multitudinem hostium uincere
non potuerunt, cruentam tamen & luctuosã
victoriam reliquerunt hostibus. Nam amisit
in eo cõflictu Delphinus circiter decẽ millia,
& cum eis qui reliqui manserunt, ex Germa-
nia profugere est coactus.

Delphi-
ni et Ar
meniaci.

Heluetio
rum uir-
tus cõtra
Delphi-
nũ.

Anno 1449. Albertus Marchio Branden-
bergensis bella gesit cõtra imperij urbes, No-
rinbergam & alias plerasq; ciuitates. Vrbiũ
bellum hoc dictum est. Vtrinq; multi Princi-
pes se adiunxerunt, duraruitq; hoc bellum bien-
nũ spacio. Marchio Albertus octo præliis pro-
strauit Norinbergenses.

Vrbium
bellum.

Anno 1450. Ioannes Fanstus (quem Gute-
nanum nocant) cum Petro Schœfero Mogun-
tiæ artem Typographicam inuenerunt. Sab.
Ennea. 10. lib. 6. Monst.

Anno 1451 Normanniam totam Angli
amittũt

amittunt post annos 30. quàm Henricus V. Anglus eam acquisierat.

Anno 1452. Aquitaniam Angli amittunt post annos 299. cũ Henricus 2. Anglus dotali iure possessam acceperat, & postquam Hẽricus 3. eandem à Philippo Augusto Caldorum rege Ioanni patri adeptam recuperauerat, annis 222.

Circa hæc tẽpora Theodorus Gaza Thessalonicẽsis, & Victorinus Græcus linguarum peritissimi florent. Sab.

Vrsinorum et Colonnensium factiones grauissimè in Italia seuiunt. Volat.

Anno 1452. Fridericus Imperator Italiã ingressus est, & celebri apud omnes honore exceptus, in Senẽsi urbe cum sponsa sua Leonora regis Portugalliæ filia nuptias perficit. Romã ueniens à Nicolao 5. summo pontifice unà cũ regina cõiuge coronatus est die decimo octauo Martij. Regressus Roma, Ferrariæ Borsium Estensem Ducem creauit. Inde Venetias traiecit, ibiq; dies decem est cõmoratus. Ipse ex magni nominis uiro audiui, narratum sibi à principe Venetorum, qui Senator olim Venetijs mensæ accũbentibus Friderico Cæsare et principe Venetorũ administrarat, dixisse Fridericum inter epulas, se quidem Venetorũ amicitiã fore perpetuò, sed à posteris suis magnas ipsis afflictiones & incommoda imminere.

De Constantinopoli à Turcis uicta,

ANno 1453. die Maij 29. post diutinam obsidionem, grauissima tandem oppugnatione potitus est Mahometes Amuratæ filius, cognomento magnus, Turcarum Imperator, urbe Constantinopoli, in eaq; tantam crudelitatem exercuit, ut nulla id queat oratione explicari. Cæsar Constantinus inter fugiendũ prope portam urbis trucidatus est eius amputatum caput cuspidi infixum circumferri per urbem uoluit Turca: iussit & crucifixi Christi imaginem erigi in urbe, & super inscribi: Is Christianorũ Deus est. Præcepit autem eã stercoribus proiectis, ignominiæ causa, conspurcari. Cæsaris cõiunx & filiæ una cum aliis honestioribus matronis in cõmunium peractæ sunt, atq; ibi primùm cõstuprata, postea finstulatim dissectæ. Exempla hæc & alia id genus crudelissima facinora Turcarum excitare meritò deberent animos nostros, ut serio ageremus cõtra eos hostes, quos nõ tyrannos, sed immanes bestias potiõ possis appellare.

Cæsar Cõstãtinus. Turcarũ isignis crudelitas occupatũ Cõstantinopoli.

Turcæ bestiæ, nõ tyranni.

Anno 1455. Post Nicolaum 5. factus est papa 219. Calistus seu Calixtus 3. Hispanus, qui sedit annos 3. mens. 3. Hic iuris utriusq; doctoris titulo insignitus, Vincẽtium Hispanum consecrat. sanxit nequis à Papa ad Concilium appellaret. Idem Transfiguratione domini

domini 8. Id. Augusti an. 1456. ob uictoriam eo die ad Belgradum acquisitam instituit. Mat. Pal.

Anno 1456. Turca ad Belgradum (quod Albam Græcam uocant) à paucis Christianis castris exuitur, insigni uictoria: ita nimirum res mortalium temperante deo, ut post flagella consolationem immittat.

Circa hæc tempora F. Blondus insignis historicus agnoscitur. Plat.

Aeneas Syluius uir doctissimus, qui papa electus Pij 2. nomen tulit floret. Volat.

Dionysius Cartusianus scripturam interpretatur. Corn. Cornip.

Franciscus Philelphus claret. Sab.

Bap. Platina historicus pontificum diligentissimus agnoscitur. Volat.

Anno 1459. Calisto 3. succeßit papa 110. Pius 2. Senensis, antea Aeneas Syluius dictus. Erat Friderici Cæsaris Cancellarius. ingentes copias coëgit ex omnibus terris aduersus Turcas: sed dum coëunt exercitus undique, moritur, & re infecta exercitus collectus dimittitur. Sedit ānos 6. armis infestauit Gallos in Apulia existentes, & Catharinam Senensem Catalogo sanctorum adscripsit.

Hoc pontifice Ordo Minorum nouus, subiectus familiæ militari, à Francisco Siculo in Gallia excogitatur, carnibus et coctis cibarijs abstinens.

abſtinens. Volat. lib. 21.

Anno 1461. Epiſcopatu deiecit Papa Dietricum Iſenburgenſem, & in eius locum ſuffectus eſt epiſcopus Adolfus de Naſſau. Occaſionem præbuit hic euentus maximorum bellorũ in Imperio. Fridericus Palatinus tuẽdum & ſeruandum ſuſcepit Epiſcopum Dietricum: aduerſus hunc concitauit Cæſar Vuirtembergenſem & Badenſem Comites, & Moguntinenſem Epiſcopum. Hi dum populãtur terram Palatini, capti ſunt à Friderico Palatino ſub annum 1462.

Frideric⁹ Palatinus.

Eodem anno contrà Adolphus Epiſcopus urbem Moguntiam ſubegit.

Anno 1463. Viennæ in arce Fridericus Cæſar à ciuibus ſuis grauiſſimæ obſidione preſſus eſt, & eius rei autor fuerat Albertus frater Cæſaris, ſed Georgius rex Bohemiæ liberauit Fridericum repulſis ciuibus.

Deſ. Eraſmus Roterod. naſcitur, an. 1465.

Matthias Hũniadis filius ex Bohemica captiuitate liberatus anno 1468. Rex Hungariæ declaratur, cui præfuit magna laude an. 37. ducta filia Georgij de Podebra regis Bohemi in uxorem: qui paulò pòſt Bohemiæ regnum occupat, Caſimiro expulſo. Aen. Syl.

Georgius Scanderbechus uir belliceſus in Græcia Turcis reſiſtit. Aen. Syl.

Ioan. Galeatius dux Mediola. eligitur. Sab.

Venti

Veneti Cyprum expugnant. Sab.

Anno 1465. Paulus 2. Venetus Papa 211. sedet annis 6. mens. 10. Hic ius & fas primus in scrinio pectoris se gerere affirmat: literatos omnes odio prosequitur. Gemmis ac margaritis ut alter Aaron ornatus incedit. Idem capitis & equorum vsßata tegumenta concessit Cardinalibus. Platinam ut maiestatis reum, tanquam libellos famosos aduersus pontifices scribentem, in carcerem conjcit. Volat. Plat.

Poli quidam in Equicolis dicentes nullum esse eorum qui post Petrũ fuere, nisi qui paupertatẽ Christi imitati sunt, hæretici a Pontifice censentur. Plat.

Anno 1484. Carolus Burgundionũ princeps Nußiam urbẽ obsedit toto anno, idq; propter profligatũ à Canonicis capitularibus Colonienßibus Episcopum Colonienßem. Caterùm dũ molitur Carolus diœceßim Colonienßem alienare ab imperio, & ad se transferre, armat cõtra eum exercitũ Cæsar. Belli dux erat Albertus Marchio Brandẽburgensis, & imperij vexillifer Albertus Saxoniæ dux. Tandem ubi uariè de transigenda controuersia disceptatum est, ceßit Carolus, & tum dicitur primùm de tradenda in matrimoniũ Maximiliano Caroli filia tractatum esse.

Carolus Burgundionum princeps.

Circa

Circa hæc tempora Beßarion Cardinalis Nicenus claruit. Mat. Pal.

Georgius Trapezuntius & Nicolaus Peorottus ſſnl Sipontinus in literis fulgent. Sab.

Simon puer Tridentinus à Iudæis martyrio coronatur, anno 1475. Monſt.

Ferdinandus V. Rex Hiſpaniæ eligitur. Mich. Rit.

Carolus Burgũdiæ dux Leodiũ expugnat.

Amno 1477. Carolus Burgundiæ dux
Nanſc. uincitur & occiditur prope Nãſen urbem à Lotaringicis & Heluetijs. Nam Lotaringiæ duci Nãſen eripuerat Carolus, et in Heluetia Granſen ciuitatem & oppidula alia occupauerat, præterea & in Granſen oppido quingentos & duodecim numero Germanos laqueo iuſſerat ſtrangulari.

Mortuo Carolo Galli conabãtur Flandriã & Brabantiam ſuo regno addere, quæres ingentia bella peperit. Cæterùm nolentibus Burgundis alienari Ducatum à filia Caroli, consultatum eſt de deſponsenda filia Caroli Maximiliano Friderici Cæſaris filio. Itaq; anno
Maximi lianus. 1477 profectus eſt Maximilianus, probè inſtructus, in Brabantiam, acceptaq; Mariã Caroli filiam in matrimoniũ, unde factum eſt ut auxerit non mediocriter gloriã Auſtriaci nominis, & multas præclaras res fecerit Maximilianus, ad tuendas eas terras aduerſus im-

pe

impetum Gallorum.

Anno 1471. post Paulum 2 factus est P. III. Sixtus 4. (qui & Xystus quibusdam est) minorita sedit ann. 13. Hic ad arma potius quam religionem natus, Iubileum in 25. annum reduxit, & celebrauit ipse primus. propinquorum suorum causa pleraque præter ius agebat. Volat.

Anno 1477. Iacobus Arminiacus Nemorosi Dux Lutetiæ gladio percutitur. Io. Til.

Stahmi & diuersoria cursorijs equis à Ludouico 11. Rege primùm in Gallia constituta. Io. Til.

Anno 1478. Princeps Arausiensis Burgundiam utranq; paucis urbibus exceptis, in regis Ludouici 11. ditionem subdit: sed paulò post, cùm promissa non præstarẽtur, defecit, & res in Burgundia perturbauit, Io. Til.

Ann. 1479. Heluetij primùm à rege Gallo stipendium accipiunt. Ioan. Til.

Ioannes de Monte regio Mathematicus, discipulus Georgij Purbachij, & Rodolphus Agricola Phrisius in Germania illustres habentur.

Ambrosius Calepinus monachus agnoscitur.

Pomponius Lætus Romæ claret.

Angelus de Clauasio Franciscanus summã angelicam edit. Vol.

Anno 1480. Veneti cum Turcis pacem in-

eunt. Sab. En. 10. lib. 7.

Mōgustiæ Academia à Dietherō episcopo Isenburgensi fundatur. Monst.

Circa hæc tēpora, nempe Sixti quarti temporibus, anno 1480. Mahometes Turcicus Cæsar Hydruntum in Italia obsedit, & potitus est, incredibili ibi tyrannide perpetrata. Terror tantus Italiæ incussus erat, ut Sixtus ponti-

Mahometes Hydruntum obsidens.

fex iam fugam in Galliam adornaret, sed eodem tempore quo capitur Hydruntum, moritur Mahometes, idq; fato quodā, ne latius Italiam peragraret. Porrò interea dū hæc geruntur, belligeratur Alfonsius rex Neopolitanus

Alfonsus rex Neapolitan⁹.

cum Senensibus: sed nūcio de Hydrunto allato properat redire in regnū suum, atq; obsessum Hydruntum eripit ex manibus Turcarum. Nam mortuo Mahomete, & iam properantibus domum redire Turcis ne quod dissidium oriretur in regno ipsorum, facilè obtinuit urbē Alfonsus, profligatis ex Italia Turcis.

Porrò Mahometes post se tres reliquit filios quorum primus Mustapha Venereis rebus ac uenationibus nimis indulgens, in primo ætatis flore extinctus est: & Baiazetes (seu Paiazetes) expulso fratre Zizimo, imperium sibi uendicauit. am. 31. postquàm imperio præsedisset, pharmaco uenenato per Iudæū quendam medicum sublatus est. Pau. Io.

Anno 1481. Renato Andegauensi sene re-

ge

ge Neapoli expulso mortuo, Ludouicus undecimus rex Gallus eius hæreditatẽ sibi asserit. Ioan. Til.

Maria Maximiliani coniunx, ex equi lapsu, unde in febrim incidit, moritur, relictis Philippo & Margarita liberis.

Anno 1482. Gandauenses Maximilianum ad id adigũt, ut desponsa filia Margarita Delphino Franciæ, cum rege transigeret, & quas teeras & loca rex peteret, ei concederet. Itaq; illa annum attingẽs tertium in Franciam ducta est.

Post Sixtum quartũ factus est P. 223. Innocentius 8. Genuensis, anno 1484. sedit annis octo. Is Norwegis permisit ut sine uino sacrificarent.

Anno 1485. bellum in Britannos à Gallis excitatur. Ioann. Til.

Pestilẽs sudor hoc anno primùm in Anglia promanat. Geor. Li.

Anno 1486. Maximilianus Cæsar creatus est Aquisgrani: coronatur die 10. Aprilis. Dum Cæsar Francofordiæ eligitur, mortuus est ibi Albertus Marchio Brandenburgensis, cui & sapientis principis & strenuissimi militis gloriam tribuunt etiam historici Itali.

Sigismundus dux Austriæ Venetos prælio uincit. Sab.

Ferdinandus rex Hispaniæ Saracenis Gra-

natæ regnum adimit, totam gentem Hispaniæ ejicit. Volate.

Hermolaus Barbarus, Angelus Politianus, & Ioannes Picus Mirandula, Baptista Mantuanus Carmelita, Iouianus Pontanus, Philippus, Beroaldus, & Marsilius Ficinus circa hæc tempora florent, & paulò pòst Raphaël Volaterranus, & Georgius Valla Placentinus.

Henricus 7. primus Anglorum rex militare satellitium ad corporis sui custodiam adhibet.

Anno 1487. Puer quidam ignobilis in Anglia pro Edouardo Vuruicensi Clarentij ducis filio à sacerdòte subornatus, ingentem populi tumultum excitat, quem rex producto è carcere Vuruicensi sedat.

Eodem anno Gallorum opera capitur Maximilianus à ciuibus subditis suis Brugis Flandriæ. Cæterùm dum subsidio totius imperij instructus Fredericus Cæsar descendit in inferiorem Germaniam, dimissus est liber Rex Maximilianus.

Anno 1488. Iacobus 3. Scotorum rex, nobilium suorum coniuratione occiditur, cui succedit Iacobus 4.

Eodem anno 5. Cal. Aug. pugna ad fanum Albini aduersus Britannos 7. Id. Decemb. Francisci Britanniæ dux obijt. Pax cum Britannis.

nis Gallo coit.

Initium artis imprimendorum librorum typis æneis, ponunt sub Friderico 3. & hanc ipsam artem excudendi libros Moguntiæ primum repertam ferunt, ann. 1440.

Ars tormentorum bellicorum multo uetustior est, & eam item in Germania excogitatam putant.

Anno 1489. Carolus Gallus Margarita Maximiliani filia repudiata Annam Britanniæ hæredem ducit, quam per legatum nuptam Maximiliano, ipsi eripiebat.

Henricus 7. rex Anglus urgente Maximiliano imperatore exercitum in Galliam traiecit. Bononiam frustra oppugnat. facta deinde pace, certa pecunia ei numerata, in Angliam redit. postridie Atrebates proditione capti ab Archiducis militibus, qui Ambianos pariter opprimere conati sunt. Tandem pax & soror Caroli Archiducis cum comitatu Atrebatium datæ sunt, ann. 1490.

Anno 1490. Maximilianus hæreditarias terras suas ducatus Austriaci occupatas olim ab Hungarorum rege Mathia iam morituo repetit & possidet.

Doryphori quos Lantzknœchtos dicunt, in Germania orti.

Christophorus Columba Genuensis, & Almericus Vesputius Hispanus, ex Portugalliæ

an. 1492. soluentes, nouas & auriferas insulas, terras incognitas, ultra & citra Calecutium ad 1502. longa & periculosa nauigatione inuenerunt. Sab. Volat.

Anno 1492. Alexander 6. Valentinus Calixti ex sorore nepos pontifex 224. creatus, sedet an. 11. Hic nothos suos excellentissimis honoribus extulit, eos principes Italiæ constituit: ad pecuniam acquirendam noua officiorum collegia excogitauit. Principes per diplomata ad Iubileum hortatus est. Huius pontificis tempore maior licentia gladiatorum Romæ quàm antea unquam fuit. Volat.

Is pontifex filium habuit Ducem Valentinum, quem principem Vrbinatem fecit. Illius dictum erat, O Cæsar, O nullo. id est, Aut Cæsar, aut nihil. Tandem nihil factus est. Nam propter uarias technas suas, quæ summo cum dolo coniunctæ erant, trucidatus est.

Anno 1493. Imperator Fridericus tertius è uiuis sublatus est in oppido Lyntz, & Viennæ sepultus.

Eodem hoc anno Turcæ incursionem faciũt in Croatiam: sed à Maximiliano, qui tum in Austria erat, exercitu quindecim millium instructo repulsi sunt. Iidem tamen alia parte Methonem Naupactum & Dyrrachium Venetis auferunt.

Vladisl

Vladislaus Polonus Hungariæ præest annos 22.

Iudæorum 120000. ex Hispania eyciuntur. Sabell.

Ordo pœnitentium mulierum ex publicè peccatricibus, Ioannis Tisserrani Minoritæ ad monitu Parisijs incipit. Volat.

Maximilianus Cæsar Germanus 38.

Maximilianus imperator.

ANno Christi 1494. imperium suum Maximilianus auspicatus est defuncto patre, quo cum uiuente adhuc imperium simul administrarat annos 8. Cæterum post obitum patris regnauit ann. 25. Auspicia imperij quæ quam humilia & infirma fuerunt, tamen cessere postea ad summam gloriam & incrementum regni Germanorum.

In initio imperij Maximiliani Carolus 8. rex Gallus cognomine gibbosus, exercitum in Italiã perduxit, & Neapolin cepit. Cæterum post reditum suum in Galliam anno sequenti, Neapoli iterum potitus Ferdinandus iunior, profligatis Gallis ex Italia auxilio Maximiliani, quos præsidij loco reliquerat Gallorum rex apud Neapolitanos.

Gessit Maximilianus multa & ingentia bella, primùm in inferiori Germania, Flãdria & Brabantia, in quibus ipse sua manu dicitur multa præclara facinora patrauisse, quo-

rum ego audiui pleraq;, sed penitus explorata non habeo. Atq; utinam contingeret aliquando quispiam peritus tantarum rerum, qui eas omnes historias in gloriam tanti principis iusto uolumine describeret, ac pro dignitate fortitudinem atque uirtutes tam strenui imperatoris in rebus gerendis orbi commendaret.

Pyrcamerus. Maximilian⁹ ipse res suas gestas notauit.

Ipse audiui ex Pyrcamero Norimbergensi, à Maximiliano ipso res gestas suas aliquot annorum adnotatas. Dixit enim nauigasse se una cum Cæsare Maximiliano à Lynda urbe Constantiam usque: & cum iam inter nauigandum ocium esset nactus Maximilianus, uocasse ad se scribam, eiq; dictasse Latinè unius anni res gestas, & aptissimo ordine, & omnium circunstantiarum atque occasionum explicatione. Cæterùm cùm existimasset Pyrcamerus secreti aliquid forte excepturum scribam, ideoq; secedere uellet, iussisse tum Cæsarem ut maneret, & auscultaret. Quin & subiecisse ea quæ dictauerat, legenda præbuisse Pyrcamero, quæsisseq;, nunquid placeret ista militaris Latinitatis dictio? & addidisse quoque, studio sibi esse ista compendiosè & clarè sic comprehendere, ut postea eruditis uiris liceret eas historias tanto exactius per circunstantias & causas suas explicare. Et adfirmauit Pyrcamerus, nullius Germanici historici scripta stylo tam puro esse edita atq; ea fuisset

fuisset Maximiliani oratio. & has ipsas annotationes adfectasse se post obitū Maximiliani, uerum cōsequi nō potuisse. Sed hæc de inferioris Germaniæ rebus gestis dixisse satis sit.

Anno 1495. in Comitijs Vuormacianis ex Comitatu Vuirtēbergensi Ducatus factus est, & Comes Ebrardus primus Dux creatus est.

Anno 1497. Carolus 8. Rex Galliæ repente Ambœsiæ moritur, nullis relictis hæredibus. Succedit Ludouicus duodecimus, ann. 17. Is principio regni, Academiæ Parisiensis tumultuantis statum componere, studiosorum priuilegia reformare, fori pariter ac iudiciorū abusus emendare & tollere instituit.

Anno 1499. Edouardus Varuicensis Clarentij ducis filius, Edouardi 4. regis Angli nepos puerili ætate Londini in foro publico innocens percutitur. Geor. I. i.

Ludouicus 12. rex Gallus Annam Caroli 8. defuncti relictam, Britanniæ ducem, repudiata Ludouici 11. filia, uxorem ducit. Repudiatæ Biturigas assignat.

Parlamentum Rotomagi Cal. Octob. Scacarij loco instituitur, Georgy ab Ambœsia archiepiscopi concilio.

Mediolanum à Gallis expugnatur.

Cremona Venetis opera Gallorum restituitur.

Ann. 1499. 25. die Octobris Lutetiæ pons

fiblicius in Sequana, qui D. Mariæ dicitur, corruit, qui postea ex lapide cæso ac quadrato magnificè ex integro constructus est.

Heluetij cõtra Austriacos uicinos.

Eodem anno Heluetij contra uicinos suos Austriacos arma mouerunt, ad quos eripiendos subito properauit Maximilianꝰ ex Ghelria, ubi tum quoque ei res erat. Porrò mulctis utrinque leuioribus prælijs commissis, constat circiter 20. millia uirorum concidisse. tandem per transactionem res est composita.

Imagines crucis uisæ.

Anno 1501. crucis imagines uestibus hominum in Germania inciderunt passim. Verùm simile quiddam iam sæpe antea factum erat.

Post Alexandrum 6. factus est 225. Papa Pius tertius Senensis. anno 1503. sedit dies 17.

Pio successit Iulius 2. Genuensis, papa 216. uir bello quàm religioni aptior. sedit ann. decem. Aduersus hunc edita scripta sunt per Bernardinum Cardinalem in bello Veneto de celebrando concilio. Res propemodum schismatis occasionẽ præbuisset, nisi singulari sua prudẽtia id anteuertisset Cæsar Maximilianus.

Iulius Bononiam ui capit pulsis Bentiuolijs, maximosq; tumultus in Italia mouet, & Heluetiorum opera usus, Seruiam, Rauennam, Fauentiam, Mutinam & Mirandulam occupat, anno 1510. P. Phry.

Quatuor monachi Prædicatorum Bernæ simplici fraterculo summa calliditate stig-

ma-

tæ sanctitatis insigentes ad Franciscanorum contumeliam, cõburuntur dolo detecto. Franc.

A. Sabellicus historiarum rhapsodiam à condito mundo ad 1504. annum conte-xit. Hed.

Fridericus dux Saxoniæ optimus Vuittenbergensem academiam fundat anno 1502. Franc.

Conradus Celtes poëta primus Germanorum claret.

Ioannes Reuchlinus Capnion theologus hebraicas literas in Germania docet. Monst.

Anno 1504. Bauaricum bellum fuit, in quo Cæsar Maximilianus Bauariæ principes aduersus Philippum Palatinum Comitẽ Rheni, & ducem Rupertum filium Philippi Palatini tuebatur. Is enim Georgij ducis Bauarici filia ducta, Landshut, & eam ipsam Bauariæ partem, hæreditario titulo transferendam sibi affectabat. Sed Rupertus una cũ sua coniuge è uinculis sublatus est dum geritur hoc bellum, & Palatinus magna parte sui principatus exutus est per Cæsarianos et Vuittenbergenses. Quin & ingentes copiæ Bohemorum, quæ in auxilium uenerant Palatino, prostratæ sunt à Cæsare. Tandem uerò usus Maximilianus non minori prudentia, quàm mansuetudine, in gratiam recepit Palatinum ne qua perturbatio recepta iam diu constitu-

Bauarico bellõ.

tionis

tionis de iure electiuo in imperio exoriretur.

Anno 1505. obsedit Cæsaris exercitus Ghel driæ Ducem in oppido Arnheym, eumq; ut sese dederet, subegit.

Philipp⁹ Maximiliani filius.

Anno 1506. Philippus Maximiliani filius Hispaniarum Rex & Dux Burgundiæ in fata conceßt, anno ætatis suæ 28.

Anno 1507. non minus ingens quàm diuturnum bellum cepit Maximilianus aduersus Venetos, in quo & plurima cruenta prælia, & mirabiles mutationes acciderunt. Rex Gallorum Ludouicus primùm à Venetis stabat, postea ad Cæsarem defecit: contrà Iulius papa primùm Cæsaris, deinde Venetorũ partes est secutus. Amiserunt in hoc bello Veneti præstantißimas suas urbes, Veronam, Paduam, Teruas, & alias multas. Porrò cùm defecißet pontifex ad Venetos, cõtra eũ quoq; arma mouere cœpit Rex Franciæ, cùm iam uteretur adhuc Cæsarianis militib⁹ in Italia. Iam uerò timebat Cæsar, si uictoria potirẽtur Galli, ne Neapolim quoq; inuaderẽt, & fortaße Romæ etiã machinarẽtur aliquid in pernicie̅ imperij. Misit itaq; Cardinalẽ Saltzburgensem Matthæũ Langium consiliariũ suum pacis poscendæ causa, ad Iulium pontificem. priusquã inter se cõfligerent põtifex & Gallus. Iulius, ut qui Hispanorum & Italorum præsidio instructißimus erat, existimabat uictoriæ

Ludouicus rex Gallorũ.

floriæ spē certissimā esse, ideoq; pacis conditiones suscipere recusauit. Prælium commissum est in Paschatis die, anno 1512. prope Rauennā urbem. Pontificis exercitus succubuit, & conciderunt in eo conflictu uirorum sedecim millia. Neq; uerò legitur ullam aliam pugnam sub hac tempora fuisse perinde grauē, in qua utrinque tantis uiribus sit certatū. Tū uerò post amissam uictoriam ultrò exoptauit Iulius cum Maximiliano inire concordiæ fœdera. Cæterùm ne quid tentaret amplius in Italia rex Gallorum, concitabant aduersus eum Maximilianus & pontifex Angliæ regē, Germaniā & Heluetiam, atq; ita demū coactus est Gallus deserere Italiā. Postea Veneti quoque Maximiliano reconciliati sunt.

Iulius papa pr. elio victō ad Rauennā urbē, in die Paschatis.

Anno 1511. Selimus Turcarū imperator 9. imperat ann. 7. is patrem regno exuit, duos Soldanos deuicit, Aegyptum & Arabiam suo regno adiecit. Gasp. Hed.

Anno 1513. post Iulium 2. factus est papa 217. Leo 10. Florentinus, Laurentij Medicis filius. sedit ann. 9. Is ducem Vrbinatem possessione deiecit, musicorum studiosissimus.

Pugna Gallorum & Anglorū ad Morinos hoc ipso anno, qua ab euētu Calcaria dicta est: in qua Galli, Longeuillanus dux, Baiardus & Bussius, capti, in Angliam ducuntur. Morinē & Tornacenses obsessi Anglis se dedunt.

Anno

Anno 1514. Anna Ludouici Galli Regis uxor è uiuis excedit 5. Id. Ianu. Claudia & Renata liberis superstitibus, quarũ natu maiorem Claudiam Franciscus Valesius Dux Engolismensium uxorem ducit.

Longeuillani ducis captiui opera pax inter Reges Anglum ac Gallum facta. Ludouicus Gallus Mariam Henrici Angli sororem uxorem accipit 7. Id. Octob. & proximis Calendis Ianuar. moritur.

Anno domini 1515. Franciscus Valesius 8. Calend. Febru. apud Remos 57. rex Gallorum inauguratur, praestq; rebus am. 32. ac mens. 3. Is anno 1516. expeditione Mediolanensi suscepta, ad 15. horas cum Heluetijs pugnans uictor cuadit, Mediolanum recipit, Maximilianum Sfortiam ducem captum in Franciam mittit, cum Heluetijs fœdus init.

Eodem anno Maria Henrici 7. Angli regis filia Grynouichiæ nascitur, & regni hæres declaratur.

Pragmatica sanctio abrogatur, fremente & tumultuante Clero Gallico. Concordata substituuntur.

Anno 1517. remissio & uenia scelerum omnium indulta à Leone pontifice per uniuersam Christianorum ditionem ijs qui aut nomina darẽt aut bona sua erogarẽt in expeditionem Turcicam, quæ Cruciada uocitata est.

Hoc

Hoc tempore Martinus Lutherus Saxo ordinis D. Augustini, primùm aduersus indulgẽtias Pontificis scripsit, mox peiora ausus, unde non pauci nec parui in ecclesia Germanica tumultus orti sunt: quare ipse cum suis sequacibus à Romano pontifice & Cardinalibus an. 1520. die 37. Iulij hæreticus censetur.

Hoc anno circa Trinitatis quidam Petrus Longus pirata insignis, ex Frisia oriundus, fidelionem 500. hominum nequam & profugorum militũ, planè (quod dicitur) manipulum furum habens, piraticã exercebat, et ciuitates ui mari septentrionali plurimum infestabat. Voluit enim uastator Danorum, uindex Bremensium, interceptor Hamburgensium, crux Hollandorum prædicari. Insignia eius, & uestimenti ornatus, patibula rotæq; pictæ erant, quæ tum gestabat ipse pro symbolo, aliquando ab illis portandus, seu lõgam literam facturus.

An. 1518. Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ rex moritur, cui succedit Ludouicus eius filius.

Fames per uniuersam Germaniam.

Thomas Morus Anglus & Huldrichus Huttenus eques Germanus eruditione innotescunt.

Ioannes Eccius Theologus Ingolstadij floret.

Maxi

Maximilianus Cæsar diem uitæ supremũ claudit.

Carolus quintus Cæsar Germanus 39.

ANno 1519. *Carolus quintus Maximiliani Cæsaris nepos, Hispaniæ rex, princeps Austriæ & Burgundiæ, à principibus electoribus, Alberto Cardinale Episcopo Moguntino, Hermanno Colonienſi episcopo Comite de VVida, Richardo Treuerenſi episcopo de Grieffenklaun, Legato Ludouici Bohemorum Regis, Ludouico Palatino Comite Rheni, Friderico Saxoniæ Duce, Ioachimo Marchione Brandenburgenſi, Francofordiæ legitimis ſuffragijs Imperator Romanorum & Germanorum eligitur. Miſsus eſt ab Electoribus ad nunciandam hanc electionem Carolo Palatinus Comes Fridericus in Hiſpanias. Itaque ſequenti ſtatim anno appulit in Germaniam Carolus, & Imperiali corona Aquiſgrani exornatus eſt.*

Anno 1520. Tornacum Gallis reſtituitur.

Eodem anno Selimus Turca in menſe Septembri in pago Ciurlano, ubi prius aliquando cũ patre conflixerat, peſtifera febre ex ulcere in renibus nato correptus, morbi tædio ſibi ipſi grauis, mortẽ obijt: nõ ſine manifeſto dei iudicio, ut quo in loco peccatum commiſerat, ibidem & pœnas ſolueret. Itaque Solimanus ue-

micus

nicus eius filius 10. Imperator Turcarum rerum potitum in Oriente.

Eodem anno Vlrichus dux Vuirtenbergensis Sueuico fœdere depellitur, & ducatu exuitur, in exiliúmque agitur. quod dum cædem ministri cuiusdam sui ulcisci cupit, Reutlingam ciuitatem liberam in suam ditionem redegisset.

Reges Gallus & Anglus splendidissimo utrinq; apparatu ad Ardeam conueniunt.

Anno 1521. Turca Belgradũ (quæ est Alba Græca) in Hungaria propugnaculũ Christianorum, expugnat.

Edouardus dux Buclryngamiæ in Angliæ capite damnatur. 11. Cal. Maij.

Hoc anno cùm latè serperet per Germaniã Lutherana hæresis, atq; adeò in Anglia permultorum capitæ graßaretur, Rex Henricus 8. in fidei Catholicæ & sacramentorum aßertionem præclarum uolumẽ edidit: quod cũ Leo pont. max. in Cardinalium suorum cœtu perlegisset, approbato collaudatóq; catholici regis iudicio, Regẽ ipsum posteros q; ad perpetuã pij instituti memoriam, fidei defensoris titulo insigniuit. Geor. Li.

Carolus Cæsar Mediolanum Gallis extorquet.

Idem Maseriam oppidum in Cãpania frußra obsidet.

Hisdinũ in agro Mormensi à Gallis expugnatur, arx deditione capitur.

Anno 1522. Carolus 5. Caleto in Angliã trajicit 8. Id. Iunij, magnificentissimoq; apparatu à Rege exceptus Lodinum intrauit: indeq; ad Vindesorium castrũ honorificè deductus, post aliquot dies ab Antonæ portu in Hispaniam soluit.

Leo pontifex moritur, Adrianus 6. Germanus Traiectensis, præceptor Caroli imp. moderatæ uitæ homo, papa 228. in eius locum suffectus. sedit menses 20.

Galli Fontarabiam in confinio Galliæ & Hispaniæ capiunt, & præsidio muniunt. Cæsariani Tornacum deditione recipiunt.

An. 1523. 8. Cal. Ian. Rhodos insula post longam obsidionem in Solymani Turcæ potestatem uenit.

Latronum manus in Gallia duce quodam Macloueo, qui se regem Guillotũ dicebat, nascuntur, & profligãtur: ipse dux trucatis prius manibus, capite plectitur.

Christiernus Daciæ Rex regno expulsus in Angliam profugit.

Anno 1523. Clemens 7. Florent. pontifex ordine 219. salutatus, præest rebus an. 11.

Borbonius magister Eq. in Gallia, cum aliquot Gallis nobilibus ad Cæsarem deficit.

Semina in terram iacta, in Gallia circa D. Martini

Martini festiũ gelu perẽpta: unde fames nata.

Troia in Campania Galliæ incendijs defor mata.

An. 1524. Carolus Sufforciæ dux in Anglia, traiecto in Galliam exercitu, Picardiam uastat.

Henricus 8. Angliæ rex à Clemente pontifice rosa aurea honoris causa donatur. G.L.

An. 1524. Claudia regina Francisci Galli regis uxor moritur.

Hoc an. Frãciscus Rex Gallus apud Papiã in Longobardia à Cæsarianis militibus in cõflictu captus est, et postea in Hispanias perductus: quem Cæsar anno proximo in Galliã remittit, duobus Regis filijs natu maioribus obsidibus receptis. Duces prælij de quo modò diximus, fuere Nicolaus Comes Salmensis, Georgius Frõsbergius Eques, Marcus Sittich, Dux Borbonienſis, Marchio Piſqueranus.

Eodem hoc anno in Germania horribiles, & antè unquam auditi motus à ſeruis ruſticis in Alſatia, Suenia, Frãcia, Thuringia, & in illis terris quæ ad Rhenum ſitæ ſunt, excitabantur. Motus hi magna ui & ãrmis principum ſunt repreſſi, adeò ut intra mẽſes ferè tres ſupra centena millia ruſticorum cõciderint in conflictu, non aliter atq; pecora trucidati. Porro Chriſtophorus Schaplerus quidam cognomento, duodecim articulos conſcripſerat de libertate Bellũ ruſticanũ. Schaplerus.

bertate Christiana, inter quos hic erat principuus, Tributa nõ esse pendẽda Magistratui. Ex hac doctrina, spe libertatis acquirẽdæ, maxima pars rusticorũ accensa, dicitur arma cœpisse aduersus legitimos Magistratus. In Mulhausen Thuringiæ oppido, concionator ecclesiasticus erat Thomas Monetarius. Is palã docuit restaurarurum se collapsum Ecclesiæ statum, gloriabatuŕq; priuatim sibi à Deo reuelationes fieri, & ad euertendam tyrannidem impiorum, gladium Gedeonis sibi commissum esse. Eduxit turmatim cohortes uulgi, iussitq; nobilium domos diripi, & monasteriorum bona cõpilari. Cæterùm dũ deprædantur passim plebeiæ copiæ sine ordine, deleuerunt eas Saxoniæ principes, & Lantgrauius Hessorũ. Monetarius & sociorum eius plerique capti sunt: & capite trũcati, pœnas impũ sui instituti dederunt. Monetarius hic primus autor extitit phanatici illius erroris Anabaptistarum, qui puerorum baptismum damnant, anabaptismum docent, iuramenta auferunt, omnia cõmunia faciunt, etiam uxores, aliosq; infinitos errores sub euãgelij prætextu passim seminãt.

Thomas Monetarius.

In hoc uersiculo utriusq; tẽporis, & de Frã eorum rege capto, & de strage rusticorũ ratio comprehensa est.

Captus erat Gallus, coëũt cũ rure cohortes.

Hoc tempore Ioannes Oecolampadius Basi-

lea, &

lea, & Vdrichus Zuinglius primum omnium scriptis libellis dānatū Berēgarij errorē renouarūt, in participatione cœnæ dominicæ nō dispribui uerū corpus & sanguinē Christi. Tametsi anno superiori idem hoc odiosum argumentum insanus homo Andreas Carolostadius iam antea proposuerat.

Ioā. Oeco. & Vlrichus Zuinglius Berēgarij errorem renouarūt.

Andreas Carolostadius.

Pax inter Reges Gallum & Anglum coit. Ferdinādus archidux Austriæ, Caroli 5. frater, Hungariæ & Bohemiæ rex designatur.

Anno 1526. à Solimano Turca cæsus est Hungarorum rex Ludouicus, Buda directa, Hungaria ferro & igne uastata.

An. 1527. à Duce Burbonienſi Cæſarianus exercitus Romā perductus est, urbs obsessa et capta direptaq;. dux Borbonius in oppugnatione sclopo percussus interijt. Pont. obsidionis ne cessitate coactus in Angelicæ arce captum sededit Cæsarianis: sed eū p singulari clemētia sua liberū dimisit Cæsar, ac pristinæ dignitati restituit, ut Christiam orbis publicæ trāquillitati consuleret. Quidam scribunt 40000. aureorum millibus redemptum esse ab hostibus. Annorum numerus in hoc districho est.

Borbon. dux.

Roma capta.

Altera post captos Gallos, populiq; furores
Aestas, te capta, Roma cruenta fuit.

An. 1529. Henricus 8. Angliæ rex, & regina Catharina Caroli 5. Cæsaris matertera, subortæ de matrimonij sui iure quæstione, cora Lau-

rentio Campegio & Thoma Eboracensi Cardinalibus legatis Londini causam dicunt.

Anno eodẽ Carolus 5. in Italiam profectus est, & summis honoribus à Principibus & ciuitatibus omnibus exceptus est.

Solymanus Viennã quanto exercitu obsederit.

Eodem hoc anno mense Octobri Turcicus Imperator Solymanus centena millia & circiter quadraginta millia in Germaniam perduxit, id quod ipsos postea gloriatos esse ĩ Cracouiẽsi urbe cõpertum est. Ac per aliquot septimanas Viennam Austriæ urbem obsedit, eamq; grauiter oppugnauit. Sed Palatin⁹ Comes Fridericus, dux militũ ab imperio designatus, magna celeritate collectum exercitũ miserat Viennam iam ante triduũ quàm urbs obsideretur à Turcis. Aderat his in urbe Vienna Palatinus Comes Philippus. proinde benigno fauore Dei sic est fortissimè defensa urbs Vienna, ut tyrannus Turcarum cum summo probro, & cũ maxima clade sui exercitus recedere coactus sit. Internuncius Polonorum dixisse fertur, circiter octoginta millia Turcarũ in oppugnatione urbis Viennæ deleta esse, partim etiam in fuga commeatus inopia & magnitudine frigorum perijsse. Obsidionis annum ex his uersiculis depræhendes.

Cæsar in Italiã quo uenit Carolus anno,
Cincta est Riphæis nostra Vienna Getis.

Maximilianus Sfortia Lutetiæ moritur, &

apud

apud Carmelitas sepelitur, an. 1530.

Franciscus Sfortia ultimus dux Mediolanensium Italiam turbat. Ei Christierni Regis Daniæ captiui filia Dorothea, Caroli 5. imperatoris ex Isabella sorore, cũ Mediolanensis ditionis dote in matrimonium traditur.

Leonora Caroli 5. soror Regi Gallo desponsata, ex Hispania cũ obsidibus regis liberis immenso auro redemptis in Galliã ueniens, maximo totius populi gaudio excipitur.

Florentia Cæsaris auxilijs à Clemente pontifice obsessa deditionẽ facit: & Clemẽs inclementer & inhumaniter in Florentinos sæuit.

Iac. Faber, Aug. Eugubinus, Io. Cochlæus, Philip. Melanchthon, Iodo. Clichtoueus, Ludouicus Viues, Bucerus, Vu. Capito, Gasparus Hedio, Simon Grynæus, multiq; alij tam in Gallia quàm Germania literarũ nomine innotescunt.

Hoc anno Frãciscus Valesius Gallorũ rex, ut bonarũ artiũ & literarum studiosissimus, Iano Lascare, Gulielmo Budæo, & Gulielmo ac Ioãne Bellayis fratribus hortãtibus, Lutetiæ doctissimos uiros honestis stipẽdijs publicos professores instituit: Iacobũ Tusanũ et Petrũ Danesiũ, Græcarũ literarũ: Franciscũ Vatablũ, & Agathiũ Guidacerium, & Paulũ Paradisum, Hebraicarum: Bartholomæũ Latomum, Latinarũ. Quam rẽ feliciter succedere

uidẽs, Petro Castellano anagnosta suo auctoare, prioribus alios insuper addidit: Orõtiũ Fineũ, & Paschasiũ Hameliũ, matheseos pfessores. Vidũ Vidiũ, medicinæ: Gulielmũ Postelliũ, peregrinarũ literarũ: Franciscũ à Vicomercato, philosophiæ. Quibus aut uita functis, aut spõte professionis munus deponẽtibus, alij alio tẽpore suffecti sunt Ioãnes Strazeli⁹ Danesio: Petrus Gallãdius Latomo: Ioãnes Calignius Agathio: Ioã. Mercerius Caliquio: Iacobus Sylui⁹ Vidio: Dionysius Corone⁹ Postello: Adrian⁹ Torneb⁹ Tusano: Bertin⁹ Comes Vatablo. Bertino comiti Rod. Bayn⁹ Anglus: oẽs uiri insigniter docti, et reip. literariæ cũprimis utiles.

Carolus Bononiæ à Papa coronat⁹.

An. 1530. 24. Febr. Carolus Cæsar Bononiæ à Clemente põtifice Imperij insignia accipit, solenni quadam magnificentia & apparatu.

Comitia Augustana.

Postea in Germaniam reuersus est, & prima die corporis Christi Augustã uenit, quo comitiorũ dies indictus erat. Venerãt eo potentissimi principes Germaniæ, à quibus summa uenerãtione exceptus est. Quanquã uerò uariè tentaret Cæsar controuersias in religionis causa componere, & in tranquillitatem restituere, nihil certi tamẽ uel effici uel cõstitui potuit in tãta diuersitate sententiarũ. Tandem uulgato edicto mãdauit uctercs ritus cerimoniarũ, & doctrinam usitatam in Ecclesia Romana retinendam esse.

Eodem

Eodē anno, die Octobr. 8. ingens, & nulla antea memoria hominum tāta uisa exūdatio facta est Romæ, eaq; circa 24. horas perduravit, atq; hac ipsa exundatione in Floræ campo ad longissimæ hastæ altitudinem stante, multa ædificia, muri, domus, bona demiq; corrumpebantur.

Ferdinandus XI. Germanus Cæsar.

ANno 1530. Ferdinandus Hungariæ & Bohemorum rex, Archidux Austriæ &c. Cæsaris Caroli frater, Romanorum rex creatus est, idq; ueterum Imperatorum exemplo, qui alios sibi cooptare solebant, ut certum successorem haberet Imperium, & mortuo altero ne quod dissidium, uel belli occasio suboriretur inter imperij principes. Electio hæc facta est Coloniæ anno 1530. Idem anno sequente, Aquisgrani coronatus est mense Ianuario. Ferdinā-dus Hun-ga. rex.

Eodem anno Cometes in Germania, Italia & Gallia uisus est circiter sextum diem Augusti: & primū aliquot diebus mane ante ortum Solis apparuit: inde secutus est Solem, & sub uesperū post occasum Solis circiter tres septimanas uisus est, usque ad tertium diem Septembris. Cursus eius fuit per Cancrū, Leonē, Virginem & Libram, ubi desijt uideri, neque apparuit amplius postea. Cometa uisus.

Heluetiorũ belli inter se.

Non multò pòst in Octobri exortum apud Heluetios bellum est. Nam à Tigurinis obsessa itinera erãt, ne uicinis eorum Zugianis, Vrianis, Suicianis Syluianis, & Lucernensibus frumenta, salem, aliosque commeatus quis posset apportare. Proinde hi arma ceperunt aduersus Tigurinos. Concursum est infestis signis, & tribus prælijs uicti Tigurini succubuerunt. In primo conflictu concionator ecclesiasticus Tigurinorum Vdalrichus Zuinglius cæsus est. Interea sedulò conati sunt uicini eorũ Argentinenses & Constantiani excusitatam tragœdiam inter confœderatos cõponere. Itaque post menses octo & septimanas sex tumultus constituit. Tigurinorum perierunt circiter quinque milia: ab altera parte numero pauci. Amborum ratio in hoc distichо est.

Occubuit patrio bellator Zuinglius ense:
Et pressa est armis gens populosa suis.

Ratisbonæ habita Comitia.

Anno 1532. Carolus Cæsar ex Brabantia in superiorem Germaniam redit, & in Maratio unà cum fratre suo rege Ferdmando Ratisbonam uenit, Comitiorum agẽdorum causa. Venerunt eò missi ex urbibus Imperialibus Legati. Aderant & principum plerique, aut saltem eorum Legati. tractatũ magno omniũ consensu est de præsidio mittẽdo aduersus Turcarum irruptionem. Et ut certatim auxilia possent parari ab omnibus ordinibus Imperij, ultrò

ultrò consensit Cæsar, ut pacis legibus constitutis, disceptatio cõtrouersiæ religionis prorogaretur. In hac pace facienda egerunt ex mandato Cæsaris, Episcopus Moguntinus Albertus, Comes Palatinus Rheni Ludouicus, Electores, cum Ioanne Friderico Saxoniæ duce, qui à patre suo Principe Saxoniæ Ioanne Electore missus erat, & cum Legatis Philippi Lãtgrauij Hessorum, & cum ijs qui Electori Saxoniæ, & Principi Hessorum obnoxij & coniurati erãt. Conuentũ celebrarunt primò Sueinfordiæ, deinde Norinbergæ. Neque uerò uel studium uel uoluntatem desyderare potuisses in tribus his principibus, Cardinale episcopo, Palatino, & Ioanne Friderico Saxoniæ Duce, ad stabilem quandam concordiam faciendam in totius orbis Christiani commodũ. Tandem uerò induciarũ tempus permisit Imperator usque ad futurum concilium: uel si hoc non cogeretur, ad futura comitia, in quibus de cõtrouersia religionis ageretur. Porrò in eodem hoc anno mense Iunio, ipso die Ioannis Baptistæ, Turcarum Cæsar Solymanus in Hungariam irrupit, & iuxta Belgradum in terram descendit copijs ducentorum millium instructus: & nihil quicquam tentans, in Austriam perrexit usque in mensem Augustũ. Tum uerò oppidulum Guns appellatum, in ipsis finibus Hungariæ situm supra dies 20. obsedit, & grauissimis

solymani altera irruptio in Germaniam.

Gũ 1513. oppugnata a Turcis.

grauissimis oppugnationibus inuasit, sed frustra. Nam postquam tredecies oppugnasset, ut luti factus uiribus discessit, sed hac lege, si dominus Nicolaus Iurichitz Hungarus, qui præerat oppidulo, sese prius dederet. tum enim oppidulum incolume, & omnes ciues saluos fore. Id quod non grauatè fecit Hungarus, ut uita & salus miserorum hominum in periculum non ueniret.

Cæterùm ubi Rom. Imperator Carolus 5. Turcicæ expeditionis accessũ certò cognouit, grauissimo mandato edito præcepit, ut Principes Germaniæ & omnes imperij ordines cũ quãto maximo possent exercitu Austriam peterent. id quod factum est. At uerò quantas quisque Princeps copias adduxerit, id certò cõpertum non habemus. Illustrissimus Princeps Marchio Ioachimus iunior Brandenburgensis, clementissimus princeps meus, ut qui dux erat constitutus inferioris Saxonici circuli, equites, & 4000. pedites Cæsari adduxit, & 10. Augusti Berlino egressus est: Ipso que die cùm exercitũ educeret, implumes Galli nacei pulli, uix ante biduum ouis exclusi, tomen diem & sequentem noctem clarâ uoce ceinerunt. Et quia id præter morem fuito quodam factum uidebatur, pro omine felicioris successus est indicatum. Descripsit id Georgius Sabinus his uersibus.

Ioachim. iunior Marchio Brandẽburgẽsis. Gallinacei implumes cecinerunt.

Cùm

Cùm patris educẽs Ioachim⁹ Marchio turmas
Castra profecturus signáque mouit equis,
Auspice qui cõtra pharetratos Cæsare Turcas
Acria pro Christi nomine bella gerit:
Ingrediente uiam cantantes principe pulli
Insolitum liquida uoce dedere sonum:
Præpete qui nondum uestiti corpore penna,
Ante duos sed adhuc oua fuere dies.
Hæc bona felicẽ portẽdunt signa triumphũ:
Augurijs faustum talibus omen inest.
Nã cum Thebanis uicti Lacedæmones armis
Sanguine fecerunt Leuctra cruenta suo,
Martis aues, læto uictoribus omine, galli
Prospera uocali gutture signa dabant.
Imperator ipse ex Italia quoque uocauerat in
Austriam Italorum & Hispanorum 20. millia, quorum Dux fuit Antonius de Leua cognominatus, prudentia & peritia rei militaris uir ualde insignis. Italici principes sua etiã præsidia miserunt, quibus præfectus Dux erat Mantuanus Princeps. Antoni⁹ de Leua. Dux Mãtuanus.

Ad hæc & in mari disposita erant ab Imperatore præsidia millium 50. qui nauigio terras Turcicas inuaderent. atque ita demum utriusque imperij in Oriente & Occidente summa potestas maximis contra se uiribus armatur. Certe iam inde post lapsum Romani Imperij Constantino Magno mortuo, nunquã copiæ maiores congressæ sunt, adeò ut ad perpe-

tuam

tuam quandam mutationem rerum spectare cuentus uideatur. Deus det Christianis, atq; adeò clementissimo nostro Cæsari uictoriam. Equidem spero impietatem Turcarum, quæ cum summa tyrannide coniuncta est, non modo ultionem sui, sed & euersionem regni Turcici breui esse allaturam, et id etiam fore multa uidētur indicia comprobare. Ego saltem hic non contemmenda quæda præsagia, quæ cognita sunt autoribus magnis, commemorabo obiter, & interim liberū unicuique permitto quid de illis uelit iudicare. Neq; alia de causa putaui adijcienda hic esse, nisi ut eorum saltē aliqua recordatio extaret. uidētur enim sententiæ tales esse, quæ negligi aut contemni prorsus non debent.

Vaticinia de Turcis.

Non diu ante occupatamà Turcis Constantinopolim, fuisse legi monachum quēdam nō longe ab urbe Constantinopoli, & eum natum Constantinopoli, & euersuros regnum Græcorum, uerùm statim post annos octoginta amissuros esse Constātinopolim iterū, & delendos Turcas in Europa. Id uerò tempus in proximo anno completum est, ex quo Constantinopolim Turcæ ceperunt.

Laurentius.

Quin & peritissimus quidam Astrologus apud Neapolitanos, Laurētius Miniatensis,

sis, Pontani præceptor, ante annos 60. in 3. libro suo hos uersus scripsit de Iouis & Saturni sis, Astro coniunctione in Cancro, quam ille futuram dilogus. cit, & fuit anno iam exacto millesimo quingentesimo quarto.

Illa autem nostris iam iam uentura sub annis
Est melior, nostræ legis uix pauca refringet,
Aspera quæ nimium sacris & dura ferendis
Et genus omne mali tollet, pompásque sacrorum:
Ac regem dabit innocuum, qui terminet orbẽ,
Et reget imperio populos, gentemque rebellem
Imperio subdet, toti & dominabitur orbi.

Obseruatione dignissimi sunt hi uersus, & ego ob gloriã clarissimi Cæsaris eos nolui prætermittere. Etenim quæ laus esse eminentior potest in Cæsare, quam quòd uocat eum regẽ innocuum, quemadmodũ & à Liechtebergio honestissimè dictum est:

Pudicus facie regnabit ubique.

Magdeburbi iam ante annos 100. latina Chronica scripta reperiuntur, in quibus hæc uerba sunt: Ex sanguine Caroli Cæsaris & regum Galliæ imperator orietur Carolus dictus. dominabitur is in tota Europa, per quẽ & Ecclesiæ collapsus status reformabitur, et uetus imperij gloria restituetur. Nam ueniet populus, qui dicetur populꝰ sine capite, & tũc uæ sacerdotibus. Nauicula Petri uim patietur

tur ingentem, sed conquiescent tandē fluctus, & fruetur uictoria. Imminebunt horribiles mutationes omnium regnorum, & monachorum æstimatio peribit. Bestia Occidentis, & Leo Orientis dominabuntur in toto mundo, et perābulabunt Christiani in securitate annos 15. Asiam. postea uerò horribilia de Antichristo audientur.

Abbas Ioachim in fine Ieremiæ ait: Veniet Aquila grandis, quæ uincet omnes præter unum, qui tandem contemptus à populo relinquetur.

Item & aliud uaticiniū reperio, quod minimè obscurū est. Excitabitur Cæsar, perinde ac homo dulci sōpore correptus, e sōmo: hic reputabitur ab hominibus ueluti mortuus, & ascēdet super mare magnum, & inuadet Turcas, ac uincet eos: uxores & liberos eorum ducet captiuos. Ingens metus & terror magnus obruent Turcas: mulieres & pueri eorum lamentabuntur, & querelas effundēt: omnis terra Turcarum tradetur in manus Romani Cæsaris. Audiui ex Lusitano quodam, Astrologum quendam dixisse Ferdinando Cæsaris nostri proauo, ab Hispaniarum rege Turcicum imperium domandum ac euertendum esse, & hunc ipsum regem interpretatum esse de Ferdinando, sed respondisse Ferdinandum, se id non esse facturum, sed haredes suos posteros.

Alia

Alia quæ præterea restant indicia, ea nunc prætermitto. Deus misericordiarum pater largiatur Christiano orbi gratiam & uictoriam propter gloriam diuini nominis sui. Amen.

Porro quæ iam accident, obseruabũt haud dubiè homines magni & prudentes qui iam unà in expeditione sunt. Ea uerò quæ de apparatu expeditionis comperta mihi fuere, recensui: ideóque nunc huius scripti finem facio.

HVC VSQVE CARION.

SVPPLEMENTVM, SEV APPENdix ad præcedentia.



N mense Septembri anni 1532. iterum Cometes uisus est per aliquot septimanas, duabus horis mane ante exortum solis, & ad Orientalem plagam. Cùm ego uiderem, in Virgine (ni fallor) erat, & radiante caudam protendebat inter meridiē & Occidentē. Iam uero ob tristiorem & nubilū aspectum aëris per dies aliquot in hisce regionibus uideri non potuit. Cæterùm quis non iudicavet formidabile esse, ferè intra unius anni spatium duos Cometas apparuisse? & cùm iluxerit superioris anni, nimirū 1531. Cometes non sine clade Oriētis et Septentrionis (nā illis partibus minari uidebatur. Etenim in Hungariam & Austriā Turcarū tyrannus irrupit: Rex Christiernus magna classe in Daniā profectus ad repetendum regna sua, dedidit se in manus patrui sui Frederici regis Danorū: utem & Christierni regis filius, qui in Cæsaris aula alebatur, obyt) profectò metuendum erat & huius anni 1532. Cometen Italiæ & Rhenanis partibus magnum malum portendere

Deus

Deus tamen Opt.max.ex immensa sua benignitate terrores istos in melius cõuertit. Nã hoc ipso anno Solymano Turcæ cum exercitu numerosissimo Viennam obsidenti occurrens Carolus V.imp.cum omnibus Imperij ordinibus,retro eũ unde uenerat turpiter fugere cõpulit,cæsis ex illorũ numero ad 14000.millia.

Hoc ipso anno mens.Octobri Reges Gallus & Anglus Boloniæ & Caleti conueniunt,fœderaq; sanciunt.

An.1533.Catharinæ reginæ Angliæ,Cæroli V.Cæsaris matertera post annos amplius uiginti quàm nupserat,à Rege indignè repudiata,Annaq; Bolenia,contra decernente Clemẽte 7.Pont.Ro.pro uxore habita,& solẽni cerimonia Londini coronata 4.Cal.Iun.

VII.Idus Septembris Elisabeta Annæ Boleniæ filia nascitur.Maria Catharinæ filia hæreditario principis titulo se abdicare coacta. Georg.Lia.

Clementis papæ & regis Galliæ ad Massiliam conuentus,in quo præter cætera Pontificis neptis Catharina Medicis Henrico Valesio Galli Regis secundo filio Aureliorum Duci despondetur.

Eodem anno alius Cometa apparuit circa finem mensis Iulij usq; in Augustum, extra Zodiacum, non procul à Perseo, caudam æquantem in longitudine octo ferè gradus proiciens

ijciens uersus Occidentem. duravit dies ferè quadraginta.

Anno 1534. XVIII. Octobris Sacramentariorum secta in Gallia innotescit, sparsis affixis q; & in aula regia Parisijs, & alijs urbis locis passim libellis famosis, qui sacrosanctæ Eucharistiæ honorem reuerentiam q; eleuarēt. Eadem labes aliquot etiam alijs Galliæ locis deprehensa est: & mense Ianuario rursum Lutetiæ in Palatio regio, foro causarum, passim inuenti sunt libelli ea de re conscripti. Proinde rex uehementer commotus, quanta maxima potuit religione atque cerimonia indictis solennibus supplicationibus scelus hoc expiauit, pedes ipse aperto capite piacularem facem ardentem gestans: pone sequentibus Regina Leonora, regnq; liberis, & aulæ primoribus, omnique populo: qui & concione pomeridiana omnes ad exterminandam eam hæresim, nulla ratione aut generis aut amicitiæ habita, hortatus est, testatus etiam, se uel suum sibi brachium recisurum, si ea occasione infectum putaret. Sontes deprehensos uiuos exuri iussit.

Rex Gallus hoc anno Legionarios passim in regno suo ueteri Romanorū more instituit, in omnem euentum: ipseq; de illorum disciplina militari librum edit

Eodem anno Elisabetha Barthonia mo-

nacha.

nacha in Anglia multa de rege sinistrè in uul gus uaticinata, cum aliquot sacrarũ literarũ professoribus Lõdini laquei supplicio necatur.

Concilio Parlamenti Vuestmonasterij 3. Non. Nouemb. coacto Rex Anglus sibi tanquã supremo capiti ecclesiæ Anglicanæ, sacrorum prouentuum amatas, ut uocãt, decimasq; persolui imperat, monachos proscribit, & pontifici obedientiam renuntiat: unde & ab illo etiã publicè excommunicatur.

Monachi Carthusienses tres regis Angliæ decreto reclamãtes, extremo supplicio affecti. Georg. Li.

Eodem anno in principio Ianuarij horrenda illa Anabaptistarum secta uirescere & crescere cœpit in Vuestphalia, qui adiuti à quibusdam factionis suæ hominibus, per seditionẽ & uim Monasterium Vuestphaliæ urbem occuparũt: quã quasi Capitolium quoddam aut arcem Sion pararunt, & nouam Hierusalem uocarunt, ibi omnibus ciuibus qui huic sectæ aduersabantur, eiectis, & peculiari regno contra ciuilem & ordinariam potestatem constituto (sic enim facilius se errores suos gladio & ui latè spargere & propagare posse sperabãt) regem ex se ipsis creauerunt sartorem quendã, qui pro libidine sua complures uxores duxit, quarum aliquæ postea illius mandato sunt decollatæ. Habuit hic rex suos Consiliarios &

Prophetas, qui absurda & inusitata multa quæ proponebant, sibi per somnum diuinitus reuelata esse dicebant. Atque miseri illi homines adeo agrestem & beluinam uitam duxere, tãtamq; turpitudinem exercuere, ut me uerbis pudeat exprimere: unde & omnes facilè colligere possunt, Satanam per eos locutũ & tumultuatum esse. Humanum enim esse non potest, cùm omnes humanas ordinationes, uirtutem, honestatem & disciplinam sustulerint, et prorsus aboleuerint: sed est horrendum diuinæ iræ exemplum super eos qui ueritatem, & ueram Dei agnitionem contemnunt, quomodo à Deo deserti, in uarios errores incidant, & ad flagitia ingentia à Satana propellantur.

Porrò cùm iam magna multitudo hominũ in urbe congregata esset, Lantgrauius Hessiæ seditiosos illos & Episcopum Monasteriensem amicè inter se placare & reconciliare studuit. Verùm cùm hoc frustra tentatum esset, neque ulla admonitio locum haberet, Episcopus seuerius quàm antea & ui contra eos agere coactus est. Multorum igitur principum auxilijs adiutus, nempe Archiepiscoporum Coloniensis & Treuirensis, & ducis Gheldrensis, itẽ Lãtgrauij Hessiæ, urbem cinxit obsidione. Vbi illi summis ut poterant, uiribus se defendentes, obsidionem usque in annum proximè sequentem pertulerunt: etsi interim magna fame uexarẽtur.

tur, ita ut & senes decrepitos & imbelle uulgus eiecerint è ciuitate, ne alijs commeatus deeßet, qui egreßi, herbas & gramina, ut bruta, depascebant. quapropter milites misericordia moti, eos ad deditionem urbis aimcè hortati sunt. Sed obstinati spiritu, et prophetijs quibus agitabantur, urbem dedere noluerunt, donec tandem ipso die Ioannis Baptistæ, anno 1535. nõ sine proditionibus portæ urbis apertæ sunt. Vbi omnes hosti resistentes interfecti sunt, & rex ipse & eius cõsiliarij Krechting & Knipperdillincg capti, & proximè sequẽti an. 1536. ignitis forcipibus lacerati, & è turri in caueis ferreis alijs in exemplum & terrorem suspensi sunt. Hæc breuiter dicere uolui de horrẽda illa seditione Monasteriensi, quæ omnibus posteris proponatur, ut falsam doctrinam & seditiones fugiant, & in timore Dei uiuentes, ueræ doctrinæ & paci studeant.

Anno 1534. Thaamas Persarum Sophi à Turcis Tauride urbe exutus, fugatusq; mox astu & calliditate urbem recuperat, et Turcis grauiter cæsis fusisq; 16. millia equorum, 18. millia Camelorum, & instrumenta militaria nõ pauca aufert, peditum Turcicorũ 30. millibus cæsis, quæ pugna ad Euphratem pugnata est.

Hoc anno Vlrichus dux Vuirtenbergensis adiutus à Philippo Lantgrauio Heßiæ principatum auitum recuperauit, ubi & omnes ac-

Eliones & diſſenſiones optimè ſunt tranſactæ & compoſitæ.

Poſt Clementem ſeptimum, qui in Septembri huius anni ueneno periit, & 11. Octob. electus eſt papa Paulus 3. antea dictus Alexander Farneſius, Oſtienſis epiſcopus, ſenio ferè confectus, ſeditq; an. 15.

Ann. 1535. Chriſtianus dux Holſatiæ, rex Daniæ creatus eſt, cũ iam totum regnũ contra Lubecenſes uindicauerat, capta Hafnia metropoli eius regni. eſtq; coronatus ab Ioãne Bugenhagio paſtore eccleſiæ Vuittenbergenſis.

Anno 1535. rex Gallus apud Germanos ſe purgat uel de fœdere Turcico ambito, uel Germanico contempto: quod criminabatur Carolus imperator.

Rotæ ſupplicium hoc anno menſe Ianuario primùm in Gallia aduerſus latrones decernitur.

Menſe Februario Rex Gallus omnes exteros principes circum ſe bello accingi uidens, de parando etiam exercitu cogitans, ne plebeculam grauet, ab eccleſiaſticis ſubſidia quærit.

Calendis Mart. Ionas quidam præfectus triremium Maſſilienſium maieſtatis reus Lutetiæ capite plectitur, & caput in portu Maſſiliæ edito loco palo infixum proponitur.

Anno 1535. menſe Iunio Carolus V. in Africam

fricam traiciens, Tunetem (quæ olim Cartha go erat) Solimano Turcæ extorquet. Gouletã arcem expugnat, regnumq; Tunitium totum recipit, & regem Altzachenum antè pulsum restituit. Monst.

Barbarossa pirata Turca maria infestãs, ab Andrea Doria præfecto classis Cæsarianæ superatur. Hed.

Rex Gallus recensitis legionarijs suis armatisque ius suum in Sabaudia persequitur, & Allobrogum oppida q̃ plurima, arcésque ferè omnes & Taurinum occupat, Vercellasq; obsidet, sed paulò pòst obsidionem soluit.

Reuersus ex Africa Cæsar, Romam magno triumpho ingressus, à legato regis Galli Cardinale Lotaringo de pace inunda compellatus coram Pontifice, parum æquis auribus hominẽ excipit, & ad hoc minas addit, se regem ad inopiam & ignobilitatem redacturũ.

Marchio Sallucianus à Gallo ad Cæsarem deficit.

Ioannes Fischerius Roffensis episcopus in Anglia, à Paulo 3. pontifice max. Cardinalis declaratus, & Thomas Morus, quia Catharinæ reginæ repudium sua autoritate approbare recusarẽt, & Regi supremi capitis ecclesiæ autoritatem sibi assumenti nollent assentiri, capitis supplicio sunt affecti.

Sub huius anni finem Franciscus Sfortiæ

ultimus dux Mediolanensis moritur. Eius relicta Dorothea Christierni regis Dani filia Friderico Comiti palatino, non sine Cæsaris assensu, nubit.

Circa hæc tempora Franciscus Delphinus in Gallia moritur, veneno (ut putatū est) sublatus à Sebastiano quodam à monte cucullo, qui & hoc nomine Lugduni pœnas dedit.

An. 1536. Cæsar Galliæ Prouinciam Narbonensem inuadit, castris ad Aquas Sextias fixis. Rex contrà Cæsari occurrens, ad Auenionem castra locat, & Cæsarem omni commeatu, & spe ulterius progrediendi prohibens, eò desperationis adducit, ut fame & dysenteria bona exercitus parte amissa, in Italiam re infecta redierit. Cæterùm alia parte Galliæ Cæsariani Duce Nassouio in Picardiam irruunt, Castrum Turpigniū expugnant ac diripiunt, suspēso è foribus castri præfecto: Guisiam & Ribemontē incendunt: Fanum Quintini & Peronam obsident, frustra, cùm qua die Cæsar è Prouincia Narbonensi se in Italiam recepit, eadem die obsidionem soluerint.

Non est hoc loco silentio inuoluendum sirenuum fœminarum Fani Riquerij oppidulj in Picardia, exemplū. nam cùm & ciues & milites præsidiarij admodū pauci essent, & grauiter à Domirino quodam signifero in exercitu Ruthi Ducis Cæsariani, opprimerentur, hostibusq;

stibusq; ceßuri uiderentur, fœminæ muris admotæ, aquis feruentibus, cineribus ignitis carbonibus permixtis, saxis, sudibus, & quicquid præsens necessitas hortabatur, hostem tanquam Lacænæ quædam fortiter repulerũt, & duo signa hostibus extorta in ciuitatem retulerunt: coactusq; est Dominicus magno suo pudore ac damno inde abscedere.

Castrum Desuerneum à Cæsarianis captũ, & præda refertum, industria & diligentia principis Biesi, qui tum recens ex Prouinciæ Galliæ redierat, recuperatur.

Catharina Angliæ regina repudiata, non sine ueneni suspicione moritur mẽse Ianuario. Maio sequenti Anna Bolenia, (de qua suprà an. 1533) adulterij dãnata, unà cũ Georgio fratre Norresio Vestenio, Breertono & Marco nobilibus capite plectitur. Altero pòst die Rex Ianam Semeriam tertiam uxorem ducit.

Lincolnienses & Eboracenses populi in Anglia hoc anno innouatum regni & religionis statum ægrè ferentes, præterea & frequẽtibus pecuniarum exactionibus à Rege oppressi, coacto ad quinquaginta hominum millia exercitu, sacram expeditionem militiam suam appellantes, contra Regem copias ducunt. Sed Regijs ducibus pugna abstinentibus, ac simulatis interim futuræ concordiæ conditionibus à Rege oblatis, ab armis discedentes, seueriß-

ma

ma paulò pòst animaduersione trucidantur: duces eorũ aliquot ex nobilitate, uana recõcili atæ gratiæ opinione decepti, necatiq;. Geor. Li.

Iacobus 5. Rex Scotus traiecto mari, fœdus antiquum Scoticum cum Gallo cõfirmat, & ex aula Gallica Magdalenam Francisci Valesij filiam natu maiorem Calen. Ianuarij Parisijs uxorem ducit, & paulò pòst in Scotiam auehit, quæ anno sequente tabe interijt.

Antonius à Prato, Galliæ cancellarius, Legatus pontificis & Cardinalis ac episcopus Senonensis moritur.

Moritur & Erasmus Roterodamus, uir doctissimus, Basileæ, mense Iulio annos plus minus 70. natus.

Alexander Medices Florentiæ dux nihil tale suspicans, noctu à Laurentio propinquo suo proditiose necatur.

Badurius rex Cambaiæ in India ab Aimano Ariæ Carmaniæq; rege grauiter pressus, Lusitano se regi uectigalem facit, ut sibi suppetias eat.

Anno 1537. Nassouius Cæsariani exercitus dux iterum Picardiam inuadit: Cui Galli occurrentes, Auchianã arcẽ deditione capiunt, urbem Hisdinum expugnant: & arcẽ obsidione cingentes, tandem deditione eam recipiunt. Gallus eã & opere & præsidio ualidiore munit. Iámque uelut re confecta Galli ad suos se

recipi

recipiunt, cùm exercitus Cæsarianus repente Fanum Paulidu ce Comite Burensi expugnatum captumq; incendit. Quam etiam calamitatem Monstrolium, cum deditione in Cæsarianorum potestatem uenisset (quippe haud satis aduersus nim munitum) igne iniecto passim est, ciuibus tamen prius emissis.

Inde & Morini à Cæsarianis grauiter oppugnati, ac cùm id frustra esset, obsessi, tam fame ingruente, ab Henrico Delphino mira fortitudine, commeatu præsidióque recente, non sine damno tamen, recreati obsidione etiã hostili liberantur, decem mensium inducijs utrimque pactis.

Idem Delphinus copijs numerosis in agrũ Taurinensem inductis, Suzam, Mõcallerium, arcésque alias & oppida expugnans Cæsarianos longe ultra Padum summouet.

Inducię triennales inter Gallos Cæsarianosq; pactæ.

Cæsar cum Danis Norueguisq;, & alijs Orientalis Germaniæ gentibus quadriennales inducias paciscitur.

Parisijs contra portam D. Antonij turris Billiaca ad Sequanã, in qua magna uis nitri, sulfuris & bõbardici pulueris asseruabatur, fulmine tacta funditus eversa est mense Iulio.

Paulus 3. Pont. max. Reginaldum Polum Margarita Edouardi 4. Angli regis nepte genitum

uitum, Romæ 10. Calend. Ianuar. Cardinalẽ declarauit: quem paulò pòſt ad ſanandam Hẽrici regis mentem in Anglia legatum miſit. Sed is cùm in Galliam peruenisſet, de immanni regis ſæuitia præmonitus (quo miſſo ad Frãciſcum regem Gallum cum mandatis Brianio, ut reiecta legatione, legatum ipſum captiuum ad ſe in Angliam mitteret, poſtulabat) ex Gallia in Flandriam deflexit: & Camerici aliquandiu commoratus, Leodium tandem peruenit: ubi per aliquot menſes ab Erardo à Marchia Cardinale honorificentiſſime acceptus, deinde Romam redyt.

Iana Semeria Regina Angliæ 4. Idus Octobris Edouardum filium enixa, 12. poſt die moritur.

Solyman⁹ de Germanis ac Bohemis in Croatia uictis triumphat, & captiuos noſtros trucatos naribus ſuorum ludibrijs exponit. Ea clade 60. tormenta bellica noſtri amiſere, quæ Conſtantinopolin auecta ſunt.

Romæ tonitruũ tempeſtuoſum præter temporis ſtatum auditum eſt.

In ſuperiore Germania ingens & intempeſtiua aquarum inũdatio exaſtuat.

Nouiomagenſes cum aliquot alijs in Gheldria urbibus ſuſpicati Carolum ducem ſuum Gheldrenſem conari ut ſe in Gallorum poteſtatem reduceret, Gulielmum Ducis Cleuenſis

filiũ

filium Ducem suum creant, qui & materno iure eum principatum sibi uendicabat. Carolus anno sequenti uita defungitur.

Anno 1538. die 18. Ianuar. conspectus est Cometa uesperi post occasum Solis, qui in piscibus uidebatur constitutus, caudæ ortum respiciente, & statim subsecuta est mors Georgij ducis Saxoniæ. Anno quoque sequente 6. Maij alius Cometa apparuit in Tauro non procul à capite Draconis, qui tribus ferè diebus septimanis.

Hispani duce Marchione Guastio, Pedemontium inuadunt, urbem Quieri capiunt: at superueniens Galliæ Delphinus eos reprimit, & Suzam ac castrum Villianum & Moncallerium capit.

D. Thomæ marty. sepulchrum Cantuariæ in Anglia, multorum regum ac principum donarijs olim insigne, iubente rege destruitur, sublatis donarijs, & prophanata D. martyris memoria. hoc ipso tempore direptis ac diruti per totam Angliam monasterijs, Monachi omnes uestem mutare coguntur.

Mense Decemb. Excestriæ Marchio, Edouardi 4. ex filia nepos, Hericus Mõtacuti regulus & Edouardus Neuillius, quia regis impietati minus fauere uidebãtur, nullius interim grauioris criminis comperti, capite damnantur.

Redingius Glacosnensis & Cloceströsis abbates

bates necatie Geor. Lil.

Isabella Imperatoris Caroli uxor fato concedit, die prima Maÿ.

Eodem mense, nempe Maio, Pontifex, Galliæ rex, & Imperator, ad Niciã conueniunt, & cùm de conditionibus cõuenire non posset, decemales inducias paciscuntur, ut à bello utrinq; abstineretur, & mercium communicatio hinc inde tuta ac libera esset.

Aenobarbus Turca pirata in littore Amphracio graue naufragium faciens, ad 30. hominum millia amittit.

Anno 1539. Gandauensibus in Flandria tumultuantibus, & re iam ad defectionẽ stante, Carolus imp. ex Hispania per medias Gallias, accepta Frãciſci regis fide, non minore nobilitatis plebisq; applausu, uenerationeq; ubiq; acceptus, quã si naturalis ac Germanus Galliæ dominus esset, in Flandriam cõtendit, Gandauum hæreditariam suam ditionẽ (ubi & natus) cum armatis aliquot ingressus, seu ditionis autores capite plectit, & præterquã quod cuncta illis quæ superbiam ac rebellẽ ciuitatem facere solet, adimit, insuper & D. Bauonis monasterium in arcem communire illis ipsis præcipit, ubi præsidium locetur domandæ insolentiæ ciuium si qua suppullularet.

Anno 1540. Guilielmus Cliuensis dux fide à Ferdinãdo Caroli imp. fratre accepta Gã-

da-

dauum uenit, Cæsarem salutaturus, cuius indignationem incurrisse uideri poterat, quòd se Gueldrensem Ducem inaugurari iniussu illius passꝰ esset, quòd nuptias Cæsarianæ neptis aspernari uideretur, iam inde suspectus, quòd externa fœdera sequeretur. Itaq; contemptim à Cæsare acceptus, retrò unde uenerat, abiit.

Eodem anno Cliuensis dux Ioannes moriẽs Guilielmum filium hæredem sedulò monet ut Cæsarem officiosè colat, externas amicitias ne ambiat.

Thomas Cromcuellus in Anglia malis artibus summam authoritatem in aula consecutus, & regi per aliquot annos à cõsiliis omnibus intimus, Essexiæ comitatu donatus. Iunio mense in publico foro multis criminibus obiectis capite plectitur.

Anna Guilielmi Ducis Cliuensium soror quarta Regis Angli uxor accita, paulò pòst coniugali toro repudiatur, & Catharina Hæuarda Ducis Norfolciæ ex fratre neptis, quinto iam inde matrimonio Regi coniungitur.

Rhodiensium militum religio in Angliæ tollitur, fundis Regio fisco addictis.

Arthurus Plantageneta in Anglia Edouardo rege genitus, cum Honoria coniuge perpetuis carceribus damnatur.

Lusitani i India magna uictoria potiũtur.

Philippus Chabotius Franciæ Admiralꝰ

dus peculatus dānatus, beneficio Regis in integrum restituitur.

Pontifex legatos suos Cardinales certa cū instructione in Germaniam mittit pro reducē da religione antiqua.

Ioannes Vayuoda Hungariæ rex moritur, relicto infante sub tutela Georgij Monachi, qui statim Transsyluaniam totam, Budam, Pestam, & quod reliquum in Hūgaria Vayuodæ patri paruerat, in pueri uerba iurare coēgit. quod intelligens Ferdinandus Cæsaris frater, comitijs quibus Haganoæ illius nomine præsidebat, relictis, cum exercitu Budā obsidet, à qua, Turcico exercitu quàm maximo superueniente funditur & fugatur, cæsis ferè in Danubij transitu omnibus suis. Turca potitus Buda, Vayuodæ filium cū matre in Transsyluaniam relegat.

Huius anni æstas ualde torrida & sicca fuit suprà æstates multas præcedentes. Fuit et uini preciosissimi ac fortissimi passim etiam in locis abiectissimis copiosus, & siliginis toleravabilis prouentus, sed fieni, olerum, & reliquarum rerū nascētium ex quibus esculenta confici solent, propter ingentem siccitatē magna fuit penuria. Multi eius caloris & siccitatis causam fuisse iudicant Cometam eo anno cōspectum, & eclipsin Solis magnam, quæ accidit sub initium æstatis septimo die Aprilis, cuius

ius initium fuit ante ortum Solis, & durauit duabus horis integris post solis ortum.

Adeoq; multis in locis crebra incendia exti terũt, & de multis tanquã de incẽdiarijs supplicia sumpta sunt.

Eimbeca Saxoniæ ciuitas tota exusta est.

Hoc anno 17. Cal. Septembris Guilielmus Budæus Parisiensis, uir citra controuersiam Græca Latinaq; eruditione cõsummatissima, relictis undecim liberis, anno ætatis suæ 73. mortuus, noctu (ut ipse anno ante testamento præscripserat) sine ulla pompa funeris, unico lumine præeunte, comitantibus doctis quamplurimis elatus, in æde diui Nicolai capestris sepelitur.

Haganoæ primũ & deinde Vuormaciæ comitia habita, resistẽdi Turcarũ incursiombꝰ, & pacis Germaniæ retinẽdæ causa, ac de religione: ubi præsidentibus Friderico Palatino et Granuella Cãcellario Cæsaris, de uno & altero capite ex cõtrouersijs religionis disputatum est à Melãchthone Protestatiũ, & Eccio Catholicorũ partes defendente. sed propter Ferdinandi absentiam res imperfecta ad proxima Ratisbonensia prorogata est.

Anno 1541. mense Aprili Carolus imp. & legati Pontificis ac Regis Galli, & uiri doctissimi utriusque religionis, Ratisbonæ conue-

ueniunt Turcæ & religionis gratia: ubi disce-
ptatores terni utrinq; deliguntur: quibus li-
bellum Cæsar proponit accuratè descriptum,
cui quod æquum bonumq; uideretur, adderet
ipsi aut detraherent. Erant ex omnibus in u-
niuersum controuersijs articuli uiginti tres.
Penè iam conueniebat, & Protestantes quæ
addenda putarent, attulerant: cum Contare-
nus Pontificis legatus rem omnem ad Conci-
lium reijciendam asserit, nec quicquam absen-
te pontifice in ijs statuendum esse, maximè in
quibus ab ecclesiæ Romanæ consensu desisce-
rent Protestantes. Itaq; res ea ad concilium
futurum remittitur. Bellum decernitur sum-
ptibus imperij terra & mari gerendum con-
tra Turcam.

Guiliclmus Cliuensis ad Regem Galliæ de-
ficit, despõsa illi Margarita regis Nauarræ fi-
lia, ex Margarita sorore Regis Francisci pro-
gnata.

Appetierunt & fœdus Gallicum, Danorũ
rex Christianus, & Sueuiæ Gustaus, quòd cũ
Imperatore transigere posse nõ sperabant: qui
& Regium Galliæ ordinem honorificè ab Re
ge acceperunt.

Cæsar Fregosius Ligur, & Antonius Rin-
conius Hispanus Francisci regis legati Vene-
tias proficiscentes, à Cæsarianis intercepti, cru
deliter necantur.

Caro

Carolus Cæsar sub hyemis principium in Aphricam traiecta classe ut Argeriam expugnet, naufragium facit, damnumq; magnũ recipit tempestate maris, & uentorum ui. Nã partim fractis, partim submersis nauibus circiter 130. & infeliciter pugna terrestri commissa, uix ipse incolumis euasisse dicitur.

Guilielmus Poietus Galliæ cãcellarius sordium corruptelæ & cõpilationũ reus ordine mouetur, et ære grauissimo mulctatus, carceri quinquennali mancipatur: ubi sacris initiatus, tandem benignitate regia liberatur, & priuatam uitam inglorius haud ita multò post terminat.

Margarita Sarisbiriensis Georgio Clarentij Duce Edouardi quarti fratre germano nata, præter antiquum nobilitatis decus, toto uitæ suæ cursu sanctissima, septuagenaria maior, in Anglia iussu Regis capitis supplicio affecta.

Imperator cum imperij confœderatis exercitum magnum in Hungariam mittit contra Turcam, ductore Ioachimo Marchione Brandemburgensi ut Budam recipiant: uerùm ad Pestam nostri re infeliciter gesta fusi fugatique sunt.

Dux Brunsuicensis è ditione sua per cõfœderatos in Germania principes & urbes eiec-

ctus, in Hispaniam ad Cæsarem se confert.

Anno 1542. Rex Gallus cum Cæsare de legatis suis præter ius gentium cæsis expostulãs, satis fieri sibi cupit, & Mediolanum tandem post tot tergiuersationes reddi. Porrò cum nihil Cæsar responderet quod è re esset, bellum longè cruentissimum excitatur. Longoualius dux Gallicus ad Guilielmũ Cliuensem Regis Nauarræ generum in Gheldriam profectus, adiũcto sibi Martino Rossemio copiarũ duce, conscriptisq; ad 14. millia militum (quorum mille equites) Brabantinorum agros passim populatur, arces & oppida uastat, loca munita ære mulctat, Louanienses penè in deditionẽ terrore cogit, & Antuerpiæ etiã suburbia diripit incenditq; : Principẽ Aurisiacũ cæsis aut captis tribus Germanorũ millibus equo peruenientissimo fugientẽ tantùm nõ comprehendit.

Cæsariani parte alia Cliuensem ditionem passim infestant, arces & oppida munitiora capiunt, inter quæ & Hymbergũ, de quo expellere eos Cliuẽsis dux nequit, cũ habito Ruremundæ delectu, alijs ex omnibus locis facilè depulisset. Porrò Cæsariani an. seq. dũ Hymbergi inclusis arcta fame pressis cõmeatum inferre nolũt, magnã offensionẽ faciũt, equitatu à Cliuẽsibus in fugã uerso, peditatu cæso, commeatu erepto, bellicisq; tormẽtis oĩbus amissis.

Carolus Galli regis filius, dux Aurelienſis,

Yuoid

Yuoidio expugnato, etiam Arlunum, Viroetonium, Lucemburgũq;, & omnes eius ducatus arces & oppida capit, munitq;.

Dux Vindocmẽsis Galli legatus in Picardia, arcem Tornebã in Belgica septentrionali captã solo æquat, Rentiũ Comitem, Flandrorum ducem, fundit fugatq;: Literiũ oppidulũ in Arteſia cum aliquot caſtellis capit.

Perpenianum in Hiſpaniæ & Galliæ confinio ſitum ſiuſtra Gallus Cæſarianis extorquere cõtẽdit, ſub autũni finem aquis magnã ui inundantibus, caſtraq; turbantibus, & uẽtorũ procellis arcna miſtis uel ſpirandi facultatem adimentibus, ac uidendi.

Rupellani in Gallia, & marinæ aliquot in ſalæ propter ſalinariũ uectigal tumultuãtes, à rege armato ſedantur, ſeminarijs rebellionis extinctis, ſupplicibus uenia data.

Catharina Hauarda Angliæ regina cum Durantio et Culperio nobilibus adulterij imſimulata, capite plectitur: & Catharina Pauia uidua ſexto matrimonio Regi copulatur. Geor. I.i.

Bellum inter Scotos & Anglos terra mariq; geritur.

Spiræ comitia rurſum habentur de ſubſidio contra Turcam ferendo, coactæq; ſunt copiæ, ſed nullo aut paruo fructu, fame morbiſq; in exercitu ſæuientibus. In eo conuentu pontifex

fex mentem suam de concilio indicendo per Antistitem Mutinensem aperit, ut de loco deliberetur.

Sub finem Septembris hoc anno locustarũ uis ingens tanquam nubes quædam multis locis uisa, quæ initio alis carentes, pòst quatuor adipiscebantur. quæ uno agro depasto, mox inde auolantes, alium atq; alium subinde occupabant, omnia humi nascentia absumentes: præterquã quòd uitibus haud ita multùm nocere potuerunt. Ea calamitas agrum Mediolanẽsem peruasit. Itidem ex Polonia in Slesiam id genus locustæ irruentes, parem aut etiã maiorem iacturam agris intulerunt: quæ initio Octobris in Misniam ad oppidulum Oschewitz (seu Ositiũ) haud procul à Torga grassatæ, grauem planè odorem post se reliquerunt, ne auibus quidem maioribus tolerabilem. tandem autumnali frigore contabuerunt, & suibus pabulo fuere. Et scribunt historici subinde huiusmodi pestes in hominum culta incultaq; incidisse, sed nunquã tamẽ sine mali præsagio, iræq; diuinæ indicio.

Mõstrosi infantes, atq; adeò pecuini etiã fœtus passim hoc anno nati sunt.

Iacobus 5. Scotorum rex 33. ætatis anno moritur 14. Decẽb. in Fackland arce, regina filiam regni hæredem sexto antè die enixa.

Anno 1543. Angliæ Rex fœdus cum Carolo

rolo 5. imp. contra Gallos init.

Rex Gallus suis extra ordinem stipendiũ quinquaginta millium peditũ imperat: equites ad statam diem præsto eſse iubet: & copijs magnis coactis, ad Marolias in Hanoniã progreſsus, Landreſium oppidũ capit, ac quã potest studioſiſsimè munit, et Landæ cuidam uiro fortißimo tuendum committit: cuius præter aliu stratagemata hoc saltem adscripſisse non piguerit, quòd urbe paulò pòst arcta obſidione ab hoſtibus cincta, ipſe cum paucis expeditis erumpens, per medias uigilias æneum tormentũ miræ longitudinis (colubrum uocant) ex medijs caſtris hoſtium rapiens in urbem auexit, eoq; globos aliquod in hoſtes prius eiaculatus eſt, quàm à Cæsarianis ad arma cõclamaretur: quodq; factu longè difficillimũ fuit, tormentum per amnem qui inter circũſeſsum oppidum atque hoſtium caſtra iugi aqua paludem fecerat, ui abduxit, præmiſsa interim equitum leuis armaturæ turma, qui Cæsarianos impetum in Gallos facientes ludificationibus remorarentur.

Cæsar ex Hiſpania Tarracone ſoluens, Genuã appulsus, in Germaniam transit, ubi collecto ualido exercitu Duram Cliuenſium præsidio defensam, ui expugnat, diripit, incendit. qua clade Guilielmus dux cõſternatus, et à ſuis proditus, ad Cæsaris pedes ſupplex pro-

cidens ueniam impetrat, tradito in potestatem Cæsaris uniuerso ducatu Gheldrensi munitissimo. Qua rei indignitate, mater Ducis adeò perculsa est, ut paulò pòst è uiuis exceserit.

Expeditione Gheldrensi cõfecta Cæsar Anglis fœderatis suis Landresiũ obsidentibus copias suas omnes adiũgit, debellare posse sperãs. Rex Gallus instante hyeme obsessus suis suppetias ferẽs, inuitis Cæsarianis cõmeatu in oppidũ, & recẽte militẽ quantũ uoluit immisso, in Galliã paucis desideratis incolumis reuertitur.

Porrò qui hæc latius scire uolet, in prõptu sunt apud Librarios doctissimi de rebus hisce omnibus commentarij, tum Arnoldi Ferroni, tum Guilielmi Paradini, qui & res istas omneis & earum circunstantias diserte narrant. Vestrum enchiridion tantam rerum supellectilem secum ferre non potest.

Aenobarbus classis Turcicæ ductor, Villæ Frãcæ portũ occupat, Niciã Sabaudiæ præterarcem, expugnat: & ne circumueniretur aduẽtu Marchionis Guasti Cæsaris apud Insubres uicarij, et Andreæ Dorij ex Hispania, spoliato oppido & incẽso, abductisq; in miserã captiuitatem uiris, adolescentibus, pueris & puellis, Massiliam, lætum triumphum Turcæ allaturus, properat. Sed deo ita prouidente, à Garsia, Viceregis Neapolitani filio, qui se Ioannitice classi, est autẽ Ioãnites hic nepos Andreæ

Dorij

Dorÿ adiunxerat, interceptus, præda illa spoliatur Italica & Nicensi, quã Garsias victor ouans in portũ Siciliæ apud Meſsanã pduxit.

Cesariani duce Guilielmo Comite Furſtenbergensi Germano loca quædã munita in Leucis recipiunt, & Lucenburgum obſident, ſed mox à Gallis duce Iano Caraciolo principe Melfitano pulſi & fugati, obſidionem ſoluunt.

Angli milites præſidiarij Caletium Guinæum & Hamarum tuentes, ædem Dauidim phenſem inuadunt, quò ad ſummum 120. ruſtici cum uxoribus & liberis cõfugerant: quibus acriter ſe tuentibus, res tandem eò redit, ut æde dedita uitam modò incolumem ruſtici efferrẽt ſed fœdere uiolato Angli conſcenſa turri omnes & uiros & mulieres ac etiam infantes iugulatos de ſublimi præcipitãt: & totam hyemem cædes edendo, uaſtãdo ac deprædãdo agro Bolonienſi conſumunt, tum fere nemine renitente, quòd incolæ armis apti Landreſium iuſſu regis Galli conceſſiſſent.

Mẽſe Decembri Guilielmus Cliuenſis iuſſu imperatoris in Ducatũ Iuliæ reſtituitur.

Sanguine hoc anno pluit in diœceſi Monaſterienſi ad caſtrũ nomine Suſſenburg, uõ proeul à Vuarendorp.

In Friſia nouus quidam propheta exiſtit, qui nominatur Georgius Dauid, ſe dei nepotẽ nuncupans: & cum feris & auibus quacunq; lingua

lingua colloquebatur, ab ijs uictum accipiens. Asserebat cœlum esse omnino uacuum, se autem ad id missum, ut filios regni cœlestis hæredes adoptaret, alia multa planè absurda & uana deblateraus.

Pontifex omnes q se Euangelicos uocãt, anathematis fulmine petitos, hæreticos iudicat.

Anno 1544. Mense Ianuario Henrico Valesio Delphino Galliæ, filius primogenitus apud Fontenebleum nascitur, qui aui paterni nomine Franciscus dictus est.

Franciscus Anguianus Burbonius, Vindocinensis ducis frater, regij sanguinis & spiritus iuuenis, Alpinarum gentium prorex, Carignianum obsidet: & fusis Cæsarianorũ uiginti millibus, quorum dux erat Alphonsus Daualus Guasti Marchio, nobilissima uictoria apud Cerisolium potitur, et Carignianum deditione recipit.

Cæsar postquam Regem Franciscum in Spirensibus comitijs imperij hostem pronunciari curasset, & cum Cæsare conspirans Henricus Anglorum rex, ingenti pecunia suis imperata, Caletum cũ exercitu traiecisset, sociatis ingentibus copijs suis in Galliã irrumpunt.

Cæsar Lucenburgum deditione primùm recipit, facilè, militibus præsidio relictis fame laborãtibus. hinc transgressus in Campaniam, Ligniacum expugnat: deinde Sandio

zerium

xerium post longam obsidionem deditione capit. Periit in ea obsidione princeps Aurangius sclopi ictu.

Comes Guiliemus Furstembergius dum mutatis uestibus Matronæ fluminis uadum tentat, quâ Lutetiam Cæsar inuaderet, agnitus, capitur à Francis, & Lutetiã in custodiam abducitur.

Espernaium cum omnibus suis & uicinarũ pabulis, commeatúq; bellico, iussu regis succenditur, ne ijs hostes potiantur.

Interea Castrum Theodorici Cæsar capit, oppidanorum alijs occisis, alijs aliàs multatis: inde & Cathalaunum peruenit: quæ res timorem non modicum Parisiensibus iniecit, ne se quoq; belli calamitas inuolueret: unde de fuga nõ pauci cogitare, et fortunas suas abdere. Quos ut confirmaret Rex, eò se contulit, & præsentia sua recreauit, beneq; sperare iussit, & in armis esse.

Hoc rerum statu, cùm & Cæsar iam penè undique ab inimicis cingeretur, annonaq; deficeret, Rex quoque tandem pacis studio teneretur, Monachus quidam Hispanus ex Dominicanorum sodalitio, utrinq; internuntius, pacis initium dedit: quæ ita inter illos conuenit, ut Anglus quoque eo fœdere, si illi uideretur, includeretur. ac proinde pacis fœdera ad illum à primoribus quibusdam au-

læ

læ Gallicæ uiris perferuntur: quibus ille interim octo dies in arce Hardelonia detentis (quæ quatuor millibus à Bolonia distat). Boloniam grauissimè oppugnat nocte die que: & 3. Idus Septemb. cum perpetuam obsidionem sustinuissent oppidani, præsidij præfecti nocte consilium ineunt absentibus ciuibus & urbis tribunis de urbe dedenda: & conditionem Rex Anglus lubens accipit. Itaque 18. Cal. Octob. urbem, cum adhuc retineri posset, Anglis tradunt, permissis oppidanis reculis quas uellent humeris modo suis asportare. sed egressos ponè secuti Angli, dum festinâter aquas tranare cogunt, sembus multis pueris que ac fœminis necessitatem summergendi adferunt. Ac tum demum legati Galli ab Anglo iam urbe potito accersuntur, & re quam nollent iam facta, infecta de qua uenerant, domum dimissi sunt. Gallus Rex deditionis nuncio accepto, mox à Campania copias aduocat, quæ Boloniam Anglis extorquerêt. Itaq; Bolonia inferiorem ingressi, trucidato præsidio prædæ inhiantes ordinibus desertis, ab Anglis facilè repelluntur: & quoniam commeatus inopia laborabant, continuò omnes dilapsi sunt.

Hinc Richerij fanum ab Anglis incenditur, & omnis circa ager latè uastatur.

Edenbury

Edenburgum in Scotia ab Anglis diripitur.

Anno 1545. Classis Gallica trecentarũ & amplius nauiũ oram Britãnicam legẽs, Anglos è toto mari in suas munitiones compellit. Rex Franciscus terrestri itinere Bolonìam cũ ingenti exercitu profectus, cùm capiendæ illius spes non esset, primum propugnaculum fortissimum duobus passuum millibus à Bolonia distans erigit munitq;, unde & Anglorum excursiones reprimerentur, & omnis rei bene gerendæ occasio obseruaretur: deindè & alia duo commodis locis excitat postea.

Hoc anno ad mensem Septemb. Dux Aurelianus Fr̃ãciſci Galli filius, cui Carolus Cæsar aut suam aut Ferdinandi fratris filiam desponsurus erat, febri pestilente interit, non procul à castris regijs.

Galli Vectem insulam Anglicæ ditionis incursant.

Henricus dux Brunsuicensis collectis auxilijs ducatum suum recuperare cupiẽs in Saxonia unà cum filio suo sine sanguinis effusione capitur.

Concilium Tridentinum Pontificis Legatus cum episcopis celebrat de reducenda antiqua & germana religione.

Anno 1546. Isabella filia Henrico Delphino Franciæ ad Fontenebleæum nascitur.

Franciscus

Franciscus Anguianus Burbonius cum æqualibus aulicis proceribus ludens, illisu grauioris scrinij caput contusius, paulo post uitæ defungitur, magnũ sui desiderium relinquẽs.

Martinus Lutherus Islebiæ in patria sua moritur, unde funus Vuittembergã perductũ, & in templo arcis sepultũ est, 18. Cal. Feb.

Hoc an. 29. May Cardinalis ab Arbroth, dominus Dauid Betoun, à familiaribus quibusdam suis turpiter trucidatur ante diluculum, in sua arce ciuitatis S. Andreæ in Scotia, quam una cum filio primogenito Gubernatoris Scotiæ, & omnibus illic facultatibus instrumentisque occuparunt homines sicarij, cum Anglis coniurati.

Pax inter Gallos & Anglos certa pecuniæ summa intra octauum annũ Anglis pensitanda sancitur: qua persoluta, Boloma Gallorum fieret, interim tanquam obses penes Anglos mansura.

Pacem hanc secuta est in Gallia ingens annonæ caritas, ac prope fames.

Octauo Id. Augusti Mechliniæ in Brabantia Palatium & domus Cæsaris fulmine tangitur, cuius incendio 600. cadi pulueris bombardici exusti sunt, & domus ferè ad 800. deflagrarunt, & si mulieres & pueros numeres, ad homines 1800.

Carolus Cæsar, nõ inuito põtifice, aduersus Germanos

Germanos Lutheranæ factionis expeditione sus
scepta, Germanorum exercitum, in quo supra
sexaginta armatorum millia fuisse dicuntur,
dissipat ac profligat: Vuirtembergensem ducē
omnibus fortunis exuit: Saxoniæ ducem, &
Lantgrauium Hessiæ capit: ciuitates quæ con
tra se arma tulerant, multat, latè rerū in Ger
maniā potitus, uerè iam imperans.

Concilium Tridētinū Bononiā trāsfertur.

Henricus 8. Angl. Rex, anno regni 38. ob
structo suppurantis tibiæ meatu, ardentissima
febre correptus moritur VII. Calend. Febr.
Thomæ Hauardo Norfolciæ duce cum Henri
co filio Surrei Comite paulo antè in carcerem
cōiectis cōiurationis suspectis, Surreus iuuenis
capite plexus, pater senex perpetuis carceribus
dānatus. Edouardo Henrici regis ex Iana Se
meria filio decimum ætatis annum agenti Re
gium nomen delatum: regnum per interreges,
seu gubernatores, uti moriens Henricus man
dauerat, administratum. Exequiæ defuncto
Lutetiæ Parisiorum iussu Francisci Regis so
lennes celebratæ sunt II. Cal. Apr.

Circa hæc tempora fuit Neoburgi in Pala
latinatu Ioannes Diasius quidā Hispanus, uir
literatus, qui nouam istam in religione doctri
nam iam scilicet & constitebatur & docebat.
Hunc frater germanus Alphonsus Diasius ex
Italia profectus conuenit, qui Romæ in indi

cio Rotæ assessor fuerat: rogat amicè ut doctri
nam Lutheranam à Pontifice Romano iam
olim ut hæresim damnatam, deserat. Ioannes
tantum abest ut fratris monitæ recipiat, ut ma
gis ipse illum ad suam sectam pertrahere stu
deat. Itaq; Alphonsus nidens fratrem à senten
tia moueri non posse, simulat se à fratris sen
tentia non admodum abhorrere, & fratrem
hortatur, ut in Italiam proficiscēs, aliis etiam
eam doctrinā proponat. Ioannes fratris cōsiliū
non audit, bene sibi apud Germanos esse asse
rens. Quapropter Alphonsus relicto fratre Au
gustam profectus est: unde paulo post ad fratrē
redire statuit. cumq; iam cum Italico quodam
ministro suo ad urbem accessisset, equis ad se
pem alligatis summo mane urbem ingressi, fra
trem in hospitio suo quærunt, cumq; introduc
ti essent ab ancilla in conclaue, Alphonsus
fratri literas propter quas se reuersum simula
bat offert: quas dum legit Ioannes, à ministro
fratris (qui à tergo accedens caput ei diseca
bat) interfectus est. Hac cæde perpetrata Al
phonsus & minister ad equos suos redeunt, &
quàm celerrimè Enipontū se recipiunt. Ibi sta
tim cùm cædes patefacta esset, præfectus Neo
burgensis misit qui homicidas ex itinere retra
herent: & Enipontī inuenti, in carcerem con
iecti sunt.

Hoc anno 17. Calend. Aprilis, Franciscus

Vatab

Vatablus, homo trilinguis, et Lutetiæ Hebraicarum literarum professor regius, item Iacobus Tusanus Græcarum professor, ut eodē die prouinciam hanc susceperant, ita eodem (uita cum morte commutata) deposuerunt, magno studiosorum omnium luctu.

Paulò post hoc tempus Frāciscus Valesius Francorum rex Christianissimus, indomabili febre 18. dierum confectus, in arce Rambuletana, decem circiter milliaribus procul à Lutetia, uia Carnotensi, pridie Cal. April. legitimis omnibus Christianissimi mysterijs ac cæremonijs adamussim obseruatis moriens anno ætatis 54. regni 33. filio Henrico eius nominis secundo regnum, Deo animam commendat. Itaq; funus more regio curatum, postquam ad Pontem S. Clodoaldi 13. dies substitisset, illinc ad ædem D. Virginis à campis, quæ est in suburbijs Parisiorum extra portam D. Iacobi diclam, pro uetere more allatum est: quò & iussu Henrici regis allata sunt fratrum suorum uita functorum cadauera, Francisci Delphini Britanniæ ducis, anno 1536. 4. Idus August. & Caroli Aurelianorum ducis anno 1545. 5. Idus Septembr. ut patri & fratribus una eademq; pietate parentaret. Itaque 10. Calend. Maij funebri pompa ad Cathedralem D. Virginis ædem Lutetiæ Rex pater cum duobus filijs elatus est, unde postridie ad D. Dionysij per

lati, inter cæteros Franciæ reges uno in tumulo siti sunt.

Anno 1547. in Galliæ Henricus secundus Francisci 1. filius, Remis more patrio Rex Francorum in ordine 58. ad 7. Calend. Augusti inauguratur.

Is continuò classem 16. triremium armans instruensq;, Strozzam Priorem Capuanum ducem cum illa in Scotiam mittit, ut arcem S. Andreæ, quam anno superiore homines nefarij occiso indidem arcis domino Cardinale Arbrothio, dolo ac fraude occuparant, reciperet: quod Strozza fortiter breui effectũ reddidit. nam arcem diebus 14. ui bombardarum maximarum ita concussit, ut tandem 29. Iulij expugnarit & captos homicidas illos secum in Galliam uinctos adduxerit.

Mense Nouembri cauetur edicto apud Parisios, ne quis è senatu aut foro iuridico Præfectus mercatorum (quæ prima dignitas est Decurionum Parisiensium) fiat, aut ad aliud ciuile munus aspirare ausit.

Eodem mense Henrico Regi Gallo altera filia, quæ Claudia dicta est, ad Fontenebleaum nascitur.

Mense Septembri, die 10. in Scotia ad Musselburgum Scoti duce Hontleo Comite explicata acie dubio primùm Marte acriter contra Anglos dimicant: sed paulò pòst in ipso pugnæ ardor-

ardore turbatis fortè Scothorum ordinibus, capto Hontleo Comite, & multis è nobilitate Scotica cæsis victoria ad Anglos inclinauit.

Mense Decembri nocte Concep. Diuæ Virginis apud Parisios uehementer inundante Sequana, Pontis Diui Michaëlis pars altera, fluminis aduersa, Orientem spectans, laxatis sublicis, cum ædificijs superstructis corruit, nõ sine magno etiam Occidentalis partis auersæ periculo.

Anno 1548. Comitatus Amalæus in Gallia mense Ianuario ab Henrico rege Ducatus nominatur: & primus eo titulo illustratur Franciscus Lotaringus domini Guysiani primogenitus.

Mense Maio Prorege Domino ab Essai equite ordinis S. Michaëlis, & ductore Nicolao Villagagno equite Rhodio literatissimo, cum quatuor quibus tunc præerat triremibus, & multis cymbis piscatorijs, in quibus inerant Scoti nobiles complures armati, insula quæ in æstuario Forthiæ sita inter Letham & Kyngorn oppida maritima ferè medium occupat (hanc Galli uocant insulam equorũ) ante aliquot iam dies ab Anglis intercepta, & iam propugnaculis atque armis munita inuaditur, simul & deturbatis Anglis uicitur.

Eodem tempore classis Gallica in Scotiam appulsa, Anglos inde magna strage depellit.

Nouæ artis opus in litore maris iuxta portum prope Boloniam prohibendis Anglis Bononiæ aditu, inuentore Castillonæo extruitur.

Academia Parisiensis propter occupatos limites prati sui ad D. Germani, & ædificijs priuatorum hominum iniussu suo instructos, mire tumultuatur, ut Senatus etiam ea de causa cognoscere habuerit: iaceantq; etiamnum ibi opera interrupta, minæq;.

Apud Burdigalenses in Gallia ingens tumultus propter salinarium uectigal & tributa extra ordinem imperata exoritur, penè ut ad defectionem res spectare uideretur. Itaque Anna Mommorantius M. Eq. eò cùm exercitu ab Rege missus, seditionem omnem repentè cõpescit, autoribus seditionis sublatis, & Burdigalensibus in ordinem redactis, deq; magnorum fastigio deiectis.

Iacobi v. Scotorum regis ultimi filia unica Maria regni hæres, annos sex nata, aut eo amplius, in Franciam auehitur, ut Galliæ Delphino despondeatur.

Cæsar Germaniæ rebus compositis præscriptaq; interim dum cõcilium cogeretur, sentiendi in religione uiuendiq; formula, è Germania in Belgicam transit, secũ uelut triumphatos

phatos ducens Saxoniæ ducem, et Heßiæ Lant grauium. Eò & Leonora Cæsaris soror, Francisci nuper Gallorum regis uidua, cùm bona uenia Henrici Regis Galli conceßit è Francia.

Ludouicus filius, Dux Aurelianus Henrico Regi Gallo ad Germani fanum nascitur mense Februario.

Antonius à Borbonio, Dux Vindocinensis, Ioannam Henrici Dalbreti & Margaritæ Valesiæ Reginæ Nauarræ unicam filiam uxorem ducit.

Anno 1549. mense Iunio Catharina de Medicis Henrici Galli Regis uxor ad Dionysij Regina sacratur coronatúrque mense Iunio.

Eodem mense 16. Cal. Iul. Rex Henricus, & postridie Regina pompa insuperabili Lutetiam Parisiorum ingrediuntur, festiuo omnis generis ordinis ætatis hominum applausu faustisq; bene ominantium uotis.

Hoc ipso tempore Anglis inter se dißidentibus arces omnes & loca munita in agro Boloniensi, præter Boloniam, adimuntur: & Iacobus de Coucy Veruinensis quòd Boloniam Anglis prodidißet, capite luit, cadauer in quatuor frustra dißectum: frustra et caput in quinque locis Boloniæ uicinis, munitis editioribusq; palis suffixa.

Philippus Caroli Impe. filius magna classe mari traiecto, in Flandriam ad patrem contendit, interea Hispaniæ cura Maximiliano Ferdinandi regis Hungariæ (Caroli fratris) filio commissa. Cui Maximiliano unica Cæsaris filia (fratruelis fratrueli) erat desponsata.

Eodem anno Solymani Turcæ primogenitus, quòd fratrem suum sibi à patre in imperio præferendum suspicaretur, ad Persas defecit: coactóque de Persis exercitu, in patrem insurgit, locáque Persis finitima oppugnat expugnátque, cùm pater cum quingentis millibus militum eò profectus, primum quidem Persas metu perculsos retrocedere cogit: sed incensis à Persis illis pagísque omnibus quacunque dierum quinque spatio profugiebant, ad tantam rerum penuriam adactus est Solymanus, ut centum millibus suorum peste, fame & inopia extinctis, ad se reuerti sit coactus.

Rex quidam Aphricanus Sarsensis Algeriam uicinósque locos capit, arcésque munitas aliquot, quibus Cæsar ad tuendam Hispaniam utebatur. Prætera & Lusitanis arces aliquot extorquet, quas ultra mare posse fidebant.

Paulus tertius Pontifex Max. die 9. Nouembris supremum uitæ diem claudit. Vacat sedes

sedes mensibus tribus, diebus duobus.

Margareta Valesia Regina Nauarræ Henrici regis Galli amita moritur vigesimaprima Decemb.

Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ineunte Solymani mors rumoribus nũciata eſt, qui triginta annis populum Dei affixit. Volf. Drex.

Annus Iubileus celebratur Romæ autoritate Pontificis & Cardinalium.

Burdegalenſis Senatus menſe Ianuario reſtituitur.

Hoc anno die 10. Februarij illuſtris vir dominus à Thermis, eques ordinis S. Michaëlis, inſignis Gallorum fortitudine, adiuuantibus aliquot Scotis, locum mirabili opere ab Anglis ad Brotthycrag in Scotia munitum, ui expugnat, & Anglos ferè omnes in præſidio compræhenſos occidit, prout literis à Reuerendo literatorúmque fautore Orcadum inſularum antiſtite domino Roberto Reid Lutetiam ſtudioſo cuidam familiari ſuo ſcriptis cognouimus.

Andreas Alciatus Iuriſconſultus peritiſſimus menſe Martio Papiæ moritur.

Rex Gallus cum Anglis pacem iniens, Boloniam recipit, quadringentis millibus aureorum annumeratis: quam Idibus Maij in-

greßus argenteum B. Mariæ Virginis simulacrum multò quàm quòd antè ab Anglis inde ablatum fuerat augustius religioseq; in templo consecrat.

Hæreseon cognitio à ciuilibus ad ecclesiasticos iudices reuocata in Gallia, uetitiq; Senatores episcoporum & aliorum antistitum ecclesiasticorum uicarios agere.

Pœnitentes peccatrices apud Parisios hoc anno ab rege redditibus auctæ, & arctiori custodia inclusæ.

Monetæ hoc anno multa cura habita in Gallia, si unquam aliàs. Nam & multa noua nouis characteribus signiq; cusa, & adulterina omnis circumcisaque damnata, & inadulteratores circunciforesque comprehensos animaduersum.

Carolus Maximilianus, Dux Angolisamensis in Gallia mense Iulio D. Germani fatum nascitur.

Ianus Caracciolus Neapolitanus, Princeps Melphitanus, Galli regis in Pedemontio legatus moritur, cui dominus de Brisac sufficitur.

Carolus imp. noua comitia Augustæ Vindelicorum celebrat, quò sæpius conuocati Germani principes Saxonesq; superiores uenturos se negant, quòd contrà quam quadriennio antè pollicitus esset, multa feciße Cæsarem dicerent, seq; nolle ci conuentui adeße, in quo relia

gio

gio in quam conspiraßent, dãnanda & oppri menda uideretur. Itaq; detrectantibus Saxonibus, & arma parantibus, bellum nouũ exoritur. Magdeburgum obsidetur: unde erũpentes obseßi, ad tria millia cæsi. Proinde tẽtata porrò oppugnatio Mauricio electore duce parum feliciter. Obseßi in magnas angustias cõpulsi, deditionem tamen facere detrectant.

Iisdem comitijs Cæsar Philippum filium Regem Romanorum creari cupiebat: sed Ferdinando fratre iuri suo cedere nolẽte, res in aliud tempus extracta.

Mense Septẽbri, classis Cæsarianæ (ex præsidijs Siculensi, Neapolitano, Mediolanẽsi, Placentino, Florentiæ ducis hominibus, subsidio Genuensi, Rhodiẽsibus equitibus cõflatæ) dux ac princeps Siciliæ prorex, Dragutium quẽdam archipiratam, qui Tyrrheni maris oram, Baleares insulas, Corcicam, Sardiniam latrociniũs infestabat, persecutus, cùm in Aphricam Aphricæ oppidum, penè totum mari cinctum, refugiße intelligeret, urbem arctißima obsidione cingit, & 4. Nonas Septembris magna hostium clade, non omnino ipse damni expers, capit, diripitque, & occupat, ualidóque præsidio impoßito filio suo custodiendam committit. Relata est ex ea uictoria præda ingens, deprehensis indidem Iudæis compluribus, tum ex Theßalonica, tum fugitiuis ex Lusitania, &

negotiatoribus Alexandrinis.

13. Calend. Octob. Regina Scotiæ, illustrissimi Ducis Guysiani filia, uidua, Henrico Rege Gallo uocante, in Franciam magno cum Scoticæ nobilitatis numero, & Montleo Comite equite ordinis S. Michaëlis, sex triremibus est aduecta, quibus Strozza prior Capuanus ab Henrico Rege missus præerat.

Eiusdem mensis die 21. Ludouicus dux Aurelianus Henrici regis filius secundus puerulus infans in arce Mantæ moritur.

7. Non. Decemb. Parisijs in Basilica diuæ Virginii sacra, in liturgijs uespertinis cùm pro more clerus in pronao templi solenniter, ut in Vigilia Conceptionis diuæ Virginis, hymnum diuæ uirgini modularetur, Ioannes quidam adolescens uiginti tres aut circiter annos natus, Lotaringus genere, ab ipso pronai capite per medium utrinque adstantis chori, ense quo erat accinctus districto, quanto potuit impetu ad Virginis imaginem, quæ ad dextram septi clericalis religiose colitur, nemine id suspicante, accurrens, si posset, concidere tentat: sed ab ædituo qui ad imaginem ferè obseruare solet, & alijs quibusdã prohibitus, humi prostratus, & pro rei indignitate nõnihil uellicatus, custodiæ traditur: & causa examinata, cùm nec resipiscceret, & cõplures esse diceret, qui secum ea de re coniurassent, quinto post die

die execta prius lingua, uiuus pro æde Virginis exuritur.

18. Calend. Decemb. Iulius tertius pontifex Max. diplomatis quoquo uersum per Ecclesiã Christianã dimissis, Antistites & prælatos ecclesiasticos, omnesq; quorũ interfit, ad Cõciliũ œcumenicum provocat, quod Tridentum, ubi iam pridẽ cœptum erat, reducatur ad Calend. May proximas. Faxit omnipotẽs Deus sua benignitate, ut è rep. Christiana sancte ac legitimè cogatur, soluatúrque.

Anno 1551. 27. Februarij Mart. Bucerus Cantabrigiæ apud Anglos uelut uoluntarius exul metu Cæsaris, moritur.

Gabriel Marilliacus, Regius in Curia Parisiensi Consiliarius & Aduocatus, literarum eruditione, rerum & iuris peritia, ac uitæ integritate nulli (quod absque inuidia dictũ sit) secundus, 9. Calend. Maias magno totius Curiæ dolore uitam morte commutat.

Hic annus autem cùm tota penè Europa nostra, alta (ut speramus) pace foris tranquillus sit, & à bellorum tumultibus feriatus: oramus te Deus æterne, ut propter filium tuum IESVM, mala tot annos Ecclesiæ tuæ illata mitiges: & pacem ac concordiam illi cælitus cõcedas, ut sublatis errorũ tenebris uniuersus te orbis agnoscat, ueneretur & adoret in æterna seculorum secula. Amen.

Chro

CARION.

CHronicorum libellus maximas quasque res gestas apto ordine cõplecti debet, ita ut annorũ ratio, & præcipuæ uicissitudines, quæ in regna, in religionem, & in res alias magnas cadere solẽt, queant recte obseruari, atq; cognosci. Etenim fieri nõ potest, ut uel unius regni res gestæ uno libello quantũuis magno satis describãtur, propter uarietatẽ circumstantiarum, et occasiones negotiorũ, quæ in primis sunt consyderandæ. Ita enim historias scripserunt Herodotus, Thucydides, Xenophon, Liuius. Reliqui Chronici tãtùm dicẽdi sunt, & qui historicorum nomẽ sibi usurpare non debẽt. ostendunt enim res gestas breuiter, & tẽporis ordine proposito, monere tãtùm uidentur cordatum lectorẽ, ut memorabiliora quædã obseruet. Id quod in his Chronicis nos quoq; fecimus. Congessimus ea solùm ueluti in compendiũ, quæ potissima sunt uisa, & eorũ occasiones nonnũquam indicauimus, ut tanto accuratius simile quiddã in similibus euentibus discamus obseruare, & prospicere nobis. Cæterùm quãtas præterea utilitates alias cõferant hæc Chronica, id suprà in præfatione exposuimus.

Equidem iam sub finem huius scripti iterũ memi

meminiße uolo lectorem sententiæ Eliæ, quam initio huius libelli posuimus, ut eò facilius & tẽporis ordinem & facta historiarũ consyderet atq; obseruet. Item ut hoc quoq; cogitet, cõsummationem rerum humanarũ non lõgè abeße, iuxta dictũ Eliæ, mũdi ætatem annorum 6000. spatio cõpræhendi, et illud ipsũ spatium nõ expleri: nã id anticipaturũ eße Deum propter corruptos mores mũdi. Iam uerò cùm supra 5000. annorum mũdi etiam 500. elapsi sint (id quod ex subiecta tabula clare colligere licebit) dubiũ non est quin ad metã decurrerit ferè ætas mundi, ut Christus Dominus noster exuscitet mortuos aduẽtu suo, et iudicet uniuersum mundũ, atq; adeò etiam diabolis & impijs omnibus dãnatis in ignẽ æternum, eripiat uerè pios ex omni mœrore, et in ꝑpetuã Dei cognitionẽ atq; beatitudinẽ reponat. Præter hæc quoq; mirabiles illæ mutationes omniũ ferè regnorũ testãtur mũdi finem prope eße. Sensim⁹ enim intra annos paucos, nostra memoria, regni Põtificij, Galliæ, Hũgariæ, Daniæ celsitudinem corruiße: & similes quidã euentus in alijs quoq; regnis sunt expectãdi propediem. Daniel testatur statim post diminutas Turcarũ uires imminere terminũ omnium rerum mũdi. Atqui lapsus imperij Turcarũ uidebitur haud dubie (si modò uolet Deus) iam intra annos paucos: & post sublatũ è uiuis humaniß imum

Caro

Carolum Cæsarem nostrũ fieri nõ potest quin & imperium miserabiliter diuellatur a Germanis ipsis. Vereor enim ne de monarchia inter duos tum grauissima concertatio sit futura. Deus OPT. MAX. pro immensa sua misericordia mitiget tã horribiles motus, et principũ animos ad pacis & cõcordiæ studia conuertat.

Dissipata tranquillitas in Ecclesia, etiam signi loco esse potest: & periculum est ne & illa quoque bellis & incuria pontificum crescat, & latius propagetur.

Cæterùm quando Christus ipse in Euangelio nos admonet periculorũ quæ nouissimis temporibus instabunt, non in ijs solùm quæ ad corpus, sed quæ ad spiritum pertinent, imò & cœlum ipsum horrẽdis obtenebrationibus, & cõiunctionibus terret & cõminatur: ut interim de illis signis non dicam quæ prodita sunt in literis sacris de extremis temporibus: ut tandem prospicere nobis discamus, & in tãta calamitate omnium rerum à solo Deo præsidium ac consolationem petere & expectare non dubitemus. Quare monere hoc loco uolui lectorem, ut in animum reuocaret, tẽpora illa periculis & calamitatibus plena in foribus esse, & pericula illa non esse ocioso animo cõtemnenda. Etenim non leuis res est, sed quam suo incommodo omnium ordinum homines experiũtur mutari & conuelli imperia, ac dissipari cõcordiam

diã religionis. Mundi fabrica, ingentis & uetustrissimi ædificij imagine uidetur præ se ferre, quod subinde magis ac magis ruinam cõminatur, collabente nunc hoc muro, nũc alio pariete decidente. Ad eundem modum mundus ad casum præceps uidetur hoc tempore, & grauiorẽ sensim ruinam trahit secũ, alijs atque alijs regnis succumbẽtibus. Neque uerò putabit quisquam collapsuram tantæ structuræ molẽ sine grauissima cõmotione. Deus illuminet animos nostros, ut seriis comminationibus Euangelij perculsi, in Christo consolationem & refrigerij præsidia quæramus, & ut maximi Principes in timore Dei nõ minori prudẽtia quàm mãsuetudine utantur ad mitigandas occasiones malorum omnium. Sunt enim ad hoc cõstituti à Deo, ut miserum & imbecille humanũ genus sua cura & prudentia gubernent & tucantur. Et si in timore Dei fecerint suum officium, aderit quoque illis Deus, & fortunabit ea quæ agunt.

Amen.

*

TABVLA ANNORVM MVNDI

ex Bibliis & Philone.

A creatione mundi usque ad diluuium fluxerunt anni. 1656

A diluuio usque ad Abraham. 292

Ab Abraham usque ad natum Mosen. 415

A nato Moyse usque ad egressionem ex Aegypto, legisque acceptionem. 80

Ab egressu ex Aegypto usque ad inchoatum templum Salomonis. 480

Ab inchoato templo usque ad Ioas regem. 138

Ab Ioas usque ad translatum Iechoniam seu Ioakin in Babylonem. 291

A transmigratione usque ad deuastationem Hierusalem per Nabuchodonosor. 11

A deuastatione & captiuitate Babylonica usque ad populi liberationem. 70

A populi liberatione, quae facta est anno primo Monarchiae Darij & Cyri, usque ad Alexandrum Magnum. 191

Ab Alexandro Magno usque ad Iudam Maccabaeum. 164

A Iuda Maccabaeo usque ad tyrannicum principatum Herodis. 129

A tyrannico principatu Herodis usq; ad Christi in carnem aduentum, seu conceptionem. (nam

(nam 32. anno cœpit legitimus Herodis principatus.) 32

A natiuitate Christi seruatoris nostri, Dei, usque ad hoc tempus 1552

Anno mundi tercentesimo nongentesimo & sexagesimo primo Christus natus est, Olympiadis 194 anno quarto inchoato tribus mensibus, uidelicet 8. Calen. Ianuar.

Roma urbs, teste Eutropio, steterat ante natum Christum, septingentos quinquaginta tres annos, & ut reuocetur ad calculum anno rum ratio, aliter supputari non potest ex ueris historijs.

Anno hoc præsenti, milleſimo, quingentesimo, quinquagesimo primo, exacti sunt à condita urbe Roma 2304. anni. Tam uetusta Babylon non erat ante Alexandrum. Nã ab Abraham usque ad tempora Alexandri, anni sunt mille, sexcẽti, octoginta sex. Iã uero cùm Roma uetustior sit Babylone post duas monarchias, non dubium est & eius finem prope adesse.

Neque uerò multũ differat numerus annorum qui in Bibliis est, ab ordine monarchiarũ apud præcipuos scriptores historiarũ Græcarum. Herodotus scribit Assyrios tenuisse Monarchiam quingentos uiginti annos, & interea usque ad Medorum tempora nullam fuisse mamam Monarchiam fuisse. Tribuit autem Me

dis usque ad Cyri Imperium annos cẽtum triginta. Id uerò ut minimè falsum uideri potest, ita uehementer probo: nam si quis rectè expendat, is facilè intelliget à Bibliis sacris non dissentire. Quòd Assyriorum monarchiam stetisse dicit annos quingẽtos uiginti, id haud dubiè referri nult ad illud tempus, quo regnum Babylonicum & Niniuæ urbis nõdum diuulsum erat, atque adeo cùm apud Babylonẽ Assyrij tantùm imperabant.

Agathias libro secundo de bello Gotthorũ scribit, Ctesiam & annorũ numerum, & ordinem Monarchiarum ita posuisse. Erat autem Ctesias Græcus, qui cũ Artaxerxes Mnemon & Cyrus iunior inter se belligerarentur, in expeditione unà fuit, ac medicum egit. Captus in bello deductus est tandem in Babylonem, ubi non sordidè tractatus est, ac tum perlectis historijs rerum Babylonicarum, ab initio eius regni annorum numerum in ordinem digessit: ad hunc modum:

A Nino usque ad initium regni Medorum, qui primum ab Assyrijs defecerant, sunt anni mille trecenti sexaginta: & hunc ordinẽ sequuntur omnes qui scripserunt postea, Diodorus Siculus, & Iustinus. Diodorus Siculus libro tertio sic scripsit: Similiter & cateri reges ad Sardanapalum usque triginta regnum tenuere, cuius tempora Assyriorum imperium,

quod

quod annos mille trecentos sexaginta duraue-
rat, quemadmodum Cteſias libro ſecundo tra-
dit, ad Medos tranſiit. Iuſtinus ſic ait: Impe-
rium Aſſyrij, qui poſtea Syri dicti ſunt, annos
mille trecentos tenuere. Herodotus prætermit-
tit aliquid interea dum collapſum Aſſyrio-
rum regnum ad Medos peruenit. Quin & hoc
puto, hos ānos Cteſiæ ab initio Babylonis, hoc
eſt, à Nemroth, non à Nini temporibus eſſe
intelligendos.

Medi poſt defectionem ab Aſſyrijs regna-
uerunt uſque ad Cyrum circiter trecentos an-
nos, quemadmodum Agathias ex Cteſia col-
ligit.

Perſarum regnum uſque ad Alexandrū,
durauit annos 238. teſte Agathia, & Græcis
ſcriptoribus pleriſque. Alexander & eius po-
ſteri Babylonem tenuerunt ad id uſque tem-
pus, quo Parthorum potentia creſcere cœpit:
& ponit Agathias 300. annos minus 7. at-
que id eſt ab Alexandro uſque ad Auguſti tē-
pora. Poſtea in Oriente regnarunt Parthi an-
nos 10. uſque ad Cæſaris Alexandri Seueri tē
pora, ac tum Artaxerxes Perſa ultimum re-
gem Parthorum Artabanum transfodit, at-
que ita Orientale regnum ad Perſas redijt: qui
deinde potentia claruerunt ad Mahometis uſ-
que tempora: Nam poſteri Mahomatis inuaſe
runt Perſas, & totius Arabiæ imperium oc-
cuparunt.

cuparunt. Cæterùm Turcæ postea Syriam & Asiam minorem ipsis ademerunt. Atque ita demum uarijs mutationibus agitata Orientis regna, subinde ab alijs populis ad alios sunt translata. Operæprecium in primis est hæc omnia reputare, ut omnium temporum & historiarum ordo ritè cognoscatur.

ORACVLVM HOMERICUM, quod uaticinatur de Imperio Romano.

Ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε κρονίων
Νῦν δὲ δὴ αἰνείαο βίη ζώεσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων τοίκεν μετόπισθε γένωνται.

Nunc genus inuisum Priami Saturnius odit:
Sed pius Aeneas Troas dominabitur inter,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

FINIS.

CATALOGVS
REGVM, CAESARVM, ET PONTIFICVM ROM.
usq; ad Carolum huius nominis quintum, & Iulium tertium.

Reges incipiunt ante Christum an. 571.

1	*Romulus regnauit*	*ann.* 37
2	*Numa Pompilius*	41
3	*Tullus Hostilius*	32
4	*Ancus Martius*	24
5	*Tarquinius Priscus*	35
6	*Seruius Tullius*	34
7	*Tarquinius Superbus*	35

C. IVLIVS CAESAR OPPRESSA REPVBLICA I. singulare imperium obtinuit, anno ante Christum 46. regnauit annos 4.

1	*Octauianus Augustus*	56
3	*Tiberius Caesar*	23
4	*Caius Caligula*	3
5	*Claudius*	13
6	*Sextus Nero*	14
7	*Galba*	*mens.* 7

8	Otho	menses 3
9	Vitellius	menses 8
10	Vespasianus	ann. 9
11	Titus	2
12	Domitianus	15
13	Nerua	1
14	Traianus	19
15	Adrianus	20
16	Antoninus pius	23
17	M. Antoninus	19
18	Commodus	13
19	Aelius pertinax	menses 6
20	Didius Iulianus	menses 7
21	Seuerus	an. 18
22	Bassianus Caracalla	6
23	Opilius Macrinus	1
24	M. Aurelius Antoninus	4
25	Alexander	13
26	Maximinus	2
27	Gordianus	6
28	Philippus	5
29	Decius	2
30	Gallus Hostilianus	2
31	Valerianus	15
32	Claudius	2
33	Aurelianus	5
34	Tacitus	menses 6
35	Florianus	menses 3
36	Probus	an. 6
		Carus

37	Carus	2
38	Diocletianus	20
39	Galerius Cæsar	2
40	Constantinus 1.	30
41	Constantinus 2.	24
42	Iulianus	1
43	Iouinianus	mens. 8
44	Valentinianus	ann. 11
45	Valens	4
46	Gratianus	6
47	Valentinianus 2.	7
48	Theodosius	3
49	Arcadius	13
50	Honorius	16
51	Theodosius 2.	26
52	Martianus	4
53	Leo 1.	16
54	Zeno	17
55	Anastasius	26
56	Iustinus	9
57	Iustinianus	38
58	Iustinus 2.	11
59	Tiberius 2.	2
60	Mauritius	20
61	Phocas	8
62	Heraclius	27
63	Constantius 3.	mens. 4
64	Heracleonas	ann. 2
65	Constans	27

66	Constantinus quartus	17	16
67	Iustinianus 2.	10	17
68	Leontius siue Leo 2.	3	18
69	Tiberius 3.	7	19
70	Philippicus.	1	20
71	Anastasius 2.	8	21
72	Theodosius 3.	1	22
73	Leo 3.	24	23
74	Constantinus 5.	35	24
75	Leo 4.	5	25
76	Constantinus 6.	10	26

GERMANI CAESARES.

1	Carolus magnus	14	29
2	Ludouicus 1. Pius	26	30
3	Lotarius 1.	15	31
4	Ludouicus 2.	31	32
	Carolus Caluus ex Gallia	2	33
5	Carolus 3. Crassus	12	34
6	Arnolphus	12	35
7	Ludouicus 3.	10	36
8	Cunradus 1.	7	37
9	Henricus 1.	18	38
10	Otho 1.	36	39
11	Otho 2.	10	40
12	Otho 3.	19	
13	Henricus 2.	22	
14	Cunradus 2.	15	
15	Henricus 3.	17	

Henric

16	Henricus 4.	50
17	Henricus 5.	20
18	Lotarius 2.	11
19	Cunradus 3.	15
20	Fridericus 1.	37
21	Henricus 6.	10
22	Philippus	9
23	Otho 4.	4
24	Fridericus 2.	37
25	Cunradus 4.	5
26	VVilhelmus	2
27	Rudolfus	19
28	Adolfus	6
29	Albertus 1.	10
30	Henricus 7	6
31	Ludouicus 4.	33
32	Carolus 4.	32
33	Vuenceslaus	22
34	Rupertus seu Robertus	10
35	Sigismundus	27
36	Albertus 2.	2
37	Fridericus 3.	53
38	Maximilianus	33
39	Carolus 5.	
40	Ferdinandus Cæs. def.	

CATA

CATALOGVS PONTIFICVM ROM.

VSQVE AD IVLIVM huius nominis tertium.

1	*Petrus apostolus postquàm Antiochiæ septem sedisset annos, Romam ueniens anno domini 45. sedit ibidem annos*	25	
2	*Linus*	10	(*al.* 11.)
3	*Cletus*	12	(*al.* 11.)
4	*Clemens*	9	
5	*Anacletus*	9	(*al.* 12.)

Porrò in chronico nostro S. Irenæum & Eusebium cum Henrico Pantaleone in chronographia ecclesiæ Christianæ, secuti sumus, qui ex Cleto & Anacleto unum faciunt: quos in hoc Catalogo disiungimus, Platinam & cæteros antiquos & modernum Ioannem Lucidũ secuti: ne quis in calumniam rapiat si Catalogus hic cũ chronico nideatur non respondere: & Euaristus qui hic 6. ponitur, illic quintus sit.

6	*Euaristus*	8	(*al.* 9.)
7	*Alexander*	10	(*al.* 7.)
8	*Sixtus, (qui & Xystus)*	10	
9	*Telesphorus*	10	
10	*Hyginus, qui & Iginus*	4	
11	*Pius*	11	(*al.* 9.)

Anic

12	Anicetus	11	(al.9.)
13	Soter		9
14	Eutherius		15
15	Victor	10	(al.9.)
16	Zepherinus	8	(al.7.)
17	Calistus qui & Calixtus		6
18	Vrbanus		4
19	Pontianus		9
20	Antherus		5
21	Fabianus		13
22	Cornelius		3
23	Lucius		3
24	Stephanus 1.		7
25	Sixtus 2.		2
26	Dionysius		6
27	Felix 1.	4	(al.2.)
28	Eutychianus	8	(al.an.1.m.6.)
29	Caius	15	(al.10.)
30	Marcellinus	14	(al.9.)
31	Marcellus.		5

Ex Marcellino & Marcello quidam unũ dunt axat faciunt, ne hic quoq; aliquid offendaris.

32	Eusebius	1	(al.3.al.6.)
33	Melchiades		4
34	Siluester		13
35	Marcus		2
36	Iulius		15
37	Liberius		6

Felix

38	Felix secundus		1
39	Damasus		18
40	Siricus	15	(al.14.)
41	Anastasius 1.		3
42	Innocentius		15
43	Zozimus qui & Sosimus	1	(al.2.)
44	Bonifacius 1.		3
45	Cœlestinus	8	(al.9.)
46	Sixtus tertius		9
47	Leo primus		21
48	Hilarius		6
49	Simplicius		15
50	Felix tertius		9
51	Gelasius	4	(al.61.)
52	Anastasius secundus		2
53	Symmachus		15
54	Hormisda		9
55	Ioannes primus		2
56	Felix quartus		4
57	Bonifacius 2.		1
58	Ioannes secundus		2
59	Agapetus, sex. Agapitus		2.
60	Siluerius		1
61	Vigilius		17
62	Pelagius 1.		11
63	Ioannes 3.	11	(al.12.)
64	Benedictus 1.		4
65	Pelagius 2.	10	(al. 11.)
66	Gregorius 1.		13

Sabinianus

67	Sabinianus	1
68	Bonifacius 3.	menses 8. d. 20
69	Bonifacius 4.	ann. 6
70	Deus dedit	3
71	Bonifacius 5.	5
72	Honorius	12
73	Seuerinus	1
74	Ioannes 4.	1
75	Theodorus 1.	6
76	Martinus 1.	6
77	Eugenius 1.	2
78	Vitellianus.	14
79	Adeodatus	4
80.	Donus	3 (al. 2.)
81.	Agathon	2
82.	Leo 2.	menses 10
83	Benedictus 2.	an. 1. menses 10
84	Ioannes 5.	ann. 1
85	Conon	menses 11
86	Sergius	ann. 13 (al. 11)
87	Ioannes 6.	3
88	Ioannes 7.	2
89	Sosimus, (qui & Sisinius)	dies 20
90	Constantinus 1.	ann. 7
91	Gregorius 2.	17. (al 15)
92	Gregorius 3.	10
93	Zacharius	10
94	Stephanus 2.	5
95	Paulus 1.	10
96.	Constantinus 2.	1

97	Stephanus 3.	3 (al.4.)
98	Adrianus 1.	23(al.24.)
99	Leo 3.	20
100	Stephanus 4.	menses 8
101	Paschalis	7
102	Eugenius 2.	3
103	Valentinus	dies 40
104	Gregorius 4.	ann.16
105	Sergius 2.	3
106	Leo 4.	8

Hoc loco Ioannes inscribitur, quæ fœmina fuisse dicitur, seditq; an. 2. quod verius interregnum duxeris.

107	Benedictus 3.	3(al.2)
108	Nicolaus 1.	10 (al.9)
109	Adrianus 2.	5
110	Ioannes 8.	10
111	Martinus 2.	1
112	Adrianus 3.	1
113	Stephanus 5.	6
114	Formosus	5
115	Bonifacius 6.	dies 35
116	Stephanus 6.	an.1
117	Romanus	menses 3
118	Theodorus 2.	dies 20
119	Ioannes 9.	ann.2
120	Benedictus 4.	3
121	Leo 5.	dies 40
122	Christophorus	menses 7

Sergius 3.

113	Sergius 3.	an. 9
114	Anastasius 3.	2
115	Lando	menses 6
116	Ioannes 10	ann. 13
117	Leo 6.	menses 7
118	Stephanus 7.	ann. 2
119	Ioannes 11.	4
130	Leo 7.	5
131	Stephanus 8.	3
132	Martinus 3.	3
133	Agapetus 2.	7
134	Ioannes 12.	8
135	Benedictus 5.	menses 6
136	Leo 8.	ann. 1
137	Ioanes 13.	7
138	Benedictus 6.	1
139	Donus 2.	1
140	Bonifacius 7.	menses 7
141	Benedictus 7.	an. 8
142	Ioannes 14.	menses 8
143	Ioannes 15.	menses 4
144	Ioannes 16.	an. 10
145	Gregorius 5.	2
146	Ioannes 17.	menses 10
147	Silueſter 2.	ann. 4
148	Ioannes 18.	menses 4
149	Ioannes 19.	ann. 4
150	Sergius 3.	2
151	Benedictus 8.	11

152	Ioannes 20.	11
153	Benedictus 9.	10
154	Siluester 3.	dies 49
155	Gregorius 6.	ann.1.mens.7
156	Clemens 2.	mens.9
157	Damasus 2.	dies 23
158	Leo 9.	ann.5
159	Victor 2.	2
160	Stephanus 9.	mens.7
161	Benedictus 10.	menses 9
162	Nicolaus 2.	ann.3 (al.2)
163	Alexander 2.	11
164	Gregorius 7.	12
165	Victor 3.	1
166	Vrbanus 2.	12
167	Paschalis 2.	18
168	Gelasius 2.	1
169	Calixtus 2.	5
170	Honorius 2.	5
171	Innocentius 2.	14
172	Cœlestinus 2.	mens.5
173	Lucius 2.	mens.11
174	Eugenius 3.	ann.8
175	Anastasius 4.	1
176	Adrianus 4.	4
177	Alexander 3.	21
178	Lucius 3.	4
179	Vrbanus 3.	1
180	Gregorius 8.	dies 57

181	Clemens 3.	ann.3
182	Cœlestinus 3.	6
183	Innocentius 3.	18
184	Honorius 3.	10
185	Gregorius 9.	14
186	Cœlestinus 4.	dies 18
187	Innocentius 4.	ann.11
188	Alexander 4.	6 (al.7)
189	Vrbanus 4.	3
190	Clemens 4.	4
191	Gregorius 10.	4
192	Innocentius 5.	menses 6
193	Adrianus 5.	dies 40
194	Ioannes 21.	menses 8
195	Nicolaus 3.	ann.3
196	Martinus 4.	4
197	Honorius 4.	2
198	Nicolaus 4.	4
199	Cœlestinus 5.	menses 5
200	Bonifacius 8.	an.8
201	Benedictus 11.	8
202	Clemens 5.	8
203	Ioannes 22.	18
204	Benedictus 12.	7
205	Clemens 6.	10
206	Innocentius 6.	9
207	Vrbanus 5.	8
208	Gregorius 11.	7
209	Vrbanus 6.	12

210	Bonifacius 9.	14
211	Clemens 7.	15
212	Benedictus 13.	24
213	Innocentius 7.	2.
214	Gregorius 12.	2.
215	Alexander 5.	mens. 11
216	Ioannes 23.	ann. 4
217	Martinus 5.	13
218	Eugenius 4.	16
219	Felix 5.	9
220	Nicolaus 5.	8
221	Calixtus 3.	3
222	Pius 2.	6
223	Paulus 2.	6
224	Sixtus 4.	13
225	Innocentius 8.	8
226	Alexander 6.	11
227	Pius 3.	dies 17
228	Iulius 2.	ann. 10
229	Leo 10.	9 (al. ann. 8. mens. 8. d. 20)
230	Adrianus 6.	mens. 10
231	Clemens 7.	ann. 11
232	Paulus 3.	14
233	Iulius 3.	

Qui anteæ Ioannes Maria de monte dicebatur, Episcopus Prænestinus. Electus est autem anno domini 1550. die septimo Februarij.

FINIS

SERI

SERIES ET ORDO REGVM FRANCORVM IN GALLIA.

Duces olim regebant Francos vsque ad initium anni domini 420. quo ipsi filium Marcomiri Ducis Pharamũdum sibi Regem constituunt.

		Anno Christi.	Reg.
1	*Qui regnauit*	420	11
2	*Clodio comatus*	431	18
3	*Meroueus*	449	10
4	*Childericus* 1.	459	26
5	*Clodoueus Magn. primus Rex Christianus*	485	30

Huius filij.

6	*Childebertus Parisiorum* *Clotarius Suessionũ* *Clodamir⁹ Aurelianensium* *Thodori cus Med matricum.*	515	45
7	*Clotarius* 1. *solus*	560	5

	Huius filij		An. Christi	Reg.
8	Cherebertus Parisiorum Chilpericus Suessionum Guntrannus Aurelianensium Sigibertus Mediomatricum.		565	5
9	Chilpericus 1. solus		574	14
10	Clotarius 2.		588	44
11	Dagobertus.		632	14
12	Clodoueus 2.		646	17
13	Clotarius 3.		663	4
14	Childericus 2.		668	14
15	Theodoricus.		680	14
16	Clodoueus 3.		694	4
17	Childebertus 2.		698	18
18	Dagobertus 2.		716	4
19	Chilpericus 2.		722	5
	Carolus Martellus Francorum princeps conditus in mausoleo Dionysiaco in ordine regum 723.			
20	Theodoricus 2. Cala		727.	15
21	Chilpericus 3. stupidus, ultimus huius familiæ regno exactus, monachus efficitur.		742	an. 9.

Pipinorum genus.

22	Pipinus Brenis Caroli Martelli Francia.	

cia principis F. Anno *Christi* Regn.

		751	18
23	*Carolus magnus*	769	46
24	*Ludouicus 1. pius*	815	26
25	*Carolus 2. Caluus*	841	38
26	*Ludouicus 2. Balbus*	879	2
27	*Ludouicus 3. & Carolomanus cius frater, nothi ex Balbo*	881	5
	Ludouicus iners		5
28	*Carolus Craſsus imp.*	886	5
29	*Odo*	891	9
30	*Carolus Simplex*	900	27
31	*Rodolphus*	927	2
32	*Ludouicus 4. tranſmarinus*	929	27
33	*Lotarius 6.*	956	31
34	*Ludouicus 5. Theuto. Francorum poſtremus.*	987	1
	Capetorum genus.		
35	*Hugo Capetus, Comes Pariſienſis, ui, & fauore militum primus Gallus Gallorum Rex*	988	9
36	*Robertus*	997	34
37	*Henricus 1.*	1031	30
38	*Philippus 1.*	1061	49
39	*Ludouicus 6. craſsus*	1110	28
40	*Ludouicus 7. iunior*	1138	43
41	*Philippus 2. Auguſtus, dictus à Deodatus*	1181	43
42	*Ludouicus 8.*	1224	3

43	DIVVS Ludouicus	1227	44	
44	Philippus 3.	1271	15	
45	Philippus 4. pulcher	1286	28	
46	Ludouicus Hutinus	1314	2	
47	Philippus Longus	1316	5	
48	Carolus pulcher	1321	7	
49	Philippus Valesius	1328	22	
50	Ioannes	1350	14	
51	Carolus 5. sapiens	1364	17	
52	Carolus 6.	1381	42	
53	Carolus 7.	1423	38	
54	Ludouicus 11.	1461	23	
55	Carolus 8.	1484	23	
56	Ludouicus 12. Dux Aurelianen sis	1498	17	
57	Franciscus Valesius, Dux Engolismensis, Ludouici 12. gener. fil. Caroli Valesij pronepotis Caroli Sapientis, uir omni laude cumulatissimus.	1515	32	
58	Henricus 2. Francisci Valesij filius Anno Christi	1547.		

Faxit omnipotens Deus immensa sua benignitate ut regnum eius faustum sit, felix, atq; fortunatum.

ANGL

ANGLORVM RE=
GVM SERIES.
Post Christum natum.

		Anno Christi	Reg.
1	Egbertus	801	37
2	Edelphus	838	20
3	Ethelbadus	858	mēſ. 5
4	Ethelbertus	858	an. 5
5	Ethelredus	863	9
6	Aluredus	872	28
7	Edouardus ſenior	900	24
8	Adelſtanus	924	16
9	Edmundus 1.	940	6
10	Eldredus	946	9
11	Eduinus	955	4
12	Edegarus	959	16
13	Edouardus martyr	597	3
14	Ethelredus	978	38
15	Edmundus 2. dictus ferreum latus	1016	1
16	Canutus 1. Danus	1017	20
17	Haraldus Danus	1037	4
18	Canutus 2. Danus	1041	2
19	Edouardus ſanctus	1043	23
20	Haraldus 2.	1066	1
21	Guilielmus conquæſtor	1067	21
22	Guilielmus Rufus	1088	13
23	Henricus 1.	1101	25

		Anno Christi	Reg.
24	Stephanus	1136	19
25	Henricus 2.	1155	34
26	Ricardus 1.	1190	10
27	Ioannes	1200	17
28	Henricus 3.	1217	56
29	Edouardus 1.	1273	35
30	Edouardus 2.	1308	19
31	Edouardus 3.	1327	51
32	Ricardus 2.	1378	22
33	Henricus 4.	1400	14
34	Henricus 5.	1414	9
35	Henricus 6.	1423	38
36	Edouardus 4.	1461	23
37	Edouardus 5.	1483	mẽs. 2
38	Ricardus 3.	1484	an. 2.
39	Henricus 7.	1486	34
40	Henricus 8.	1510	38
41	Edouardus 6.		

SERIES ET ORDO SCOTORVM REGVM.

		Anno Christi	Reg.
1	Fergusius primus Scotorum Rex, cœpit regnare ante Christi Natiuitatem annis fere 300. hoc est, 299. & regnauit annis		25
2	Feritharis cœpit	274	15
3	Mainus	259	29
4	Dornadilla	230	28
5	Nothatus	202	20
6	Ruther	182	26
7	Ruthæ	156	14
8	Thereus	142	12
9	Ioſina	130	24
10	Fimanus	106	30
11	Durſtus	76	9
12	Eucnus, primus	67	19
13	Gillus Nothus	48	2.
	Candallus inter reges, ſed quandiu, non exprimitur.		
14	Eueynus 2.	46	17
15	Ederus. Si numeri, quibus produntur ſinguli reges Scotorum, & quandiu unuſquiſque imperitarit, recte poſiti ſunt, ſub hoc rege potius quam regnante Metellano Chriſtus		

	stus nascitur, anno uidelicet Ederi 29. qui quidem	Reg. ann.	48
16	*Euenus 3. cœpit à Christi natiuitate*	19. Reg. an.	7
17	*Metellanus*	26	39
18	*Caratacus*	65	20
19	*Gorbredus, primus*	85	18
20	*Dardannus*	103	4
21	*Corbredus 2.*	107	35
22	*Lugthacus*	142	3
23	*Mogallus*	145	36
24	*Conarus*	181	14
25	*Ethodius primus*	195	33
26	*Satrahel*	228	4
27	*Donaldus primus. Item primus rex Christianus apud Scot*	232	21
28	*Ethodius 2.*	253	16
29	*Athirco*	269	12
30	*Nathalocus*	281	11
31	*Findocus*	292	10
32	*Donaldus 2.*	302	1
33	*Donaldus 3.*	303	12
34	*Crathlintus*	315	24
35	*Fincormachus*	339	47
36	*Romachus*	386	3
37	*Angusanus*	389	2
38	*Fethelmachus*	391	3
39	*Eugenius 1.*	394	3
	Interregnum	397	44

40	Fergusius 2.	441	9
41	Eugenius 2	450	3
42	Dongardus	453	5
43	Constantinus 1.	458	17
44	Congallus	475	20
45	Conranus	495	35
46	Eugenius 3.	530	34
47	Connallus	564	20
48	Kinnatillus	574	2
49	Aidanus	576	27
50	Kennethus Keir		mens.4
51	Eugenius 4.	603	an.15
52	Ferquhardus 1.	618	13
53	Doncualdus	631	13
54	Ferquhardus 2.	644	18
55	Malduinus	662	20
56	Eugenius 5.	682	4
57	Eugenius 6.	686	10
58	Ambirkeletus	696	2
59	Eugenius 7.	698	17
60	Mordacus	715	16
61	Ethfinus	731	30
62	Eugenius 8.	761	3
63	Fergusius 3.	764	3
64	Soluathius	767	20
65	Achaius, qui cũ Carolo Magno fœdus primum iniuit	787	32
66	Connallus	819	5
67	Dongallus	824	6

68	*Alpinus*	830	4
69	*Kennethus* 2.	834	20
70	*Donaldus* 5.	854	6
71	*Constantinus* 2.	860	13
72	*Ethus*	873	2
73	*Gregorius*	875	12
74	*Donaldus* 6.	887	11
75	*Constantinus* 3.	898	40
76	*Malcolmus* 1.	938	15
77	*Indulphus*	953	9
78	*Duffus*	962	5
79	*Culenus*	967	12
80	*Kennetus* 3.	979	18
81	*Constantinus* 4.	997	3
82	*Grimus*	1002	9
83	*Malcolmus* 2.	1011	31
84	*Duncanus*	1042	6
85	*Maccabæus*	1048	16
86	*Malcolmus* 3.	1063	36
87	*Donaldus* 7. &		
88	*Duncanus*, *simul.*	1099	4
89	*Edgarus* 4.	1103	9
90	*Alexander* 1.	1112	17
91	*Dauid* 1.	1129	29
92	*Malcolmus* 4.	1158	12
93	*VVilelmus*	1170	49
94	*Alexander* 2. *qui fœdus cum Philippo eius nominis septimo Gallorum rege renouauit*	1219	35

95 Alexander 3. qui subsidium D. Ludouico Galloriu regi proficiscenti in Saracenos tulit 1254 37

Interregnum 1291 an. 6. et mens. 9

96 Ioannes Balliolus 1297. an. 3. et mē. 9.

Hic Eduardus Anglus Scotos uexat in annos decem, & cœpit 1300 10

97 Robertus Bruyss 1. 1310 20

Interregnum 1334 2

98 Dauid 2. 1336 39

99 Robertus 2. 1375 19

100 Robertus 3. 1394 16

Interregnum 1410 13

101 Iacobus 1. 1423 13

102 Iacobus 2. 1436 24

103 Iacobus 3 1460 28

104 Iacobus 4. 1488 25

Interregnum Ioan. Stuart ducis Albaniæ.

105 Iacobus 5. 1513. 29

Interregnum Iacobi Hāmilton, Arauiæ Comitis.

Maria Iacobi 5. filia cœpit 1542. sub finem anni 14. Decēbris, & uiuit in Gallus apud Christianissimum Regem Henricum eius nominis secundum.

DE ORDINIBVS RE-
ligionum ex Ioanne Lucido.

Ordines religionum plures in ecclesia Dei sunt instituti: quorum aliquos insigniores ordinatè subiunguntur.

Ordo communis clericorum à beato Petro apostolo & alijs apostolis institutus est.

Ordo monachorum in eremis Aegypti & Nitriæ tempore sancti Antonij abbatis instituitur, & roboratur, diuersis tamen constitutionibus.

Ordo monachorum S. Basilij, quibus ipse Basilius Cæsariensis episcopus Cappadociæ regulam tribuit, ab eo originem habuit.

Ordo Canonicorum Regularium à beato Augustino episcopo instituitur: quibus regulã dedit, sub qua plures ordines reguntur. Restoruit hic ordo anno domini 1080. sub Iuone, & postmodum etiam anno domini 1380. reformatus est.

Ordo monachorum nigrorum sancti Benedicti ab ipso instituitur, quibus regulã scripsit: sub qua etiam plures ordines monachorum in Christo militant.

Ordo Cluniacensis sub Oddone sumpsit initium, anno domini 913. ut refert Vincentius in speculo histor. lib. 25. & S. Antoninus in secun-

da

da parte Chronicæ tit. 15. cap. 16. §. 1.

Ordo Camaldulensis à beato Romualdo initiũ sumpsit in eremo Camaldulensi anno domini 1012.

Ordo Vallis umbrosæ à beato Ioãne Gualberti Florentino accepit exordium anno domini 1070. Sub quo sunt Sylvestrini eodem habitu, à quodam Sylvestro dicti: qui eum ordinem inchoauit in monte Fano prope Fabrianum in Marchia Anconitana.

Ordo Grãdimontensis sub Stephano papa incepit anno domini 1076.

Ordo Carthusiensiũ initiũ habuit à Bruno nunc anno domini 1086.

Ordo Cistertiensis & primum eius cœnobium fundatur anno domini 198.

Ordo Templarus militiæ S. Ioannis Hierosolymitani cœpit anno domini 1120.

Ordo Præmonstratensium cœpit anno domini 1120.

Ordo Humiliatorum licet inceperit anno domini 1017. tamẽ confirmãtionem accepit ab Innocentio 3. anno domini 1200. ut affirmat sanctus Antoninus in secunda parte Chronicæ titulo 15. cap. 23.

Ordo Prædicatorum à beato Dominico inchoatur in partibus Tholosanis anno domini 1203. sub Innocentio 3. Sed postea confirmatur per Honorium 3. anno domini 1216. mense

Decembri die sequente festum S. Thomæ apostoli. Moritur inde beatus Dominicus Bononiæ anno domini 1221. octauo Idus Augusti, hoc est die 6. eiusdem mensis feria 6. Festum tamen eius die præcedente, hoc est, die 5. celebratur ex institutione Gregorij papæ 9. ut patet in bulla canonizationis eius, ubi dicitur: Statuentes firmiter, ac uniuersitati uestræ præsentibus iniũgentes, ut nonis Augusti ante diem quo posita carnis sarcina diues meritis penetrauit in sancta, similis sanctorũ factus in gloria, eius natalitia celebretis.

Ordo Minorum à beato Francisco inchoatur post annum domini 1206. scilicet post suam conuersionem sub Innocentio 3. Sed posteà confirmatur per Honorium 3. anno domini 1223. mense Nouembri in uigilia S. Andreæ apostoli. Inde obiit beatus Franciscus 4. nonas Octobris die dominica anno domini 1226. Horum autem monachorũ minorũ suo tẽpore 60000. fuisse testatur Sabel. En. 9. lib. 9.

Ordo Cruciferorum licet quidam dicunt quòd initium habuerit à Cyriaco episcopo Hierosolymitano, qui prius Iudas dicebatur, & ostẽdit Helenæ locum, ubi crux Christi iacebat, et postea martyrio coronatus est: tamẽ cõfirmatur secũdum quosdam per Innocentium 4. post annum domini 1243.

Ordo Eremitarum sancti Augustini confirmatur

firmatur per Alexandrum 4. post annum domini 1256.

Ordo Carmelitarum reformatur per Honorium 4. anno domini 1287.

Ordo seruorum beatæ Mariæ à beato Philippo ad formã redigitur, & confirmatur post reformationem Carmelitarum.

Ordo Cœlestinorũ, sic à Cœlestino dictus, confirmatur anno domini 1297. per Bonifacium 8.

Ordo sanctæ Brigidæ uirorum & mulierum ab eadem instituitur, & approbatur per Vrbanum 5. anno domini 1370. Eodem anno incepit societas Iesuatorum sub Ioanne Colũbino Senensi.

Ordo montis Oliuarum instituitur eodem anno domini 1370.

Ordo mendicãtium sancti Hieronymi instituitur anno domini 1407.

Ordo Canonicorum habitus Cœlestini S. Georgij de Alga per Laurẽtium Iustinianum instituitur eodem anno.

Ordo Scopetinorum siue S. Saluatoris cœpit anno domini 1410.

Ordo Minimorum S. Francisci de Paula confirmatur per Sixtum 4.

Alios ordines parùm nominatos omittimus.

FINIS.



illud te Deo dignum efficiet, si nihil indignũ eo feceris.

SAPIENS est qui affectat et contemplatur semper cælestia & ita dirigit uitam suam ut adipiscatur ea.

Hunc librum dono dedit Andreas à Czarnkow, Nobili Dño Erasmo Grazimoño, amico suo optimo, hæcq; ei scribebat, in amicitiæ uinculis Francos: cis Viadrum 3. Febr: Anno Domini 1.5.7.2.

EMITVR SOLA VIRTVTE [illegible]ESTAS

Parcite Sauromate potando perdere uitam
Qui sitit ille bibat qui minus abstineat

Stet quicunq; uolet potens
Aulæ culmine lubrico
Me dulcis saturet quies
Obscuro posita loco
Leni perfruar ocio
Nullis nota quiritibus
Ætas per placitum fluat
Sic cum transierint mei
Nullo cum strepitu dies
Plebeius moriar senex
Illi mors grauis incumbat
Qui notus nimis omnibus
Ignotus moritur sibi

Matthæus Wen-
gierski Fran-
cus ad Ottrã 1572

Hu[illegible] [illegible] donauit
[illegible] [illegible]misewskÿ
Mich[illegible] [illegible]bstanidir
[illegible] [illegible]amolfeli
[illegible] [illegible] [illegible]
1 die Januarii
Anno Domini
1 5 9 7


BIBLIOTEKA KÓRNICKA
14070